JOANNIS BUXTORFII

LEXICON
HEBRAICUM ET CHALDAICUM

COMPLECTENS VOCES OMNIMODAS

QUAE IN SACRIS BIBLIIS EXSTANT

EXEMPLORUM BIBLICORUM COPIA

ET LOCORUM DIFFICILIUM EXPLICATIONE

EX HEBRAEORUM COMMENTARIIS DESUMPTA

AUCTUM ATQUE ILLUSTRATUM.

ACCESSERUNT

LEXICON BREVE

RABBINICO-PHILOSOPHICUM

ET INDEX LATINUS

ROMAE

TYPIS JOANNIS FERRETTI

ANNO MDCCCXLV.

דִּבְרֵי הַסֵּפֶר אֶל־עֵין הַקּוֹרֵא

אֵלַי סוּרוּ הַבָּחוּרִים קִרְבוּ כָל הֲנַ־ עָרִים עָרִים
נוֹפֶת תִּטּוֹפְ־ נָה שִׂפְתוֹתַי עִם אֵלֶּה הַדְּ־ בָרִים בָּרִים
כִּי הוּסָדוּ כָל־הַמִּלִּין שֶׁבֵּין כ״ד הַסְּ־ פָרִים פָּרִים
בְּאֹהֵי מוּגָּה שִׁבְעָתַיִם סָר יֵינִי מִשְּׁ־ מָרִים מָרִים
נִסְמָן עָלַי מַרְאֶה מָקוֹם מִמִּלִּין בִּסְ־ דָרִים דָּרִים
הַדְּפוּס יָפֶה מִכְלוֹל יוֹפִי לֹא סָר בֵּין הַגְּ־ זָרִים זָרִים
דַּרְכִּי יָשָׁר מִכְשׁוֹל הוּסַר תֶּחֱזוּ בוֹ מֵי־ שָׁרִים שָׁרִים
פִּי הָאִלֵּם אֶפְתַּח אֶפְקַח עֵינֵי כָל הָ־ עִבְרִים עִוְרִים
רַבִּים אַחְכִּים אִם יִשְׁמָעוּ אִם אַחַר נִמְ־ סָרִים סָרִים
אֶתֵּן לֶקַח בִּמְעַט מִקָּח אַל־מִשְׁמַעְתִּי שָׂרִים שָׂרִים׃

JOHANNIS BUXTORFII

EPITOME

RADICUM

HEBRAICARUM ET CHALDAICARUM.

אבב אָבִיב, nomen masc. *culmus*, *spica mutica*, Ex. IX. 31. *arista virens*, Lev. II. 14. Inde mensis אָבִיב, Ex. XIII. 4. id est, *Martius*, quasi mensis spicarum, quia hordeum legitur tunc fuisse spicatum, Exod. IX. 31.

אֵב, m. *viror*, *virens*, *fructus recens*, formæ קֵן cum affixo, בְּאִבּוֹ, *in virore suo*, Job. VIII. 12. plurale constructum, בְּאִבֵּי הַנָּחַל, *in virentia vallis*, Cant. VI. 11.

אִבָּא, אִנְבָּא, m. Chal. idem: aff. אִנְבֵּיהּ, *fructum ejus*, Dan. IV. 11. וְאִנְבֵּהּ, *et recens fructus ejus*, Dan. IV. 9, 11. ubi נ est loco Daghesch. Radix אֲבַב, *primum vel præcocem fructum producere*, legitur in Targum, Hos. IX. 10.

אָבַד *periit*, *interiit*: partic. Benoni אֹבֵד, *periens*, vel *perdita*, Deut. XXXII. 28. in Pathach, propter constructionem, ut Aben Esra recenset. Fut. יֹאבֵד, *peribit*, Prov. XIX. 9. in Tzere propter pausam. Chald. futur. יֵאבַדוּ, *peribunt*, Jer. X. 11. Pih. אִבַּד, *perire fecit*, *perdidit*: futurum וָאַבֶּדְךָ, *et perdidi te*, Ezech. XXVIII. 16. pro וָאֲאַבֶּדְךָ euphoniæ causa. Hiph. præter. וְהֶאֱבִיד, *et perdet*, Num. XXIV. 19. Futur. אֹבִידָה, *perdam*, Jer. XLVI. 8. א radicali abjecto, et Cholem ex forma Kal, vel certe Chaldaica, assumpto. Chald. infinit. לְהוֹבָדָה, *ad perdendum*, Dan. II. 12. et in Aleph לְהוֹבָדָא, ver. 24. Futurum, תְּהוֹבֵד, *perdes*, ver. 24. יְהוֹבְדוּן, *perderent*, ver. 18. in quibus א radicale mutatum in ו, et ה characteristicum ex Hebraismo servatum, loco א. Hophal, præter. הוּבַד, *perditum fuit*, Dan. VII. 11.

אֹבֵד m. *perditio*, Num. XXIV. 20. quibusdam tamen manet participium Kal. Est forma שֹׁרֶק.

אֲבֵדָה, f. *res perdita*, *sive amissa*, Levit. V. 22. constr. לְכָל־אֲבֵדַת אָחִיךָ, *omni rei amissæ fratris tui*, Deut. XXII. 3.

אֲבַדּוֹן, m. *perditio*, *perditionis locus*, *interitus*, Job. XXVIII. 22. Prov. XV. 11.

אֲבַדֹּה, f. idem, Prov. XXVII. 20. quod legitur אֲבַדּוֹ.

אָבְדָן, m. idem: constructum,

בְּאָבְדַן מוֹלַדְתִּי, *in perditionem cognationis meæ*, Esth. VIII. 6. juxta Aben Ezram.

אַבְדָן, m. *perditio*, *perditionis locus*, *interitus*, Esth. IX. 5. quod juxta R. D. Kimchi possit esse infinitum Pihel, cum ן paragogico et Daghesch ejecto.

אָבָה *voluit*, *acquievit:* construitur sæpe cum dat. et fere addita negatione: præt. לֹא אָבָה לִי, *non acquievit mihi*, Ps. LXXXI. 12. וְלֹא אָבוּא, *et non voluerunt*, Ies. XXVIII. 12. cum א paragog. fut. אַל תֹּבֵא, *ne acquiescito*, Prov. I. 10. ubi prima radicalis abjecta, et tertia in א mutata est.

אָב, m. *pater*, a propensa voluntate erga liberos, quasi benevolus dictus: item *auctor*, *inventor primus*, Gen. IV. 20. *doctor*, 2 Reg. II. 12. id est, רַבִּי juxta paraphrasten Chaldæum: *socer*, affinitate pater, 1 Sam. XXIV. 12. Tribuitur et regibus, principibus, heris, dominis, qui officio suis ministris, subditis aut domesticis, patrum loco sunt, ut 2 Reg. V. 13. Denique includit et avum et proavum, et pluraliter, quoslibet majores: constr. אֲבִי et bis אַב, Gen. XVII. 5. aff. אֶת־אָבִי, *cum patre meo*, Gen. XIX. 34. cum Kametz ad differentiam formæ constructæ: plurale אָבוֹת, *patres*, *majores;* constr. אֲבוֹת: aff. אֲבוֹתַי, *patres*, vel *majores mei*, Ps. XXXIX. 13. Chald. אַב: aff. אֲבוּךְ, *pater tuus*, Dan. V. 11. אֲבוּהִי, *pater ejus*, Dan. V. 2. אֲבִי, *pater meus*, ver. 13. plurale אֲבָהָתִי, *patrum meorum*, Dan. II. 23. cum Chirek loco Pathach: אֲבָהָתָךְ, *patrum tuorum*, Esr. IV. 15. אֲבָהָתַנָא, *patres nostri*, Esr. V. 12.

אֵבֶה, m. *voluntas*, *desiderium:* עִם אֳנִיּוֹת אֵבֶה, *cum navibus desiderii*, Job. IX. 26. id est, velocibus, in quibus homines cito compotes fiunt desiderii sui, perveniendo, quo volunt, et desiderant, ut explicat R. Levi Gerson, et R. David.

אֶבְיוֹן, m. *egenus*, quasi desiderans dictus: cum enim sit attenuatus et bonis destitutus, semper habere desiderat, scribit R. Sal, Ex. XXIII. 6. et Deuter. XV. 4. aff. אֶבְיוֹנְךָ, *egeni tui*, Exod. XXIII. 6. plurale אֶבְיוֹנִים et const. וְאֶבְיוֹנֵי, *egeni*, Ex. XXIII. 11. aff. אֶבְיוֹנֶיהָ, *egenos suos*, Ps. CXXXII. 15.

אֲבִיּוֹנָה, f. *appetitus*, *concupiscentia*, Eccles. XII. 5.

אֲבוֹי, *heu*, *eheu*, Prov. XXIII. 29.

אָבִי, *ah*, *O*, optandi et desiderandi affectum significans, Job. XXXIV. 36. Quibusdam, voluntas mea: pater mi.

אבח אִבְחָה, f. *cuspis*, *mucro:* const. אִבְחַת חָרֶב, *mucronem gladii*, Ez. XXI. 20. interpretes Hebræi variant: alius *terrorem*, alius *mactationem*, alius *clamorem* exponit, respiciendo ad radices נבח, טבח, בעת, per literarum commutationem.

* **אבט** אֲבַטִּחִים vide in בָּטַח.

אבך Hithpah. הִתְאַבֵּךְ, *elevari*, *elevare se:* futur. וַיִּתְאַבְּכוּ, *elevabunt se*, juxta Aben Esram, Ies. IX. 17. Quidam, *in minutissimum pulverem abibunt*, quasi ab אָבָק Caph et Koph permutatis.

אָבַל *luxit*, *in luctu fuit:* tribuitur etiam metaphorice inanimatis. Præter. אָבַל תִּירוֹשׁ, *luget mustum*, Ies. XXIV. 7. Hiph. הֶאֱבִיל, *lugere fecit*, *luctum attulit.* Præt. הֶאֱבַלְתִּי, *luctum attuli*, Ez. XXXI. 15. fut. וַיַּאֲבֶל־חֵיל, *et luctum attulit*

munitioni, Thren. II. 8. Hithp. præt. הִתְאַבֵּל, *luxit*, 1. Sam. XV. 35.

אָבֵל, m. *lugens;* at 1 Sam. VI. 18. juxta paraphrasten Chald. et R. Salomonem, ponitur pro אֶבֶן, *lapis*, ut ex ver. 15. liquet: est et proprium nomen loci a luctu sic dicti, Gen. L. 11. const. כְּאֲבֶל־אֵם, *sicut lugens matris*, Ps. XXXV. 14. plural. אֲבֵלִים, *lugentes:* const. לַאֲבֵלֵי צִיּוֹן, *lugentibus Tzionis*, Ies. LXI. 3. Fœminin. plural. אֲבֵלוֹת, Thren. I. 4.

אֵבֶל, *luctus*, Gen. XXVII. 41.

אֲבָל, *at, ast, sed, verum, verumtamen, immo.*

אוּבָל, vide in יָבַל.

אבן אֶבֶן, f. *lapis;* metonymice, *pondus*, Deut. XXV. 13. *perpendiculum, massa*, ut *lapis plumbi*, Zach. V. 8. *Lapis stanni*, Zach. IV. 10. aff. אַבְנוֹ, *lapidem suum*, 2 Reg. III. 25. Chald. אֶבֶן, *lapis*, Esr. V. 8. et forma emphatica אַבְנָא, Dan. II. 35. plur. אֲבָנִים, f. *lapides, pondera, perpendicula:* const. אַבְנֵי שֹׁהַם, *lapides onychis*, Ex. XXVIII. 9. aff. אַבְנֵיהֶם, *lapidum eorum*, Neh. III. 35. אֲבָנֶיהָ, *lapides ejus*, Deut. VIII. 9.

אָבְנָיִם, m. d. *sellæ parturientium*, Exod. I. 16. *sellæ, tabulæ figulorum*, Jer. XVIII. 3.

אַבְנֵט, m. *balteus*, Levit. VIII. 13. aff. וְאַבְנֵטְךָ, *et balteo tuo*, Ies. XXII. 21. plur. אַבְנֵטִים, Exod. XXVIII. 40.

אבס *saginare:* particip. Pahul אָבוּס, *saginatus*, Prov. XV. 17. plur. אֲבוּסִים, 1 Reg. V. 3.

אֵבוּס, m. *præsepe*, quasi saginatorium: בְּאֵין אֲלָפִים אֵבוּס בָּר, *cum non fuerint boves, præsepe mundum est*, Prov. XIV. 4. plur. cum aff. אֲבוּסֶיךָ, *præsepia tua*, Job. XXXIX. 9. quasi ab אָבוּס.

מַאֲבוּסִים, m. p. *granaria:* aff. מַאֲבֻסֶיהָ, *granaria, horrea ejus*, Jer. L. 26.

אבק אָבָק, m. *pulvis, pulvisculus:* const. אֲבַק רַגְלָיו, *pulvis pedum ejus*, Nah. I. 3. aff. אֲבָקָם, *pulvis eorum*, Ezech. XXVI. 10.

אֲבָקָה f. idem: unde const. מִכֹּל אַבְקַת רוֹכֵל, *præ omni pulvere aromatarii*, Cant. III. 6.

נֶאֱבַק, niph. *luctari*, quod hoc in pulvere fieret, unde, *fulva luctantur arena*, apud Virgil. Et, *in arenam descendere.* Futurum וַיֵּאָבֵק, *et luctatus est*, Genes. XXXII. 25. infin. cum aff. בְּהֵאָבְקוֹ, *in luctando ipsum*, Gen. XXXII. 26.

אבר אָבִיר, m. *robustus, fortis, potens, validus:* const. אֲבִיר יַעֲקֹב, *robustus Jacobi*, Gen. XLIX. 24. אֲבִיר יִשְׂרָאֵל, *fortis Israel*, Ies. I. 24.

אַבִּיר, m. idem: כְּאַבִּיר, *ut potentissimus*, Ies. X. 13. pro כְּאַבִּיר, et juxta Masorethas legendum כַּבִּיר Plur. אַבִּירִים, *robusti:* synecdochice *tauri, juvenci, equi*, quod his robur competat, unde, *fortes invertant tauri* apud Virgil. Et, *non fortitudine equi delectatur*, Ps. CXLVII. 10. const. אַבִּירֵי בָשָׁן, *robusti juvenci Baschanis*, Psal. XXII. 13. aff. אַבִּירַי, *fortes meos*, Thren. I. 15.

אֵבֶר, m. *penna, ala*, quod in iis robur avium sit, אֵבֶר כַּיּוֹנָה, *alas quasi columbæ*, Psal. LV. 7.

אֶבְרָה, f. *penna*, *ala*, Job. XXXIX. 13. aff. אֶבְרָתוֹ, *alas suas*, Deut. XXXII. 11. plur. cum aff. אֶבְרוֹתֶיהָ, *pennæ ejus*, Psalm. LXVIII. 14.

הֶאֱבִיר, Hiph. *volare*: futurum יַאֲבֶר־נֵץ, *volabit accipiter*, Job. XXXIX. 26.

אגד **אֲגֻדָּה**, f. *fasciculus*, metaphorice; *cuneus*, *agmen militum*: constr. אֲגֻדַּת אֵזוֹב, *fasciculus hyssopi*, Exod. XII. 22. aff. וַאֲגֻדָּתוֹ, *et cuneum suum*, id est, hominum et animalium turmas, Amos IX. 6. plur. אֲגֻדּוֹת, *fasces*, *sarcinæ*, Ies. LVIII. 6.

אגוז **אֱגוֹז**, m. *nux*, juxta Hebræos Interpretes communiter, Cant. VI. 11. quidam, *tonsio*, *putatio*, *colluctatio*, quasi a גָּזַז.

אגל **אֶגֶל**, m. *gutta*: plural. constr. אֶגְלֵי טָל, *guttas roris*, Job. XXXVIII. 28.

אגם **אֲגַם**, m. *stagnum*, Ies. XXXV. 7. plur. אֲגַמִּים, *stagna*, Ies. XLII. 15. constr. וְאַגְמֵי־מָיִם, *et stagna aquarum*, Ies. XIV. 23. aff. אַגְמֵיהֶם, *stagna eorum*, Exod. VII. 19. ex quibus Daghesch euphoniæ causa ejectum est, aut sunt a forma אֲגָמִים inquit Kimchi.

אַגְמוֹן, m. *juncus*, a stagnis, in quibus crescit, Ies. LVIII. 5. *cortina*, *ahenum majus*, Job. XLI. 12. quomodo et יָם, *mare*, ad vas amplum refertur ut est suo loco.

אגן **אַגָּן**, f. *crater*, Cant. VII. 3. pl. בָּאַגָּנוֹת, *in crateribus*, Exod. XXIV. 6.

אגף **אֲגַפִּים**, masc. p. *alæ*; metaphorice, *agmina*, quomodo Latinis *alæ equitum*, *alæ legionum* dicuntur. aff. אֲגַפָּיו, *agmina ejus*, Ezech. XII. 14.

אָגַר *collegit*, *congessit*, *comportavit*: præter. אָגְרָה בַקָּצִיר, *comportat in messe*, Prov. VI. 8. partic. אֹגֵר בַּקַּיִץ, *congregans in æstate*, Prov. X. 5.

אֲגוֹרָה, vide in גרר.

אִגֶּרֶת, fœm. *epistola*, *literæ*, sic dictæ quod in ea variæ res comportentur, Neh. VI. 5. Chald. אִגְּרָא, f. *epistola*, Esr. IV. 8. emph. אִגַּרְתָּא, ver. 11. plur. אִגְּרוֹת, *epistolæ*, Neh. II. 7. aff. אִגְּרוֹתֵיהֶם, *literas suas*, Neh. VI. 17.

אֲגַרְטָל, m. *pelvis*, *pollubrum*: plur. const. אֲגַרְטְלֵי זָהָב, *pelves aureæ*, Esræ. I. 9.

ארב Hiph. הֶאֱדִיב, *cruciavit*. infin. וְלַאֲדִיב, *et ad cruciandum*, 1 Sam. II. 33. vide דָּאַב.

אָדַם *rubere*, *rubrum*, *rufum esse*: præt. אָדְמוּ, *rubebant*, Thren. IV. 7. Pyh. part. מְאָדָּם, *rubricatus*, Nahum II. 4. plur. מְאָדָּמִים, *rubricatæ*, *rubefactæ*, Ex. XXV. 5. Hiph. futurum אִם יַאְדִּימוּ, *si rubra fuerint*, Ies. I. 18. Hithp. futurum כִּי יִתְאַדָּם, *cum rubescit*, Prov. XXIII. 31.

אָדֹם, m. *ruber*, *rufus*, *rubicundus*: plur. אֲדֻמִּים, *rubentes*, 2 Reg. III. 22. fœmin אֲדֻמָּה, *rufa*, Num. XIX. 2.

אֹדֶם, m. *pyropus*, *rubinus*, lapis pretiosus, Exod. XXVIII. 17. et XXXIX. 10. Ezech. XXVIII. 13.

אָדָם, m. *homo*, quia fuit creatus עָפָר מִן הָאֲדָמָה, *pulvis ex terra*,

Gen. II. 7. Interdum generalitatem utriusque sexus significat, interdum distributive, *quisque*, ut Levit. I. 2.

אֲדָמָה, c. *terra*, culta proprie, rubri sive argillacei coloris: const. אַדְמַת קֹדֶשׁ, *terra sanctitatis*, Ex. III. 5. aff. עֹבֵד אַדְמָתוֹ יִשְׂבַּע לָחֶם, *colens terram suam saturabitur pane*, Prov. XII. 11. plur. אֲדָמוֹת, *terræ*, Psalm. XLIX. 12.

אֲדַמְדָּם, *subrubidus*, Lev. XIII. 42. fœm. אֲדַמְדֶּמֶת, *subrubida*, ver. 43. plur. אֲדַמְדַּמּוֹת, Lev. XIV. 37.

אדן אֶדֶן, m. *stylobates*, *basis*, Exod. XXXVIII. 27. plur. אֲדָנִים et const. אַדְנֵי, Exod. XXVI. 37. aff. וְאַדְנֵיהֶם, *et stylobatas earum*, Exod. XXXVIII. 10. אֲדָנֶיהָ, *bases ejus*, Job. XXXVIII. 6.

אָדוֹן, m. *dominus, de deo et hominibus*, Jos. III. 11. Mich. IV. 13. aff. אֲדוֹנִי, *dominus meus*, Gen. XXIII. 15. *de Abrahamo*: plur. אֲדוֹנִים, *domini*, dicitur de uno et pluribus. *De uno Abrahamo*, Gen. XXIV. 9. *Potiphare*, Gen. XXXIX. 2. *Pharaone*, Gen. XL. 1. *Josepho*, Gen. XLII. 30. vide Jud. III. 25. 2 Sam. XX. 6. *de uno deo*, Ps. CXXXVI. 3. Mal. I. 6. const. אֲדֹנֵי, aff. אֲדֹנָיו, *domini ejus*, pro *dominus ejus*, passim. Sic אֲדֹנֶיךָ, *domini tui*, singulariter, Gen. XXIV. 51. אֲדוֹנַי, *domini mei*, cum Pathach *de hominibus*; אֲדוֹנָי cum Kametz, *de deo et angelis divinis*, et habet sensum singularem.

אֱדַיִן, Chal. *tunc*: בֵּאדַיִן, *in tunc*, per pleonasmum, Dan. II. oritur ex Hebræo אָז vel אֲזַי commutato ז in ד.

אדר Niph. part. נֶאְדָּר, *magnificus*, Exod. XV. 11. cum י paragogico, נֶאְדָּרִי, *magnificum exhibes te*, Ex. XV. 6. Hiph. הֶאְדִּיר, *magnificavit*, *magnificum reddidit*: futur. וְיַאְדִּיר, *et magnificum reddidit*, Ies. XLII. 21.

אַדִּיר, m. *magnificus*: *validus*. aff. אַדִּירוֹ, *magnificus ejus*, Jerem. XXX. 21. plur. אַדִּירִים, constr. אַדִּירֵי הַצֹּאן, *magnifici pecoris*, Jer. XXV. 34. aff. אַדִּירֶיךָ, *magnifici tui*, Nahum. III. 18.

אֶדֶר, m. *magnificentia*, Zach. II. 13. item, *toga*, *pallium magnificum*, Mich. II. 8.

אֲדָר, m. *Adar*, mensis Februario nostro respondens, Esth. III. 7. Chald. לְיַרַח אֲדָר, *mensis Adar*, Esræ VI. 15. vide 2 Machab. XV. 37.

אַדֶּרֶת, f. *magnificentia*: *toga*, Jos. VII. 21. aff. אַדַּרְתּוֹ, *togam magnificam suam*, *paludamentum suum*, Jon. III. 6. אַדַּרְתָּם, *magnificentia eorum*, Zach. II. 3.

אדר אִדְּרָא, Chald. *area*, in Targum sæpe: plur. constr. מִן אִדְּרֵי קַיִט, *ex areis æstatis*, Dan. II. 35.

אֲדַרְגָּזְרַיָּא, Chald. m. p. *senatores*, *judices*, Dan. III. 2. Sunt qui ex אַדִּיר, *magnificus* et גְּזַר, *decrevit*, compositum existimant, quasi *judices magnificos* dicas.

אַדְרַזְדָּא, Chald. *sedulo*, *diligenter*, Esth. VII. 23.

אֲדַרְכֹּן, m. *drachma*: plural, אֲדַרְכֹנִים, *drachmæ*, 1 Par. XXIX. 7. et Esræ VIII. 27.

אהב אָהַב, *amavit*, *dilexit*; partic. fœm. cum י paragogico, אֹהַבְתִּי, *amans*, Hos. X. 11. pro

אֹהֲבָת, futur. אֶהַב, *diligam*, Prov. VIII. 17. ex forma Chaldaica: תֵּאֱהָבוּ, *amabitis*, Prov. I. 22. pro תֶּאֱהָבוּ ut Aleph audiatur: quidam tamen ex Pihel esse volunt. Niph. partic. plur. הַנֶּאֱהָבִים, *amantes se*, *dilectissimi inter se*, 2 Sam. I. 23. Pihel: partic. מְאַהֲבִים, *amantes*, *amatores*: מְאַהֲבַי, *amantium me*, Zach. XIII. 6.

אֲהָבִים, m. p. *amores*, Prov. V. 19. et אֳהָבִים, Prov. VII. 18.

אַהֲבָה, f. *amor*, *dilectio*: constr. אַהֲבַת נַפְשׁוֹ, *amore animæ suæ*, 1 Sam. XX. 17. aff. אַהֲבָתִי, *amor meus*, Psalm. CIX. 4.

אֲהָהּ *ahah*, *ah*, Jud. VI. 22. Interjectio dolentis. Alias הָהּ, Ezech. XXX. 2.

אֱהִי *ubi?* Hos. XIII. 10, 14. quasi pro אַיֵּה positum. Aliis est futurum, *ero*, per apocopam pro אֶהְיֶה ab הָיָה.

אהל אֹהֶל, m. *tentorium*, Gen. IV. 20. aff. אָהֳלֹה, *tentorium ejus*, Gen. XIII. 3. cum ה in fine loco Vau: הָאָהֳלִי, *tentorii mei*, Jos. VII. 21. cum articulo ה et affixo; vide Thesaurum Buxtorfii Grammaticum, Lib. II. cap. 5. In fine: plural. אֹהָלִים et אֳהָלִים, const. אָהֳלֵי, aff. לְאֹהָלָיו, *in tentoria sua*, Jud. VII. 8. מֵאָהֳלֶיךָ, *a tentoriis tuis*, Job. XXII. 23. Cholem manente vel mutato.

אָהַל, *tentorium figere*, *tendere*, vel *movere*. futurum וַיֶּאֱהַל, *et tentoria movit*, Gen. XIII. 12. Hiph. futur. יַהֵל, *tentorium figet*, Ies. XIII. 20. pro יַאֲהֵל abjecta prima radicali: יַאֲהִיל. Vide in הלל.

אֲהָלִים, m. p. *santali*, arbores præstantissimæ, Num. XXIV. 6. cujus ligna siccata, aut fructus, odoris grati sunt, ut liquet ex Prov. VII. 17. et fœm. וַאֲהָלוֹת, *et santali*, Cant. IV. 14. et sic Ps. XLV. 9. vulgo *aloen* reddunt.

אוֹ *aut*, *vel*, *sine*: volunt quidam pro *et*, *si*, quandoque sumi, sed non necesse est.

אוֹב, m. *pytho*, qui responsa dando diabolicis artibus homines a deo avocat, Levit. XX. 27. plur. אֹבוֹת, *pythones*, Levit. XIX. 31. Item, *utres*, unde כְּאֹבוֹת, *sicut utres*, Job. XXXII. 19. Hinc pythonis significatio juxta Aben Esram, quod ex tumido ventre, quasi utre oracula depromeret.

אוד אֹדוֹת, עַל אוֹדֹת, *propter*, *causa*, *de*, semper præcedente particula עַל pro qua semel legitur אֶל, 2 Sam. XIII. 16. aff. עַל־אֹדוֹתַי, וְעַל־אוֹדוֹתֶיךָ, *mei causa*, *et tui causa*, Jos. XIV. 6.

אוּד m. *titio*, *torris*, Amos IV. 11 אוּדִים הָעֲשֵׁנִים, *titiones fumigantes*, Ies. VII. 4.

אוה Pih. *expetivit*, *concupivit desideravit*: præt. אִוִּיתִיךָ, *desidero te*, Ies. XXVI. 9. futur. תְּאַוֶּה, *desiderabit*, Deut. XII. 20. נָאוָה, נָאֲוָה, vide in נָאָה. Hith. הִתְאַוָּה, *desiderat*, Prov. XXI. 26. וְהִתְאַוִּיתֶם vide in תָּוָה.

אַו, m. *desiderium* juxta quosdam, Prov. XXXI. 4. vide et in אַיִן.

אַוָּה, *desiderium*: constr. אַוַּת נַפְשְׁךָ, *desiderium animæ tuæ*, Deut.

XII. 15. aff. בְּאַוָּתִי, *in desiderio meo*, Hos. X. 10.

תַּאֲוָה, f. idem: constr. תַּאֲוַת לִבּוֹ, *desiderium cordis ejus*, Psalm. XXI. 3. aff. תַּאֲוָתִי, *desiderium meum*, Psalm. XXXVIII. 10. vide aliam ejus significationem in תָּאָה.

מַאֲוַיִּים, m. p. idem: constr. מַאֲוַיֵּי רָשָׁע, *desideria improbi*, Ps. CXL. 8.

אוח אֹחִים, m. p. *aves ferales*, *animalia terribilia*, Ies. XIII. 21. Variant interpretes.

אוי *eheu*, *væ*, Ezech. XVII. 23. et cum ה paragogico אוֹיָה, *hei*, *heu*, Ps. CXX. 5.

אול אֻלַי אוּלַי, *fortassis*, *fortasse*, *forsitan*. Est bene sperantis potius, quam dubitantis. Inde R. Salomo Gen. L. 15. vult etiam operantis esse, idem quod, לוּ, *utinam*. Potest etiam ad אלה referri.

אוּלָם, *profecto*, *certe verumtamen*, Gen. XXVIII. 19. confirmandi particula quasi ab איל. vide et infra in אלם.

אֱוִיל, *stultus*, Proverb. XII. 15. אֱוִלִי, idem, Zach. XI. 15. plural. אֱוִלִים, *stulti*, Prov. I. 7.

אִוֶּלֶת, *stultitia*, *res stulta*; Prov. XIX. 3. aff. אִוַּלְתִּי, *stultitia mea*, Ps. XXXVIII. 6.

און אָוֶן, m. *iniquitas*, *vanitas*, *molestia*, *idolum*, a vanitate vel molestia, Ies. LXVI. 3. 1 Sam. XV. 23. aff. אוֹנֶךָ, *vanitatis*, *iniquitatis tuæ*, Jer. IV. 14. אוֹנָם, *iniquitatem ipsorum*, Psalm. XCIV. 23. Aliter mox.

אוֹן, m. *robur*, *potentia*, *vires*, *substantia*, *opes*, quomodo cum הוֹן convenit, ut D. Kimchi scribit, Hos. XII. 8. Sic autem dicuntur opes, quod vel robore, vel iniquitate aut molestia et labore parentur, aut quod homines robur suum in iis ponant. aff. אוֹנוֹ, *substantiam suam*, Job. XX. 10. אוֹנוֹ, *roboris ejus*, Job. XVIII. 7. אוֹנִי, *potentiæ meæ*, Gen. XLIX. 3. plur. אוֹנִים, *vires*, Ies. XL. 26. Ps. LXXVIII. 51. Vide et אנן.

תְּאֻנִים, m. p. *molestiæ*, Ezech. XXIV. 12.

אוץ *ursit*, *arctavit*, *pressit*, *festinavit*: præt. אָץ, *festinabat*, Jos. X. 13. אַצְתִּי, *ursi*, Jer. XVII. 16. Hiph. futur. וַיָּאִיצוּ, *et urgebant*, Gen. XIX. 15. תָּאִיצוּ, *urgebitis*, Ies. XXII. 4.

אָץ, m. *præceps*, *festinus*, *arctus*, *angustus*, Jos. XVII. 15.

אור *lucidum esse*, *illuminari*, *lucere*, *illucere*: præt. הַבֹּקֶר אוֹר, *mane illuxerat*, Genes. XLIV. 3. Niph. נָאוֹר, *lucidum fieri*, *illustrari*, *illucere*. part. נָאוֹר, *illustris factus es*, Ps. LXXVI. 5. infin. לֵאוֹר, *ut illustretur*, Job. XXXIII. 30. futurum וַיֵּאוֹר, *et illuxit*, 2 Sam. II. 32. Hiph. הֵאִיר, *lucere fecit*, *lucidum reddidit*, *illustravit*, *illuminavit*, *incendit*: et intransitive, *luxit*, *reluxit*: præter. וְהֵאִיר, *ut lux*, vel *lucidum sit*, aut *lucem præbeat*, Ex. XXV. 37.

אוֹר, m. *lux*, *lumen*: aff. אוֹרוֹ, *lucem suam*, Job. XXXVI. 30. plur. אוֹרִים, *lumina*, Ps. CXXXVI. 7. Quandoque *pluvia*, juxta Hebræos: ut, יָפִיץ עֲנַן אוֹרוֹ, *spargit nubes pluviam suam*, Job. XXXVII. 11. Sic Targum, מִטְרֵיהּ, *pluviam suam*: vide et XXXVI. 30.

אוֹרָא, f. *lux, lumen*, Esth. VIII. 15. plur. אוֹרֹת, *olera*, 2 Reg. IV. 39. Ies. XXVII. 19. sic dicta, quod suo virore oculos illustrent, ut Talmudici scribunt in Ioma fol. 18.

אוּר, m. *ignis*, a lucendo: *focus*, Ies. L. 11. plur. בָּאֻרִים, *in ignibus*, Ies. XXIV. 15. וְאֶת־הָאוּרִים, *et Urim*, Exod. XXVIII. 30. affix. תֻּמֶּיךָ וְאוּרֶיךָ, *Thummim tui, et Urim tui*, Deut. XXXIII. 8. quæ qualia fuerint, non scimus, scribit Aben Esra, Exod. XXVIII. 5. Apud Talmudicos legitur, אוּרִים dicuntur שמאירין את דבריהן quia illustrant, et explicant verba ipsorum: תּוּמִּים autem שמתמימים את דבריהן, quia perficiunt verba ipsorum: Ioma VII. in fine. Vide Aben Esram dicto loco, et R. Salom. Exod. XXVIII. 30. et ibidem Targum Jonathanis.

אֻרְוֹת אֲוֵרוֹת, אֻרָוֹת, vide in אָרָה.

מָאוֹר, m. *lumen, luminare*: const. לִמְאוֹר פָּנֶיךָ, *luminis vultus tui*, Ps. XC. 8. plural. const. מְאוֹרֵי אוֹר, *luminaria lucis*, Ezech. XXXII. 8. fœm. plur. מְאוֹרוֹת, Gen. I. 16.

מְאוּרָה, f. *caverna, specus*: const. עַל מְאוּרַת צִפְעוֹנִי, *super specum viperæ*, Ies. XI. 8.

אות c. *signum*, tam nudum, quam prodigiosum. Gen. IV. 15. plur. הָאֹתֹת, *signis*, Exod. IV. 9. לְאֹתֹת, *in signa*, Gen. I. 14. aff. אֹתֹתַי, *signa mea*, Num. XIV. 22. Chald. אָת: plur. אָתִין, *signa*, Dan. VI. 28. emph. אָתַיָּא, Dan. III. 32. aff. אָתוֹהִי, *signa ejus*, ver. 33. אוֹתִיּוֹת, vide in אָתָה.

אז *tunc*: אֱזַי, idem, Ps. CXXIV. 3. מִן אָז, *a tunc, ex tunc*, id est, *a quo tempore*, *ex quo*, Ier. XLIV. 18. מֵאָז, idem, Gen. XXXIX. 5. vel *a tunc* pro, *ab æterno*, *ante ullum tempus*, Ps. XCIII. 2. Prov. VIII. 22.

אזא אֲזָה, Chald. *accendi*, *succendi*: partic. Pehil אֲזֵה, *accensa*, Dan. III. 22. pro אֲזָה vel אֲזֵי. Infinit. לְמֵזֵא, *ad accendendum*, ver. 19. aff. לְמֵזְיֵהּ, *ad accendendum eum*, ibid.

אזב אֵזוֹב, m. *hyssopus*, cujus in aspersionibus sacris erat usus, fasciculo ex eo facto, Ex XII. 22.

אזד Chald. *abiit*, *exiit*. partic. fœm. אָזְדָא, *abiit*, Dan. II. 5, 8. Juxta R. Saadiam idem est quod אֲזַל per commutationem ל et ד.

אזל *abiit*, *digressus est*, *profectus fuit*. Præter. אָזְלַת, *abiit*, *defecit*, Deut. XXXII. 36. simile vide in שׁוּב, futur. תְּאֵזְלִי, *digredieris*, Jerem. II. 36. quæ sunt ex forma Chald. Chald. præt. לְבַיְתֵהּ אֲזַל, *domum suam abiit*, Dan. II. 17. אֲזַלוּ, *profecti sunt*, Esr. IV. 23. אֲזַלְנָא, *profecti sumus*, Esr. V. 8. Imp. אֱזֶל, *abi*, ver. 15. cum Tzere loco Hateph Sægol. Pyh. partic. מְאוּזָּל, *abire factus*, *vagus*, Ezech. XXVII. 19.

אֶזֶל, m. *itio*, *abitio*, *iter*, I Sam. XX. 19.

אזן אֹזֶן, f. *auris*: aff. אָזְנוֹ, *auris ejus*, Ies. XXXIII. 15. Duale, אָזְנַיִם, *aures*, Ies. XLII. 20. const. אָזְנֵי. Ies. XXXII. 3. aff. אָזְנָיו, *aures ejus*, Ies. XI. 3. בְּאָזְנֵיכֶם, *in auribus vestris*, Deut. V. 1.

אִזֵּן, Pih. *attendit*: præt. וְאִזֵּן, *et attendit*, Eccles. XII. 9. Hiph.

הֶאֱזִין, *auribus percepit*, *aures præbuit*, *advertit*: partic. מֵזִין, Prov. XVII. 4. pro מַאֲזִין. Sic fut. אָזִין *aurem præbui*, Job. XXXII. 11. pro אַאֲזִין.

מאזנים, מֹאזְנַיִם, m. d. *lances*, *statera*, *trutina*: construct. מֹאזְנֵי מִרְמָה, *lances doli*, id est, *dolosæ*, Prov. XI. 1.

* אֲזִקִּים, vide in זָקַק.

אזר *cinxit*, *accinxit*: *accinctus fuit*: præter. אָזְרוּ, *accinguntur*, 1 Sam. II. 4. Niph. part. נֶאְזָר, *accinctus*, Psalm. LXV. 6. Pih. אִזֵּר. futur. וַתְּזְרֵנִי, *et accinges me*, 2 Sam. XXII. 40. pro וַתְּאַזְּרֵנִי ut pro eo legitur Psalm. XVIII. 40. Hithp. præt. הִתְאַזָּר, *accingit se*, Psalm. XCIII. 1. imper. הִתְאַזְּרוּ, *accingimini*, Ies. VIII. 9.

אֵזוֹר, m. *cingulum*, *cinctura*, Ies. XI. 5.

אח f. *focus*: וְאֶת הָאָח לְפָנָיו מְבֹעָרֶת, *et focus coram ipso ardebat*, Jer. XXXVI. 22. item *ah*, *heu*, Ezech. VI. 11. et XXI. 15. dolentis et gementis, quasi ab אָנַח vel pro אָהּ gutturalibus ה et ח commutatis: vide et mox in אֶחָד, et in אחה.

הֶאָח, *euge*, Psal. XXXV. 21. vox gestientis et insultantis præ lætitia, unde Chaldaeus plerumque eam vertit חֶדְוָא, *lætitia*, ut Ezech. XXXVI. 2. Job XXXIX. 25.

אֹחִים, vide supra in אוֹחַ.

אחד אֶחָד, m. *unus*, *quidam*, *primus*: per apocopam אַח, *unum*, juxta R. David, Ezech. XVIII. 10. vel est *frater*, juxta Targum ab אֲחָה ex forma Chaldaica. Per aphaeresin, חַד, Ezech. XXXIII. 30. Chald. צְלֵם חַד, *imago una*, Dan. II. 31. fœm. בִּשְׁנַת חֲדָה, *in anno primo*, Esr. V. 13. כְּשָׁעָה חֲדָא, *quasi hora una*, Dan. IV. 16. כַּחֲדָה, *simul*, *una*, *pariter*, Dan. II. 35. plur. אֲחָדִים, *uni*, id est, *iidem*, Gen. XI. 1. *pauci*, Gen. XXVII. 44. et XXIX. 20. לַאֲחָדִים, *in una*, id est, *unita*, Ezech. XXXVII. 17. fœm. אַחַת et ad accentus pausantes אֶחָת, *una*, contractum ex masc. pro אַחֶדֶת, ut docet Aben Esra, Exod. XXVI. 8. Hinc verbum in Kal pro *unire*, *adunare se*, unde possit esse fut. תֵּחַד, quod vide in יָחַד. Hithp. הִתְאַחֲדִי, *uni te*, Ezech. XXI. 21.

אֲחִידָן, vide in חוּד.

אחה אָח, m. *frater*; *propinquus*, *agnatus*, *cognatus*, et qui eadem professione, gente, moribus vel amicitia frater est. Pro *agnato*, ut Lotho, Gen. XIV. 14. qui ver. 12. dicitur fuisse filius fratris Abrahami: pro *gentili*, Lev. XXV. 46. pro *quolibet proximo*, Lev. XIX. 17. et *fratre moribus*, Prov. XVIII. 19. const. אֲחִי: aff. אָחִי, *frater meus*, Gen. XX. 5. אָחִיו, *fratrem ejus*, Gen. IV. 2. et semel cum Pathach לְאָחִיו, *fratri suo*, Num. VI. 7. plur. אַחִים, *fratres*, Gen. XIII. 8. et sic Hos. XIII. 15. ubi tamen Aben Esra et R. Sal. *pratum*, *ulvam* vel *carectum* exponunt, pro אָחוּ, de quo mox. Const. אֲחֵי, 2 Reg. X. 13. אֶחָיו, *fratres ejus*, Jer. XLIX. 10. לְאֶחָי, *fratribus meis*, Psalm. XXII. 23. אַחֶיךָ, *fratres tuos*, Genes. XLVIII. 22. אַחֵינוּ, *fratrum no-*

strorum, Gen. XXXI. 32. Chald. אַחָיךְ, *fratribus tuis*, Esr. VII. 18.

אָחוֹת, fem. *soror*, Cant. VIII. 8. const. אֲחוֹת: aff. וַאֲחוֹתִי, *et soror mea*, Job. XVII. 14. plur. אֲחָיוֹת et const. אַחְיוֹת, unde cum aff. אַחְיוֹתָיו, *sorores ejus*, Job. XLII. 11. et contracte וַאֲחוֹתַיִךְ, *et sorores tuæ*, Ezech. XVI. 55.

אַחֲוָה, *fraternitas*, II. 14.

אָחוּ, m. *ulva*, *carectum*, vel simpliciter, *gramen*, Job VIII. 11. בָּאָחוּ, *in ulva*, vel, *in gramine*, Gen. XLI. 2. אַחֲוָיָה, Chald. vide in חוה.

אחז *cepit*, *prehendit*, *apprehendit*, *comprehendit*, *tenuit*, *possedit*: *hæsit*, *cohæsit*, ut 1 Reg. VI. 6. Ezech. XLI. 6. *hærere fecit*, *adjecit*, *adjunxit*, ut 1 Reg. VI. 10. Construitur cum accus. et sæpe cum בְּ. Niph. נֶאֱחַז, *captus*, *detentus fuit*, *possessor constitutus* vel *factus fuit*. Præter. וְנֹאחֲזוּ, *et possessores fient*, Num. XXXII. 30. cum א quiescente, ut in futuro Kal. part. נֶאֱחָז, *detentus*, Gen. XXII. 13. pl. שֶׁנֶּאֱחָזִים, *qui capiuntur*, Eccles. IX. 12. Pih. partic. מְאַחֵז, *continet*, Job XXVI. 9. Hoph. partic. מָאֳחָזִים, *comprehensi*, *conjuncti*, 2 Par. IX. 18.

אֲחֻזָּה, *possessio*: constr. וַאֲחֻזַּת הָעִיר, *et possessionem urbis*, Ezech. XLV. 6. aff. וַאֲחֻזָּתְךָ, *et possessionem tuam*, Psal. II. 8.

אחל אַחֲלֵי, *utinam*, 2 Reg. V. 3. et in Pathach, אַחֲלַי, Psal. CXIX. 5. Sunt qui a חָלָה deducant, quod in Pihel præter alia etiam *precari* significat, quasi precantis et optantis vox sit.

אחם אַחְמְתָא, Chald. *arca*, *scrinium*, pro recondendis scriptis et actis regum et principum, ut Aben Esra et R. Sal. Jarchi putant, Esræ VI. 2. Quidam nomen proprium urbis esse existimant, *Achmeta*, *Ecbatana* vulgo, sic dicta quod æstivam stationem reges illic haberent, ab Hebræo חָמַם. In Targum Esther reperi, אַחְמְתִין דִנְחָשָׁא, *scrinia ærea*, Esth. I. 4. in Venetis.

אחר אַחֲרֵי, *post*, *postea*, *postquam*: וְאַחֲרֵי־כֵן, *et postea*, Genes. XV. 14. cum affixis, אַחֲרָיו, *post eum*, אַחֲרֶיךָ, *post te*, אַחֲרַי, *post me*, אַחֲרֵיכֶם, *post vos*, etc. Chald. אַחֲרֵי דְנָה, *post hæc*, *posthac*, Dan. II. 29. אַחֲרֵיהוֹן, *post eos*, Dan. VII. 24. אַחֲרֵין, *postremo*, *tandem*, Dan. IV. 5.

אַחֵר, m. *alius*, *aliter*, quasi posterior: plural. אֲחֵרִים, *alii*, quod est quasi a singulari אָחֵר; et in Nun more Chaldaico, אֲחֵרִין, Job XXXI. 10. fœminina אַחֶרֶת, *alia*, *altera*, Genes. XXVI. 21. plurale אֲחֵרוֹת, Genes. XXIX. 27. Chald. מַלְכוּ אָחֳרִי, *regnum aliud*, Dan. II. 39. in quibus apocopa literæ ת.

אָחוֹר, *retro*, *retrorsum*, *posterum*, *posterius*: *occidens*, plaga mundi posterior, respectu orientis, quae dicitur, קֶדֶם, *anterior pars*: בְּאָחוֹר, *in posteriore parte*, *pone*, Prov. XXIX. 11. מֵאָחוֹר, *a posteriore parte*, *a tergo*, 2 Sam. X. 9. לְאָחוֹר, *retrorsum*, Ps. CXIV. 3. *in posterum*, Ies. XLII. 23. plur. constr. עַל אֲחוֹרֵי, *versus posterioritates*, sive *posteriorem partem*, Ex. XXVI. 12. aff. אֲחֹרֵיהֶם, *posteriora eorum*, Ezech. VIII. 16.

אַחֲרוֹן, mas. *posterior*, *posterius*,

posterum, postremum: plur. אַחֲרוֹנִים, *posteriora*, Ies. VIII. 23. fœminina בָּאַחֲרוֹנָה, *in postremo*, i. e. *postea*, Deut. XIII. 10. לְאַחֲרֹנָה, *in posterum*, *postea*, Eccles. I. 11.

אֲחֹרַנִּית, *retrorsum*, Gen. IX. 23.

אָחֳרָן, m. Chald. *alius*, Dan. II. 11. et VII. 24.

אַחֲרִית, fœm. *posteritas, posterius, postremum, extremum, ultimum, finis, consequens*, et metonymice *merces*, ut Proverb. XXIII. 18. Chaldaice בְּאַחֲרִית יוֹמַיָּא, *in extremo dierum*, Dan. II. 28. aff. לְאַחֲרִיתוֹ, *posteritati ejus*, Dan. XI. 4.

אָחַר, *moratus est, tardavit, distulit*, quasi dicas, *posterioravit:* fut. וָאֵחַר, *et moratus sum*, Gen. XXXII. 5. formæ Chald. cui simile in אָזַל. Pihel præt. אִחַר, *distulit*, Genes. XXXIV. 19. אֶחֱרוּ, *differunt*, Jud. V. 28. cum Sægol ab initio loco Tzere propter sequens chateph sægol: Hiphil fut. וַיּוֹחֶר, *et sivit ut tardaret*, 2 Sam. XX. 5. cum י loco א ex Chald.

אחש אֲחַשְׁדַּרְפְּנִים, m. plur. *satrapæ*, Esth. IX. 3. construct. לַאֲחַשְׁדַּרְפְּנֵי הַמֶּלֶךְ, *satrapis regis*, Esd. VIII. 36. Chald. אֲחַשְׁדַּרְפְּנַיָּא *satrapæ*, Dan. III. 2.

אֲחַשְׁתְּרָנִים, m. p. *cursores regii*, Esth. VIII. 8. 10. juxta quosdam. R. Sal. Iarchi exponit *camelos velocissimos :* Aben Esra, *mulos*, quem plerique sequuntur.

אָטָד mas. *cynosbaton* (sentis canis, rubus caninus) vel *rhamnus*, spina summe aculeata, Psal. LVIII. 10. אֶל־הָאָטָד, *ad rhamnum* vel *cynosbaton*, Jud. IX. 14.

אטט אַט, *sensim, leniter, lente*, 1 Reg. XXI. 27. לְאַט־לִי, *leniter mihi*, 2 Sam. XVIII. 5. לְאַט, *sensim*, Ies. VIII. 6. aff. לְאִטִּי, *ad lentitudinem meam*, *lente pro commoditate mea*, Gen. XXXIII. 14. usum habet nominis.

אִטִּים, m. p. *præstigiatores, divini*, Ies. XIX. 3.

אטם אָטַם *clausit, occlusit, obturavit:* partic. אֹטֵם, *occludens*, Ies. XXXIII. 15. part. præt. אֲטוּמִים, *clausæ*, id est, *angustæ*, quasi clausæ videantur, secundum Chald. paraphrasten, vel *clausæ* sc. *vitro*, 1 Reg. VI. 4. et sic Ezech. XL. 16. Hiphil futur. יַאְטֵם, *obturabit*, Psal. LVIII. 5.

אטן אֵטוּן, m. *funis, funiculus, filum :* metonymice *linteum* ex filis contextum : אֵטוּן מִצְרָיִם, *fune Ægypti*, id est, *linteis Ægyptiacis*, quæ erant subtilissima, Prov. VII. 16. in Targum, אַטּוּנֵיהוֹן, *funes eorum*, Hebraice מֵיתְרֵיהֶם, Exod. XXXV. 18. בְּאַטּוּנָא, *fune*, Heb. בַּחֶבֶל, Jos. II. 15.

אטר אָטַר *clausit, occlusit :* futur. אַל תֶּאְטַר עָלַי, *ne occludat super me*, Psal. LXIX. 16.

אִטֵּר, masc. *præclusus :* אִטֵּר יַד יְמִינוֹ, *præclusus manu dextera sua*, Jud. III. 15. id est, *impos manu dextera*. Fuit enim שְׂמָאלִי, *scæva*, ut Kimchi scribit.

אי אִי m. *insula, regio, provincia*, Ies. XX. 6. pl. אִיִּים, Psal. LXXIX. 1. item *aves insulanæ, ululæ*, Ies. XIII. 22. הָאִיִּין, *insulæ*, Ezech. XXVI. 18. Construct. אִיֵּי, Genes. X. 5. vide etiam אַיִן et אַיֵּה.

אָיַב *inimicatus est:* præterit. וְאָיַבְתִּי אֶת־אֹיְבֶיךָ, *et inimicabor inimicos tuos*, Exod. XXIII. 22.

אֹיֵב, m. *inimicus:* aff. אֹיְבוֹ, *inimicus ejus*, 1 Sam. XXIV. 20. אֹיִבְךָ, *inimici tui*, Exod. XXIII. 4. plural. אֹיְבִים, et const. אֹיְבֵי, *inimici:* aff. וְאֹיְבַי, *et inimicos meos*, Ps. XVIII. 41.

אֹיֶבֶת, f. *inimica:* aff. אֹיַבְתִּי, *inimica mea*, Mich. VII. 8.

אֵיבָה, f. *inimicitia*, Gen. III. 15. const. אֵיבַת עוֹלָם, *inimicitia perpetua*, Ezech. XXXV. 5.

אֵיד m. *vapor; interitus, calamitas, exitium*, quod quæ evaporant, intereant et in nihilum quasi abeant. וְאֵיד, *et vapor*, Genes. II. 6. quod juxta Masoram legitur absque י. Affix. וְאֵידְכֶם, *et calamitas vestra*, Prov. I. 27. אֵידָם, *calamitas ipsorum*, Ezech. XXXV. 5.

איה אַיָּה, f. *pica*, Lev. XI. 14. *cornix*, Job XXVIII. 7. Aliis Aesalon avis perspicacissima.

אַיֵּה, *ubi?* affix. אַיֶּכָּה, *ubi tu*, scil. *es?* Genes. III. 9. אַיּוֹ, *ubi ille?* 2 Reg. XIX. 13. אַיָּם, *ubi sunt illi?* Ies. XIX. 12.

אֵי, *ubi?* Gen. IV. 9. אֵי־זֶה, *ubi ista*, scil. *sit*, 1 Sam. IX. 18. *quanam?* 1 Reg. XXII. 24. *ubinam, quonam*, Jerem. VI. 16. *qualenam, quodnam*, Eccles. II. 3. et absque Makkaph, אֵי זֶה, *quidnam*, Eccles. XI. 6. אֵי מִזֶּה תָּבוֹא. *ubi ex quo venis?* 2 Sam. I. 3. hoc est, *undenam?* אֵי מִזֶּה אַתָּה, *undenam es?* ver. 13. Jungitur etiam cum פֹּה; vide illic.

אֵיךְ *quomodo?* Genes. XXXIX. 9. אֵיכָה, idem, Deuter. I. 12. *ubinam?* Cantic. I. 7. et cum Cholem, אֵיכֹה, *ubinam?* 2. Reg. VI. 13. quasi pro אֵיפֹה, de quo in פֹּה. Et geminato Caph, אֵיכָכָה, *quomodo?* Esth. VIII. 6. Duo sunt penacuta, אֵיכָכָה, Cant. V. 3.

איל אֱיָל, m. *fortitudo, virtus:* כְּגֶבֶר אֵין אֱיָל, *sicut vir sine virtute* aut *viribus*, Ps. LXXXVIII. 5.

אֱיָלוּת, f. idem: aff. אֱיָלוּתִי, *virtus mea*, Psal. XXII. 20.

אַיִל, mas. *aries*, Num. XXVIII. 27. item *superliminare, limen*, 1 Reg. VI. 31. Ezech. XL. 14. construct. מִלְּבַד אֵיל, *præter arietem*, Num. V. 8. et absque Iod, אֶל אֻלָם, *limen vestibuli*, Ezech. XL. 48. plur. אֵילִים, *arietes*, Mich. VI. 7. לָאֵילִים, *liminibus*, Ezech. XL. 10. אֶת־אֵילִים *superliminaria*, Ezech. XL. 14. Constr. אֵילֵי, *arietes*, Genes. XXXI. 38. אֵלֵיהֵמָּה, *surperliminaribus eorum*, cum ה paragogico, pro אֵלֵיהֶם, Ezech. XL. 16. אֵילָו, *limina ejus*, ver. 24. vide et mox in אֵל.

אֵיל, m. *planities:* אֵיל פָּארָן, *planities Paran*, Gen. XIV. 6.

אֵלוֹן, m. idem: עַד אֵלוֹן מוֹרֶה, *usque ad planitiem More*, Gen. XII. 6. plur. constr. בְּאֵלוֹנֵי מַמְרֵא, *in campestribus planis Mamre*, Genes. XIV. 13. Quidam *quercetum* explicant, quasi idem cum אֵלָה, de quo in אָלָה.

אַיָּל, m. *cervus*, quasi *aries ferus vel sylvestris*, juxta quosdam, Deut. XV. 22. plur. אַיָּלִים, *cervi*, Cantic. II. 9. fœminine legitur, Psal. XLII. 2. cujus diversas causas Hebræi reddunt.

אַיָּלָה, f. *cerva*, Gen. XLIX. 21. vel אַיֶּלֶת, Prov. V. 19. עַל־אַיֶּלֶת

הַשַּׁחַר, *ad cervam auroræ*, Psalm. XXII. 1. quod alii initium alicujus Cantici, alii instrumentum musicum fuisse existimant: R. Menachem citante R. Sal. explicat מָעוֹז, *robur*. Et sic Aben Esra, כֹּחַ עֲלוֹת הַשַּׁחַר, *robur ascensus auroræ*: plur. כָּאַיָּלוֹת, *quasi cervarum*, Psal. XVIII. 34. constr. בְּאַיְלוֹת הַשָּׂדֶה, *per cervas agri*, Cant. II. 7.

אֵל, m. *fortis*: בְּיַד אֵל גּוֹיִם, *in manus fortissimi gentium*, Ezech. XXXI. 11. *Deus*, proprie fortis, et a fortitudine sic appellatus: item *potestas*, *facultas*, quando post se habet nomen יָד, unde לְאֵל יָדֶךָ, *in facultate manus tuæ*, Prov. III. 27. non est sine ל iu hoc usu: aff. אֵלִי, *Deus mi*, Psalm. XXII. 2. et LXVIII. 25. Ies. XLIV. 17. nec cum aliis affix. reperitur: plural. אֵל אֵלִים, *Deus Deorum*, Dan. XI. 36. בְּנֵי אֵלִים, *filii fortium*, Psal. XXIX. 1. defective בָּאֵלִם, *inter fortissimos*, Exod. XV. 11. constr. אֵילֵי הָאָרֶץ, *fortes terræ*, Ezech. XVII. 13. cum י in medio, et absque eo, אֵלֵי גִבּוֹרִים, *fortes potentum*, Ezech. XXXII. 21. id est, *duces potentissimi*. Vide etiam infra in אלה.

אים unde אָיֹם, m. *formidabilis*, *terribilis*, Hab. I. 7. fœmin. אֲיֻמָּה, *terrifica*, Cant. VI. 4. אֵימְתָן, Chald. m. *terribilis*, Ies. XXVIII. 16. plur. אֵימְתָנִין, Hab. I. 7. in Targum: fœm. אֶמְתָנִי, *terrifica*, Dan. VII. 7. per apocopam, pro אֶמְתָּנִית, et Sægol est loco Tzere.

אֵימָה, f. *terror*, *formido*: et cum duplicata litera foeminini generis, אֵימָתָה, *formido maxima*, Exod. XV. 16. const. אֵימַת מֶלֶךְ, *formido regis*, Prov. XX. 2. aff. וְאֵימָתוֹ, *et terror ejus*, Job IX. 34. plur. אֵימוֹת, *terrores*, Psal. LV. 5. et forma masc. אֵימִים, Job XX. 25. item *idola*, Jer. L. 38. quasi terricula dicas, quod terrorem potius quam tranquillitatem animis cultorum suorum afferant, ut Kimchi scribit hoc loco: affix. אֵימֶיךָ, *terrores tuos*, Psalm. LXXXVIII. 16. אֵמִים, *Emæi*, *gigantes*, quasi terrifici et formidabiles dicti, Deut. II. 11.

אין אַיִן, *non, nihil, nemo, nullus*: præterito et futuro nunquam jungitur: אַיִן usurpatur tantum, ubi sententiæ membrum aliquod est, ut Gen. XXX. 1. Exod. XVII. 7. Job III 9. et alibi: אַיִן in continuatione: cum præfixis servilibus, כְּאַיִן, *tanquam nihil*, Ies. XLI. 11. Id etiam elliptice usurpatur, *quasi nihil*, scil. *aberat*, hoc est, *pæne*, *fere*, Psal. LXXIII. 2. מֵאַיִן, *ex nihilo*, *præ nihilo*, *magis quam nihilum*, Ies. XLI. 24. מֵאַיִן אַתֶּם, *unde estis vos*, Gen. XXIX. 4. defect. מֵאַ.ן, quod legendum מֵאַיִן, *undenam?* 2 Reg. V. 25. quæ sunt pro מֵאָן, de quo infra iu אָן. Forma אֵין in continuatione sententiæ, ut אֵין רוֹאֶה וְאֵין יוֹדֵעַ וְאֵין מֵקִיץ, *non est videns*, *nec cognoscens*, *nec evigilans*, 1 Sam. XXVI. 12. הַאֵין, *anne?* בְּאֵין, *in non*, *dum non*, *absque*: לְאֵין, *ad non*, *ut non*: מֵאֵין, *a non*, *absque*, *eo quod non*. Hinc אֵן quod legendum אִי, per apocopam pro אֵין, Prov. XXXI. 1. al. 4. juxta Aben Esram. Quidam אֵו, *desiderium*, exponunt, ab אָוָה, *desideravit*. Semel etiam וְאִין, *et non*, 1 Sam. XXI. 8. unde per apocopam אִי,

1 Sam. IV. 21. Job XXII. 30. Sic dicitur בֵּן et בָּן, ut in בָּנָה: item רֵשׁ et רִישׁ, ut in רוּשׁ: item נִיר et נֵר, ut in נוּר. Cum aff. אֵינֶנּוּ, *non illud*, אֵינְךָ, *non tu*, אֵינֶנִּי, *non ego*, אֵינָם, *non illi*, אֵינְכֶם, *non vos*, אֵינֶנָּה, *non ipsa*, etc. ubi semper verbum substantivum subaudiendum est.

איף אֵיפָה, foemin. *epha*, Deut. XXV. 14. mensura major, tantum continens in aridis, quantum batus in liquidis, Ezech. XLV. 11. hoc est, *tres seas*, vide סאה. Et absque י juxta Masoram, הָאֵפָה, *epha*, Lev. V. 11. constructum אֵיפַת, 1 Sam. XVII. 17.

אֵיפוֹ, אֵיפֹה, vide in פֹּה.

אִישׁ m. *vir*, *mas*, *maritus*: distributive, *quisque*, *unusquisque*, *quilibet*: *aliquis*, *quidam*, *quispiam*: dicitur et de rebus inanimatis, ut, אִישׁ אֶל־אָחִיו, *viri ad fratrem suum*, id est, *unius ad alterum*, Exod. XXV. 20. אִישׁ, *quidquam*, Ies. XL. 26. אַשְׁרֵי הָאִישׁ, *beatus vir*, id est, *quilibet*, Psal. I. 1. aff. לְאִישָׁהּ, *viro suo*, Gen. III. 6. אִישֵׁךְ, *virum tuum*, ver. 16. plur. אִישִׁים, *viri*, Prov. VIII. 4. Ies. LIII. 3. Ps. CXLI. 4. אִשׁ, vide in יֵשׁ.

אִשָּׁה, f. *vira*, *fæmina*, *mulier*, *uxor*: et distributive *quæque*, *unaquæque*: אִשָּׁה אֶל־אֲחֹתָהּ, *mulier ad sororem suam*, id est, *una ad alteram*, Exod. XXVI. 3. plural. אִשֹּׁת, *fæminæ*, Ezech. XXIII. 44. nec sæpius reperitur in plurali. Notant Hebræi, in אִישׁ et אִשָּׁה contineri nomen Dei יָהּ quod sit symbolum gratiosæ Dei præsentiæ, si maritus et uxor juxta Dei praecepta vivant: si ab eis decedant, et Deum recedere ab ipsis, ut utriusque nomen, excluso יה maneat אֵשׁ, *ignis*. Meminit auctor libri Zeror hammor *fasciculi myrrhæ* in Parascha שְׁמִינִי, Levit. IX. 1.

אֵשֶׁת, f. idem: affix. וְאִשְׁתּוֹ, *et uxor ejus*, Genes. III. 8. semel cum Sægol: אֶשְׁתְּךָ, *uxor tua*, Psalm. CXXVIII. 3.

אִישׁוֹן, masc. *nigrum*, *nigredo*: כְּאִישׁוֹן בַּת־עָיִן, *ut nigrum pupillæ oculi*, Psal. XVII. 8. בְּאִישׁוֹן לַיְלָה, *in nigredine noctis*, Proverb. VII. 9. Vulgo putant אִישׁוֹן significare *pupillam*, et בַּת hoc loco *filiam*. *Pupillam*, quia in ea conspicitur צוּרַת אִישׁ, *imaguncula viri*. Si sic; quis virunculus conspicitur in nigredine noctis, quæ etiam vocatur אִישׁוֹן? deinde בַּת hic significat *pupillam*, ut est in בָּבָה, non filiam, ut putant.

אֱשׁוּן, mas. idem, Prov. XX. 20. Targum אִתּוּנָא mutato שׁ in ת.

הִתְאֹשֵׁשׁ, *virum præbuit se*: imperat. הִתְאֹשָׁשׁוּ, *viros præbete vos*, Ies. XLVI. 8. Vide etiam infra in אשׁשׁ.

אית אֵיתָן m. *fortis*, *robustus*, *validus*; metaphorice *asper*, *horridus*: et substantive, *vis*, *robur*: אֶל־נַחַל אֵיתָן, *ad vallem horridam* sive *asperam* aut *duram*, Deut. XXI. 4. בְּאֵיתָן, *in robore*, Gen. XLIX. 24. aff. לְאֵיתָנוֹ, *ad vim suam*, Exod. XIV. 27. semel absque י, אֵתָן, *forti*, scil. *dolore*, ut supplent Aben Esra et R. Levi, Job XXXIII. 19. plurale, וְאֵיתָנִים, *et validos*, Job XII. 19. et absque י, וְהָאֵתָנִים, *et robusta*, Mich. VI. 2. fuit et *Ethanim* mensis

septimi, id est, *Septembris*, nomen: ut, *in mense Ethanim*, is est *mensis septimus*, 1 Reg. VIII. 2. Ante exitum ex Ægypto hic mensis anni civilis erat primus, post exitum factus septimus anni ecclesiastici, ratione festorum, Exod. XII. 2. Inde paraphrastes Chaldæus hoc loco transfert, בְּיַרְחָא דְעַתִּיקַיָּא קְרוֹ לֵיהּ יַרְחָא קַדְמָאָה וּכְעַן הוּא יַרְחָא שְׁבִיעָאָה, *in mense, quem prisci vocarunt mensem primum, nunc est mensis septimus.* Postea anni civilis initium rediit in principium mensis Septembris, quem usque hodie vocant תִּשְׁרִי, *Tisri.*

אֵיתוֹן, vide in אָתָה.

אִית Chald. *est*, *sunt*, Hebraice יֵשׁ, et adjunctis affixis, personæ distinguuntur. In Daniele semper dicitur אִיתַי: ut, אִיתַי גְּבַר, *est vir*, Dan. V. 11. אִיתַי גֻּבְרִין, *sunt viri*, Dan. III. 12. affixa, לָא אִיתוֹהִי, *non est ipsa*, Dan. II. 11. הַאִיתָךְ, *numquid es tu*, ver. 26. אִיתֵיכוֹן, *estis vos*, Dan. III. 14. אִיתַנָא, *sumus nos*, Dan. III. 18. In Targum dicitur אִית.

אַךְ *tantum*, *tantummodo*, *dumtaxat*, *verumtamen*, *sed*, *profecto*, *certe*, *utique*, *omnino*, *sane*. In media sententia fere exclusiva est, Gen. XVIII. 32. Exod. X. 17. הֲרַק־אַךְ, *an tantum dumtaxat*, *tantummodo*, Num. XII. 2. pleonasmus, cui similem vide in כֹּל.

אָכַל *edit*, *comedit*, *consumpsit*. fut. אֹכַל, *comedam*, Gen. XXIV. 33. תאכל, *consumet*, 2 Sam. XI. 25. Chald. part. præs. fœm. אָכְלָה, *comedens erat*, Dan. VII. 7. imp. fœm. אֱכֻלִי, *comede*, ver. 5. fut. יֵאכֻל, *comedet*, Dan. IV. 30. וְתֵאכֻל, *et consumet*, Dan. VII. 23. Est et *vociferari*, *clamare*, *proclamare*, *promulgare*, *pervulgare*, *divulgare*: præter. וַאֲכַלוּ קַרְצֵיהוֹן דִּי יְהוּדָיֵא, *et proclamarunt criminationes* vel *accusationes eorum*, nempe *Judæorum*, Dan. III. 8. id est, *accusarunt*, *criminati sunt Judæos*: דִּי אֲכַלוּ קַרְצוֹהִי דִּי דָנִיֵּאל, *qui proclamaverant obtrectationes ejus*, nempe *Danielis*, Dan. VI. 25. i. e. *accusaverant Danielem.* Ita hoc verbum cum nomine קְרַץ vel קַרְצָא aut קוּרְצָא, *obtrectatio*, *delatio*, *crimen*, junctum, est *obtrectare*, *detrectare*, *criminari*, *calumniari*, *deferre*, *accusare*, ut et sequentia loca ex Targum declarant: præter. לָא אָכַל קוּרְצִין בְּלִישָּׁנֵיהּ, *non proclamans obtrectationes lingua sua*, Hebr. לֹא רָגַל, *non obtrectat*, Psal. XV. 3. partic. plurale constr. גֻּבְרֵי אָכְלֵי קוּרְצָא, *viri proclamatores detractionis*, Hebraice, אַנְשֵׁי רָכִיל, *homines detractores*, Ezech. XXII. 9. futur. לָא תֵיכוּל קוּרְצִין *non divulgabis* aut *proclamabis obtrectationes*, Hebraice, לֹא תֵלֵךְ רָכִיל, *non ambulabis ut detrectator* vel *calumniator*, Levit. XIX. 16. Hinc diabolus Syriace in Novo Testamento passim vocatur אָכַל קַרְצָא, *proclamans obtrectationem*, id est, *obtrectator*, *calumniator*, *criminator*, Matth. IV. 1. מַאכַל קַרְצָא, *delatio criminis*, *accusatio*, Joh. XVIII. 29. et absque vocabulo *obtrectationis*, partic. plur. אָכְלִין מְעִיקָךְ, *vociferantes*, *clamantes sunt*, hoc est, *clamant hostes tui*, quod Hebraice est שָׁאֲגוּ, *rugiunt*, Psal. LXXIV. 4. dicitur et אֲכְלֵי ex forma quiescentium tertia radicali; ut וַאֲכְלִי, *et vocavit*, Heb. וַיִּקְרָא, Ies. XXII. 12. partic. קָל דִמְכְלֵי, *vox clamans*, id est, קוֹל קוֹרֵא, Ies. XL. 3. imper. אַכְלִי כְּעַן, *proclama nunc*,

Jud. VII. 3. unde apparet אֲכַל et אֲכָלֵי in hac locutione eodem sensu sumi. Niph. נֶאֱכַל, *comedi*, *absumi*, *consumi*: infin. cum futuro, הֵאָכֹל יֵאָכֵל, *comedendo comedetur*, Lev. VII. 18. Pih. futur. תְּאָכְלֵהוּ, *consumet eum*, Job XX. 26. ex תְּאַכֵּל factum, pro תְּאֹכֵל, qualem formam Pohel vocant. Pyhal præter. אֻכְּלוּ, *consumptæ sunt*, Neh. II. 3. Hiphil, הֶאֱכִיל, *comedere fecit*, *comedendum dedit*, *cibavit*, *consumpsit*: infinit. לְהָכִיל, *ad comedendum*, Ezech. XXI. 33. pro לְהַאֲכִיל.

אֹכֶל, m. *cibus*, *esca*, *commeatus*, Gen. XLI. 35.

אוֹכִיל, masc. idem: וְאַשְׁקֶה אֵלָיו אוֹכִיל, *et præbebo ipsi cibum*, Hos. XI. 4.

אֲכִילָה, f. idem: בְּכֹחַ הָאֲכִילָה הַהִיא, *virtute cibi istius*, 1 Reg. XIX. 8.

מַאֲכָל, m. idem, const. מִכָּל מַאֲכַל פַּרְעֹה, *ex omni cibo Pharaonis*, Gen. XL. 17. aff. מַאֲכָלָהּ, *escam suam*, Prov. VI. 8.

מַאֲכֹלֶת, f. idem, Ies. IX. 4.

מַכֹּלֶת, f. *cibus*, *cibarium*, 1 Reg. V. 25. prima radicis deficiente.

מַאֲכֶלֶת, f. *culter*, *cibarius* proprie, et late *gladius*, a consumendo, juxta illud: *et gladius meus* תֹּאכַל, *absumet carnem*, Deut. XXXII. 42. שמכשרת את אוכל, *quia rectificat* sive *præparat cibum*, ut dicitur in Bereschit rabba, sect. 37: plurale מַאֲכָלוֹת, *cultri*, Prov. XXX. 14.

אָכֵן *certe*, *vere*, *profecto*, *utique*, *sane*, Ies. LIII. 4. quidam ad כון reducunt.

אָכַף *curvavit*, *reflexit se*, Prov. XVI. 26. idem quod כָּפַף, ut scribit R. Levi in hunc locum.

אֶכֶף, m. *manus*, a reflexione: aff. אַכְפִּי, *manus mea*, Job XXXIII. 7. idem quod כַּפִּי.

אִכָּר m. *agricola*, Jer. LI. 23. pl. אִכָּרִים, Joel. I. 11. aff. אִכָּרֵיכֶם, *agricolæ ipsorum*, Ies. LXI. 5.

אַל *ne*, *nequaquam*, dehortandi et deprecandi particula, rarissime negandi *non*. Jungitur futuro, אַל תֹּאכְלוּ, *ne comedatis*, Exod. XII. 9. אַל מָוֶת, *non mors*, id est, *immortalis*, Prov. XII. 28. simile vide in קוּם: לְאַל, *ad non*, *in nihilum*, Job XXIV. 25. speciale est אַל pro אָן, *quo?* ut Chaldæus reddit, 1 Sam. XXVII. 10. alii pro עַל מִי, *contra quem?* et sic respondet David, עַל נֶגֶב, *contra meridianum tractum*. Simile vide supra in אוד. Chald. אַל יְבַהֲלוּךְ, *ne perturbent te*, Dan. V. 10.

אֵל com. plur. *illi*, *illæ*, *isti*, *istæ*, *hi*, *hæ*, 1 Par. XX. 8. Cum ה ab initio, אֶת כָּל הָאֲרָצֹת הָאֵל, *omnes terras istas*, Gen. XXVI. 3. sic XIX. 8. sæpius est cum ה paragogico, אֵלֶּה Chal. שְׁמַיָּא אֵלֶּה, *cœlis istis*, Jer. X. 11. אֵלֶּה מָאנַיָּא, *hæc vasa*, Esr. V. 15. ubi ה juxta Masorethas redundat.

אֶל, אֱלֵי, *ad*, *apud*, *juxta*, *erga*, *versus*. Varie sumitur, interdum pro ב, *in*, pro עִם, *cum*, pro עַל, *contra*, *super*: אֶל יוֹסֵף, *ad Josephum*, Genes. XLI. 57. אֶל הָאָרֹן, *in arcam*, Exod. XXV. 16. אֶל בְּנֵי מִצְרַיִם, *cum filiis Ægypti*, Ezech. XVI. 26. אֶל אֱדוֹם,

contra Edom, Jer. XLIX. 20. Pro אֶת articulo, Psal. II. 7. Ies. XXXVIII. 19. אֱלֵי־מַיִם, *ad aquas*, Job XXIX. 19. Aff. אֵלַי, *ad me*: אֵלֶיךָ, *ad te*: אֵלָיו, *ad eum*: אֵלֶיהָ, *ad eam*: אֵלֵינוּ, *ad nos*: אֲלֵימוֹ, *ad eos*: אֲלֵיהֶם, *ad eos*: אֲלֵיהֶן, *ad eas*: אֲלֵיכֶם, *ad vos*: אֲלֵיכֶן, *ad vos* fœm. semper sub forma plurali. Kimchi haec ad radicem אָלָה refert.

אלג אֶלְגָּבִישׁ, m. *grando immanis*: אַבְנֵי אֶלְגָּבִישׁ, *lapides immanis grandinis*, id est, אַבְנֵי בָרָד גְּדוֹלוֹת, *lapides grandinis maximi*, R. Sal. Ezech. XIII. 11.

אַלְגּוּם, plur. אַלְגֻּמִּים, m. *ligna thyina*, species cedri præstantissimæ, 2 Par. II. 7. et literis transpositis, אַלְמֻגִּים, 1 Reg. X. 11. Hebræi communiter *corallum* putant esse, sed id non videtur competere istis operibus, ad quæ adhibebatur.

אָלָה *exsecratus est*, *juravit*, *pejeravit*: semel ex significatione chaldaica, *ejulavit*, unde imper. אֱלִי, *ejula*, Joel I. 8. Hiph. הֶאֱלָה, *adjuravit*. infin. לְהַאֲלֹתוֹ, *exsecratione adjurando eum*, 1 Reg. VIII. 31. fut. וַיֹּאֶל, *adjuratione obstrinxit*, 1 Sam. XIV. 24. per apocopam, pro וַיַּאֲלֶה, quod formam a יָאַל habet.

אָלָה, f. *exsecratio*, *adjuratio*, *jusjurandum*: aff. וּבְאָלָתוֹ, *et cum adjuratione ejus*, Deut. XXIX. 11. plur. אָלוֹת, *exsecrationes*, Deuter. XXIX. 20.

תַּאֲלָה, f. idem; aff. תַּאֲלָתְךָ, *exsecrationem tuam*, Thren. III. 65.

אַלְיָה, f. *cauda*, sed ovis aut arietis tantum juxta Eliam, cum זָנָב sit generale, Levit. VII. 3.

אֵלָה, *quercus*: תַּחַת הָאֵלָה, *subter quercum*, Jos. XXIV. 26.

אַלָּה, f. idem, Genes. XXXV. 4. plur. *querceta*, *luci quercei*: מֵאֵילִים, *propter quercus*. sive *lucos querceos*, Ies. I. 29. plene cum י quasi ab איל deductum: בָּאֵלִים, *inter lucos*, Ies. LVII. 5. אֵלֵי צֶדֶק, *quercus justitiæ*, Ies. LXI. 3. aff. אֵלֵיהֶם, *quercus ipsorum*, Ezech. XXXI. 14.

אַלּוֹן, m. idem, Ies. VI. 13. plur. כָּאַלּוֹנִים, *ut quercus*, Amos II. 9. constr. אַלּוֹנֵי, Ies. II. 13.

pingues, Gen. XLI. 2, 5. et substantive, בְּרִיאָה, *creatura, creatio*, Num. XVI. 30.

בִּרְיָה, f. *opima*, *pinguis*, Ezech. XXXIV. 20. ex præcedenti contractum: vide et בָּרָה.

* בַּרְבֻּרִים, vide infra in בָּרַר.

בָּרַד *grandinare*: præt. וּבָרַד בְּרֶדֶת הַיָּעַר, *et si grandinabit in descendendo sylvam*, Ies. XXXII. 19.

בָּרָד. masc. *grando*: בָּרָד כָּבֵד, *grando gravis*, Exod. IX. 18.

בָּרֹד, m. *grandinatum*, id est, *punctis notatum* quasi *grandineis*, ut *guttatum* dicitur quasi *guttis respersum*: plural. בְּרֻדִּים, *grandine guttati*, Gen. XXXI. 12.

בָּרָה *comedit*, *refecit se pastu*: item *elegit*, *selegit*: præt. בָּרָה אִתָּם, *comedit cum eis*, 2 Sam. XII. 17. imper. בְּרוּ, *seligite*, 1 Sam. XVII. 8. futur. אֶבְרֶה, *reficiam me*, 2 Sam. XIII. 6. Hiph. infin. לְהַבְרוֹת, *ut comedere facerent*, *reficerent*, 2 Sam. III. 35. futur. וְתַבְרֵנִי לֶחֶם, *et reficiat me cibo*, 2 Sam. XIII. 5.

בִּרְיָה, f. *cibus*, *edulium*, 2 Sam. XIII. 5, 7.

בָּרוּת, f. *cibus*, *alimentum*: affix. בְּבָרוּתִי, *pro alimento meo*, Psalm. LXIX. 22.

בָּרוֹת, f. idem: הָיוּ לְבָרוֹת לָמוֹ, *fuerunt in alimentum ipsis*, Thren. IV. 10. et est formæ אָחוֹת ab אָחָה, vel est infinitivus Pihel *ad comedendum*, ut Kimchi scribit.

בְּרִי, m. *serenitas*, *puritas*: אַף בְּרִי יַטְרִיחַ עָב, *etiam serenitate fatigat nubem*, Job XXXVII. 11. id est, *splendore solis huc illuc impellit et dissipat*. Forma hinc est, ut פְּרִי a פָּרָה, et similia plurima, sed significatio a בָּרַר. Inde Targum בִּבְרִירוּתָא, *claritate*, *puritate*, expressa præpositione, quæ in hebræo subintelligitur, pro בִּבְרִי. Sic Aben Esra, כְּשֶׁיִּהְיֶה הָאֲוִיר בָּרוּר, *cum fuerit aer purus*: R. Levi ait, esse ex significatione בֵּירוּר, *claritatis*. Quidam *irrigationem* explicant, quasi a רָוָה, ut ב sit servile.

בְּרִית, f. *fœdus*, *pactum*, ab *eligendo*, quasi a בָּרָה vel בָּרָא de quo in בָּרָא; quia eliguntur personæ inter quas, et res ac conditiones, propter quas fœdus initur: aut a *cædendo*, quia victimæ cædi in fœderibus pangendis solebant, ut Gen. XV. 10. quæ significatio etiam in ברא fuit. Est ergo sicut שְׁבִית a שָׁבָה. Affix. בְּרִיתִי, *fœdus meum*, Gen. IX. 15. בְּרִיתוֹ, *fœdus ejus*, Deut. IV. 13.

ברז בַּרְזֶל, m. *ferrum*: בַּרְזֶל בְּבַרְזֶל יָחַד, *ferrum ferro acuitur*, Prov. XXVII. 17. בַּרְזֶל בָּאָה נַפְשׁוֹ, *ferrum ingressum est anima ejus*, Psal. CV. 18. id est, *ferreis vinculis inclusum fuit corpus ejus*.

בָּרַח *fugit*, *aufugit*, *diffugit*, *effugit*, *profugit*, *transfugit*, *transcurrit*: præterit. כִּי בָרַח, *quod fugeret*, Genes. XXXI. 22. infin. בְּבָרְחוֹ, *quum fugeret ipse*, Psalm. III. 1. Hiph. הִבְרִיחַ, *fugere fecit*, *fugavit*: præter. הִבְרִיחוּ, *fugaverunt*, 1 Par. VIII. 13. Particip. intransitivum, מַבְרִיחַ, *transcurrens*, *transfugiens*, Exod. XXVI. 28.

בְּרִיחַ, m. *repagulum*, *vectis*, a transcurrendo, Exod. XXVI. 28. et XXXVI. 33. plur. בְּרִיחִים, *vectes*, 2 Par. XIV. 6. Alias semper scribitur בְּרִחִם defective. Constructum בְּרִיחֵי, Psal. CXLVII. 13. affix.

בְּרִיחֶיהָ, *vectes ejus*, Jer. LI. 30. Ies. XV. 5. Semel cum Kametz בָּרִיחִים, *vectes*, Ies. XLII. 14.

בָּרִחַ, m. *extensus*, *oblongus*, scil. in rectum instar vectis: nam oppositum ejus est, עֲקַלָּתוֹן, *tortuosum*, נָחָשׁ בָּרִחַ, *serpens oblongus*, Job XXVI. 13. Ies. XXVII. 1. Scribitur absque י ad differentiam præcedentis vocis, בְּרִיחִים. Vide ibidem.

מִבְרָחִים, m. pl. *profugi, fugitivi*: affix. מִבְרָחָיו, *profugi ejus*, Ezech. XVII. 21.

בָּרַךְ *benedixit : genua flexit*, honoris causa. Quatuor autem verbis Hebræi honoris cultum describunt: הִשְׁתַּחֲוָה, *corporis totius prostrationem* denotat: קָדַד, *verticis inclinationem*: כָּרַע, *demissionem capitis cum superiore corpore*: בָּרַךְ, *genuum inflexionem*, ut in singulis explicabitur. Particip. Pahul, בָּרוּךְ, *benedictus*, *laudatus*: fœm. בְּרוּכָה, *benedicta*, Ruth III. 10. Infin. לְבָרְכוֹ, *ad benedicendum ei*, 1 Sam. XIII. 10. Futurum, נִבְרְכָה, *flectamus genua*, Psal. XCV. 6. וַיִּבְרַךְ, *et flexit genua*, 2 Par. VI. 13. Chald. particip. præsens, בָּרֵךְ, *procumbens in genua*, Dan. VI. 11. Particip. Pehil בְּרִיךְ, *benedictus*, Dan. III. 28. Niph. præt. וְנִבְרְכוּ בְךָ, *et benedictæ erunt in te*, Genes. XII. 3. et XVIII. 18. Pih. בֵּרַךְ, *benedixit : salutavit, valedixit*, in accessu vel recessu usurpatum. Per euphemiam est etiam quandoque *maledixit*. Construitur cum accusativo. Præter. בֵּרַךְ אֶת־אֲדֹנִי, *benedixit domino meo*, Genes. XXIV. 35. pro *maledixit*, 1 Reg. XXI. 10, 13. Job I. 5, 11. Futur. וְכִי־יְבָרֶכְךָ אִישׁ, *et si salutaverit te aliquis*, 2 Reg. IV. 29. וַיְבָרְכוּ אֶת־רִבְקָה, *et valedixerunt Rebeccæ*, Gen. XXIV. 60. Chald. præter. בָּרֵךְ, *benedixit*, Dan. II. 19. בָּרְכֵת, *benedixi*, Dan. IV. 13. Pyh. futur. יְבֹרַךְ, *benedicetur*, Prov. XXII. 9. תְּבֹרָךְ, Prov. XX. 21. partic. מְבֹרָךְ, *benedictum*, Psal. CXIII. 2. Chald. part. מְבָרַךְ, *benedictum*, Dan. II. 10. Hiph. infin. אַבְרֵךְ, *ingeniculandum*, *genua flectenda esse*, Genes. XLI. 43. cum א loco characteristici ה, ut Jer. XXV. 3. Ies. LXIII. 3. in similibus exemplis. Esse autem infinitivum, docet verbum continuo sequens, וְנָתוֹן, *et dedisse*, sive *constituisse*; tum etiam confirmat R. Jona, ut Aben Esra citat: nempe regius præco in Josephi inauguratione ante currum proclamavit, flectenda esse genua omnibus coram Josepho; constitutum enim eum esse supremum præfectum totius Ægypti. Variant interpretes. Allegorici scribunt: אַבְרֵךְ dicitur quasi אָב בְּחָכְמָה, *pater sapientia*, וְרַךְ בְּשָׁנִים, *et tener annis*. Futurum, וַיַּבְרֵךְ, *et effecit, ut genua flecterent*, Genes. XXIV. 11. Hithp. præt. וְהִתְבָּרְכוּ, *et benedictæ erunt*, Gen. XXII. 18. Jer. IV. 2. partic. præs. cum futuro הַמִּתְבָּרֵךְ בָּאָרֶץ יִתְבָּרֵךְ בֵּאלֹהֵי אָמֵן, *qui benedicturus est sibi in terra, benedicat sibi in Deo veritatis*, Ies. LXV. 16.

בֶּרֶךְ, f. *genu*, a benedicendo et salutando. Duale בִּרְכַּיִם, *genua*, Ies. LXVI. 12. constr. בִּרְכֵּי, Gen. L. 23. affix. בִּרְכַּי, *genua mea*, Gen. XXX. 3. Chald. בִּרְכוֹהִי, *genua sua*, Dan. VI. 11.

בְּרָכָה, f. *benedictio*: item *munus*, *donum*, benedictionis symbolum, vel testimonium, Genes. XXVII. 12.

1 Sam. XXV. 27. constr. בִּרְכַּת, Gen. XXVIII. 4. aff. בִּרְכָתְךָ, *benedictionem tuam*, Genes. XXVII. 35. Plural. בְּרָכוֹת, *benedictiones*, Prov. X. 6. constr. בִּרְכוֹת, Gen. XLIX. 25.

בְּרֵכָה, f. *piscina*, 2 Reg. XVIII. 17. constr. אֶל בְּרֵכַת הַמֶּלֶךְ, *ad piscinam regis*, Neh. II. 14. Plural. בְּרֵכוֹת, *piscinæ*, Cant. VII. 5.

בְּרַם Chald. *sed*, *verum*, *verumtamen*, Dan. II. 28. Esr. V. 13.

בְּרֹמִים, m. pl. *vestes pretiosæ*, Ezech. XXVII. 24. R. Salomon Urbinas in libro Ohel Moed scribit, esse generale nomen vestium pulcrarum, quæ sic appellentur arabice. Kimchi notat se a patre suo audivisse, *vestes pulcras et honoratas* arabice dici תאב מברומא.

בָּרַק *fulguravit*: imper. בְּרוֹק בְּרָק, *fulgura fulgur*, Psal. CXLIV. 6.

בָּרָק, m. *fulgur*, *coruscatio*, *fulgor*, Ezech. XXI. 15. *gladius coruscus*, Job XX. 25. constr. בְּרַק, Hab. III. 11. plur. בְּרָקִים, *fulgura*, Exod. XIX. 16.

בָּרֶקֶת, f. *smaragdus*, vel *carbunculus*, lapis pretiosus a fulgore sic dictus, Exod. XXVIII. 17.

בָּרְקַת, f. idem, Ezech. XXVIII. 13.

בַּרְקָנִים, m. pl. *oxyacanthæ*, spinæ summe aculeatæ: *tribuli*, Jud. VIII. 7, 16.

בָּרַר *expurgavit*, *purificavit*, *declaravit*: item *elegit*, *selegit*: præter. וּבָרוֹתִי, *et seligam*, vel, *expurgabo*, Ezech. XX. 38, partic. præt. בָּרוּר *purum*, *clarum*, *nitidum*, Ies. XLIX. 2. Job XXXIII. 3. plur. בְּרוּרִים, *electi*, *selecti*, *lectissimi*, 1 Par. VII. 40. fœmin. בְּרוּרָה, *purum*, Soph. III. 9. plur. בְּרֻרוֹת, *selectæ*, Neh. V. 18. Infinit. לָבוּר, *ad declarandum*, Eccles. IX. 1. cum Schurek loco Cholem: לְבָרָם, *ad declarandum eis*, Eccles. III. 18. et Kametz primum est loco ejecti Daghesch. Niph. part. נָבָר, *purus*, vel *purificans se*, Psalm. XVIII. 27. imperat. הִבָּרוּ, *purgate vos*, Ies. LII. 11. Pih. infinit. לְבָרֵר, *ad purificandum*, Dan. XI. 35. Hiph. infin. לְהָבַר, *ad purgandum*, Jer. IV. 11. imper. הָבַרוּ, *purgate*, Jer. LI. 11. Hithp. futur. תִּתְבָּרָר, *purum te exhibes*, Psalm. XVIII. 27. pro quo irregulariter est תִּתָּבָר, 2 Sam. XXII. 27. ad analogiam quandam antecedentis et consequentis verbi ibidem, etsi alia eorum sit ratio: יִתְבָּרְרוּ, *purgabuntur*, Dan. XII. 10.

בַּר, m. *mundus*, *purus*, Job XI. 4. וּבַר לֵבָב, *et purus animo*, Psalm. XXIV. 4. plur. constructum, לְבָרֵי לֵבָב, *puris animo*, Psalm. LXXIII. 1.

בָּר, m. *frumentum*, *triticum*, a puritate, Gen. XLI. 35. כַּבָּר, *frumento*, vel ex chaldaica significatione, *in agris*, *foris*, Job XXXIX. 4. et in Pathach, פִּסַּת־בַּר, *pugillus tritici*, Psalm. LXXII. 16. Item *frumenti horreum*, Amos VIII. 5.

בֹּר, m. *puritas*, Ps. XVIII. 24. כְּבֹר, *secundum puritatem*, Ies. I. 25. Item *smegma*, sic dictum, quod purificet a sordibus, Job IX. 30.

בֹּרִית, f. *smegma*, Jerem. II. 22. וּכְבֹרִית מְכַבְּסִים, *et ut smegma fullonum*, Mal. III. 2. quasi pro בְּרִרִית.

בַּרְבֻּרִים, m. pl. *selectissima*, juxta quosdam, 1 Reg. V. 3. Kimchi scri-

bit, multos existimare esse עוֹפוֹת הַמְּסוֹרָסִים, *aves castratas*, id est, *capones*. Id petitum ex Pandectis Talmudicis, tractatu Bava Metzia, fol. 86. ubi scribitur esse *gallos*, *qui saginantur per coactionem intruso illis cibo in os*.

ברש בְּרוֹשׁ, m. *abies*, Ies. XLI. 19. plur. בְּרוֹשִׁים, *abietes*, Ies. XIV. 8. affix. בְּרוֹשָׁיו, *abietum ejus*, Ies. XXXVII. 24.

ברת בְּרוֹת, m. *bruta*, arbor, de qua Plinius lib. XII. 17. cupresso similis, quomodo quidam interpretantur: plural. בְּרוֹתִים, *brutina*, *e brutis arboribus*, *cupressina*, Cant. I. 17. Aben Esra scribit, juxta quosdam idem esse quod בְּרוֹשִׁים, *abietes*, *abiegna*, commutatis שׁ et ת.

בְּרִית, f. vide supra in בָּרָה.

בָּשַׁל *elixari*, *coqui*, *maturescere*, ut Joel IV. 13. בָּשְׁלוּ, *elixata sunt*, Ezech. XXIV. 5. Pih. præt. וּבִשַּׁלְתָּ, *et coques*, Deuteron. XVI. 7. particip. בֵּית הַמְבַשְּׁלִים, *domus coquentium*, *locus poparum*. Ezech. XLVI. 24. Pyh. præt. בֻּשָּׁלָה, *coctum fuerit*, Lev. VI. 21. particip. מְבֻשָּׁל, *coctum*, Ex. XII. 9. Hiph. הִבְשִׁילוּ, *coxerunt*, *maturarunt*, sive *maturas protulerunt*, Gen. XL. 10.

בָּשֵׁל, m. *coctile*, Exod. XII. 9.

בִּשְׁלָמִי, vide in שֶׁל.

מְבַשְּׁלוֹת, f. pl. *culinæ*, *foci*, Ezech. XLVI. 23.

בֶּשֶׂם בֹּשֶׂם, m. *aroma odoratum*, Ex. XXX. 23. aff. עִם־בְּשָׂמִי, *cum aromate meo*, Cant. V. 1. cujus forma absoluta esset בָּשָׂם: plural. בְּשָׂמִים, *aromata*, Exod. XXV. 6. aff. בְּשָׂמָיו, *aromata ejus*, Cant. IV. 16.

בָּשַׁס *conculcare*. Infin. יַעַן בּוֹשַׁסְכֶם, *propter conculcare vos*, Amos V. 11. idem quod בוּס et בּוֹסֵס. Nam שׁ est loco ס.

בָּשָׂר masc. *caro*, synecdochice nunc *homines*, nunc *animantia* comprehendit; interdum *totum*, interdum *partes* denotat; unde etiam honestatis causa de *membro pudendo* dicitur, ut Levit. XV. 3. Ezech. XVI. 26. Constr. בְּשַׂר בָּנֶיךָ, *carnem filiorum tuorum*, Deut. XXVIII. 53. aff. בְּשָׂרוֹ, *caro ejus*, 2 Reg. V. 14. Plurale semel בְּשָׂרִים, *carnes*, Prov. XIV. 30. Chald. בְּשַׂר, *caro*, Dan. VII. 5. emph. בִּשְׂרָא, Dan. II. 11.

בִּשֵּׂר Pih. *nuntiavit*, *annuntiavit*, regit accusativum personæ. בִּשַּׂר, אֶת־אָבִי, *nuntiavit patri meo*, Jer. XX. 15. vide et 2 Sam. XVIII. 20. particip. מְבַשֵּׂר, *nuntians* vel *nuntius*, 2 Sam. XVIII. 26. fœm. מְבַשֶּׂרֶת, *quæ evangelizas*, Ies. XL. 9. plur. הַמְבַשְּׂרוֹת, *eæ quæ annuntiabant*, Ps. LXVIII. 12. Hithp. futur. יִתְבַּשֵּׂר, *annuntiabitur*, 2 Sam. XVIII. 31.

בְּשׂרָה, f. *nuntium*, 2 Sam. XVIII. 22, 25. *nuntii præmium*, 2 Sam. IV. 10.

בֹּשֵׁשׁ Pih. בֹּשֵׁשׁ, *tardavit*, *distulit*, Exod. XXXII. 1. Jud. V. 28.

בּוֹשׁ, m. *tarditas*, עַד־בּוֹשׁ, *usque ad tarditatem*, id est, *diu*, *dudum*, Jud. III. 25. vide et 2 Reg. II. 17. et VIII. 11. Referunt hæc ad בּוֹשׁ.

בַּת f. *bathus*, mensura liquidorum, Ies. V. 10. plur. בַּתִּים, *bathi*, Ies. XLV. 14. Chald. בַּתִּין, *bathi*, Esr. VII. 22. Talmudici scribunt *Bath* continuisse שָׁלֹשׁ סְאִין, *tria sata*,

quæ constituerunt *Epha*, aridorum mensuram maximam, Erubhin fol. 14.

בָּת, Chald. *pernoctavit*, vide in בִּית.

בָּתָה, f. *desolatio*, Ies. V. 6. plur. הַבַּתּוֹת, *desolationes*, Ies. VII. 19.

בתל בְּתוּלָה, f. *virgo*, matura, nubilis et integra adhuc, Genes. XXIV. 16. constr. בְּתוּלַת יִשְׂרָאֵל, *virgo Israelis*, Jer. XXXI. 4. plur. בְּתוּלֹת, *virgines*, Psalm. CXLVIII. 12.

בְּתוּלִים, m. pl. *virginitas*, Deut. XXII. 14. constr. בְּתוּלֵי הַנַּעֲרָה, *virginitates puellæ*, id est, *signa virginitatis*, Deut. XXII. 15. Affix. בְּתוּלַי, *virginitatem meam*, Jud. XI. 37.

בִּתֵּק Pih. *confodit*, *transfixit*: præter. וּבִתְּקוּךָ, *et transfigent te*, Ezech. XVI. 40.

בָּתַר *dissecuit*, Gen. XV. 10. Pih. וַיְבַתֵּר אֹתָם, *et dissecuit ea*, ibidem.

בֶּתֶר, m. *sectio*, *pars dissecta*: עַל הָרֵי בָתֶר, *in montibus sectionis*, id est, *sectis disparatis*, Cant. II. 17. Aff. בִּתְרוֹ, *partem dimidiatam ejus*, Gen. XV. 10. Plur. constr. בֵּין־בִּתְרֵי, *inter dimidiatas partes*, Jer. XXXIV. 19. Aff. בְּתָרָיו, *dimidiatas partes ejus*, ver. 18.

בָּתַר Chald. *post*; aff. וּבָתְרָךְ, *et post te*, Dan. II. 39. cum epenthesi Aleph, וּבָאתַר דְּנָה, *et post hæc*, *postea*, Dan. VII. 6. hebraice אַחַר.

ג

גָּאָה *altum*, *excelsum esse*, *extollere se*, *excellere*, *superbire*. Præt. cum inf. גָּאֹה גָּאָה, *excellendo excelluit*, Ex. XV. 1. גָּאוּ, *altæ erant*, Ezech. XLVII. 5. Futur. וְיִגְאֶה, *quum attollit se*, Job X. 16. הֲיִגְאֶה. *an attollit se*, Job VIII. 11.

גֵּאֶה, m. *excellens*, *elatus*, *superbus*, *fastuosus*, Ies. II. 12. Semel גֵּא, Ies. XVI. 6. plur. בֵּית גֵּאִים, *domum superborum*, Prov. XV. 25.

גֵּאָה, f. *fastus*, Prov. VIII. 13.

גֵּוָה, f. *superbia*, Jer. XIII. 17. cum ו loco א: *exaltatio*, Job XXII. 29. et XXXIII. 17. Aliam ejus significationem vide infra in גוה. Chald. בְּגֵוָה, *in superbia*, Dan. IV. 34.

גָּאוֹן, m. idem, Prov. VIII. 13. Constr. גְּאוֹן, Ies. XVI. 6. aff. גְּאֹנוֹ *excellentiæ ejus*, Ies. II. 10. Plur. cum aff. גְּאוֹנַיִךְ, *excellentiarum tuarum*, Ezech. XVI. 56.

גֵּאוּת, f. *elatio*, *superbia*, Ies. IX. 17. et XII. 5.

גַּאֲוָה, f. idem, Psal. XXXVI. 12. constr. גַּאֲוַת אָדָם תַּשְׁפִּילֶנּוּ, *superbia hominis deprimit eum*, Prov. XXIX. 23. aff. גַּאֲוָתוֹ, *superbiam ejus*, Ies. XXV. 11.

גַּאֲיוֹנִים, *superbi*, Psal. CXXIII. 4. compositum ex גֵּאֶה et גָּאוֹן.

גָּאַל *redemit*, *vendicavit*, *vindicavit*. Part. גֹּאֵל, *redimens, redemptor, vindex*, Num. XXXV. 19. Levit. XXV. 25. Ruth III. 12, 13. *propinquus*, *cognatus*, qui jus vindiciarum habebat, 1 Reg. XVI. 11. Niph. נִגְאַל, *vindicari, redimi, redimere se*: item *contaminari*, *pollui*: præterit. וְנִגְאָל, *et redimet ipse sese*, Levit. XXV. 49. נְגֹאֲלוּ, *contaminati sunt*, Thren. IV. 14. ex Niphal et Pyhal compositum. Part. וְנִגְאָלָה, *et contaminatæ*, Soph. III. 1. Pih. גֵּאֵל, *polluere, contaminare:* præt. גֵּאַלְנוּךָ, *polluimus te*, Mal. I. 7. Pyh. partic. מְגֹאָל. *pollutus*, ibid. Futur. וַיְגֹאֲלוּ, *et polluti sunt*, Esr. II. 62. Hiph. præter. אֶגְאָלְתִּי, *contaminavi*, Ies. LXIII. 3. ex forma chaldaica, cum א; vel ut Aben Esra scribit, est ex futuro et præterito compositum. Simile vide in חָבַר in Hithpahel. Hithp. יִתְגָּאַל, *contaminaret se*, Dan. I. 8.

גֹּאֶל, m. *pollutio*: plural. constr. גָּאֳלֵי הַכְּהֻנָּה, *pollutiones sacerdotii*, Neh. XIII. 29.

גְּאֻלָּה, f. *redemptio. jus redempturæ*, *vindiciæ*, Lev. XXV. 24. constr. גְּאֻלַּת, ver. 32. Cum affix. גְּאֻלָּתוֹ, *jus redempturæ ejus*, ver. 29.

גֶּבֶא m. *lacuna, palus*, Ies. XXX. 14. plur. גְּבָאִים; cum affixo גְּבָאָיו, *lacunæ, paludes ejus*, Ezech. XLVII. 11.

גַּב גבב, m. *gibbus, tergum, dorsum*: in genere, cujuscunque rei *faciem* sive *superficiem eminentiorem* appellant גַּב, scribit Kimchi in libro Rad. unde ad varia transfertur. גָּב, *fornix*, *excelsum*, juxta hebræos, Ezech. XVI. 24. גַּב הַמִּזְבֵּחַ, *projectura altaris*, Ezech. XLIII. 13. Aff. עַל־גַּבִּי, *super dorsum meum*, Psal. CXXIX. 3. גַּבֵּךְ, *fornicem tuum*, Ezech. XVI. 31, 39. Plural. constr. גַּבֵּי, Job XV. 26. לְגַבֵּי חֹמֶר גַּבֵּיכֶם, *eminentiis luti eminentiæ vestræ*, scil. similes sunt, id est, *quidquid in vobis excelsum est*, *tumulis luti simile est*, Job XIII. 12. וְגַבֵּיהֶם, *et apsides earum*, 1 Reg. VII. 33. et defective, וְגַבֵּהֶם, *et dorsa eorum*, Ezech. X. 12. וְגַבֵּהֶן, *et apsides earum*. Ezech. I. 18. Et forma fœminina, וְאֶת־גַּבֹּת עֵינָיו, *et supercilia oculorum ejus*, Lev. XIV. 9. Chald. עַל־גַּבַּהּ, *in dorso ejus*, Dan. VII. 6.

גֶּבָא גֹּב, vide infra in גּוֹב.

גֵּבִים, m. pl. *cantherii*, *trabes*, 1 Reg. VI. 9. Vide etiam גּוֹב.

גָּבַהּ *altum*, *elatum esse, efferre, exaltare se;* præt. גָּבַהּ לִבִּי, *extulit se animus meus*, Ps. CXXXI. 1. גָּבַהְתָּ, *exaltas te*, Ezech. XXXI. 10. Hiph. הִגְבִּיהַּ, *exaltavit se, exaltavit:* præt. הִגְבַּהְתִּי, *exalto*, Ezech. XVII. 24. part. הַמַּגְבִּיהִי, *qui exaltat habitaculum*, Psal. CXIII. 5. cum י paragogico.

גָּבֹהַּ, m. *altus, elatus, excelsus*, Ies. II. 15. constr. per crasin, גְּבַהּ לֵב, *elatus animo*, Prov. XVI. 5. plural. גְּבֹהִים. Fœm. גְּבֹהָה, *alta*, Deut. III. 5. plur. גְּבֹהוֹת, Dan. VIII. 3.

גֹּבַהּ, m. *altitudo*, *elatio*, Prov. XVI. 18. affix. גָּבְהוֹ, *altitudo ejus*, 1 Sam. XVII. 4. plur. constr. גָּבְהֵי שָׁמַיִם, *altitudines cœlorum*, Job XI. 8.

גֹּבַהּ, m. *altitudo*, 1 Sam. XVI. 7.

גַּבְהוּת, f. idem, Ies. II. 11.

גבח גִּבֵּחַ, m. *recalvaster, calvus anteriore parte capitis*, ut R. Salomon docet, Lev. XIII. 41.

גַּבַּחַת, f. *recalvatio, locus recalvus*, Lev. XIII. 42.

גָּבַל *terminavit, determinavit*: pr. אֲשֶׁר גָּבְלוּ, *quem determinarunt*, Deut. XIX. 14. futur. יִגְבּוֹל־אֹתוֹ, *terminabit eum*, Jos. XVIII. 20. Hiph. præt. וְהִגְבַּלְתָּ, *et terminabis, terminum pones*; Exod. XIX. 12. imper. הַגְבֵּל, *termina*, ver. 23.

גְּבוּל, m. *terminus*, Gen. X. 19. aff. בִּגְבֻלוֹ, *in termino ejus*, Num. XXI. 23. plur. cum aff. וְאֶת־גְּבוּלֶיהָ, *et terminos ejus*, 1 Sam. V. 6.

גְּבוּלָה, f. idem; aff. גְּבֻלָתוֹ, *termino ejus*, Ies. XXVIII. 25. plural. גְּבוּלוֹת, Psalm. LXXIV. 17. Job XXIV. 2.

גַּבְלוּת, f. *terminatio*, שַׁרְשֹׁת גַּבְלֻת, *catenæ terminationis*, Exod. XXVIII. 22. id est, *æqualiter terminatæ*.

גִּבְלִי, m. *Ghiblæus*, gentile nomen, Jos. XIII. 5. גִּבְלִים, *Ghiblæi*. Hi architecturæ periti fuerunt, et inter structores templi numerantur, 1 Reg. V. 32. unde quidam illic *lapicidas, fabros murarios* reddunt. Sic Chald. אַרְגוּבְלַיָּא, quod *lapicidas* significat, 2 Reg. XII. 12.

מִגְבָּלוֹת, f. pl. *terminales, æquabiles*, Exod. XXVIII. 14.

גבן גִּבֵּן, m. *gibbosus* אוֹ גִבֵּן אוֹ דַק, *aut gibbosus aut gracilis nimis*, Levit. XXI. 20. Deducunt a גַּב quod *dorsum* et *eminentiam quamlibet* significat.

גַּבְנֹן, m. *gibbosus admodum, eminens*: plurale, הָרִים גַּבְנֻנִּים, *montes gibbosi*, id est, *gibbis seu collibus abundantes, eminentes*, Ps. LXVIII. 17.

גְּבִינָה, f. *caseus*: כַּגְּבִינָה תַּקְפִּיאֵנִי, *tamquam caseum coagulasti me*, Job X. 10.

גבע גָּבִיעַ, m. *scyphus*, Genes. XLIV. 12. constr. et aff. וְאֶת גְּבִיעִי גְּבִיעַ הַכֶּסֶף, *scyphum autem meum, scyphum argenteum*, ver. 2. Plural. גְּבִעִים, Ex. XXV. 33. aff. גְּבִיעֶיהָ, *scyphi ejus*, ver. 31.

גִּבְעָה, f. *collis*; Jer. II. 20. constr. גִּבְעַת, 1 Sam. X. 5. plural. גְּבָעוֹת, Job XV. 7. constr. גִּבְעוֹת עוֹלָם, *colles seculi*, Genes. XLIX. 26. aff. גִּבְעוֹתֶיךָ, *colles tui*, Ezech. XXXV. 8. Est et proprium nomen loci, *Ghibea*, Jud. XX. 25. unde גִּבְעָתָה, *Ghibeam versus*, 1 Sam. XXIII. 19.

מִגְבָּעוֹת, f. pl. *tiaræ*, Ex. XXIX. 9. Vide Joseph. Antiq. lib. III. cap. 8. et Aben Esram, Exod. XXVIII. 37.

גִּבְעֹל, masc. *culmus*: וְהַפִּשְׁתָּה גִּבְעֹל, *et lino erat culmus*, Exod. IX. 31.

גָּבַר *valuit, invaluit, prævaluit, validus, robustus fuit*: præt. גָּבַר, *prævalet*, Psalm. CIII. 11. גָּבְרוּ, *invaluerunt*, Gen. VII. 19. Pih. גִּבֵּר, *roboravit, corroboravit*: præt. וְגִבַּרְתִּי, *et corroborabo*, Zach. X. 6. Hiph. præt. וְהִגְבִּיר, *et corroborabit*, Dan. IX. 27. futur. נַגְבִּיר, *roborabimus*, Psalm. XII. 5. Hithp. fut. יִתְגַּבָּר, *potenter se geret*, Ies. XLII. 13. Job XV. 25. יִתְגַּבָּרוּ, *invaluerunt*, Job XXXVI. 9.

גֶּבֶר, m. *vir*, quasi validus, ut et latine a viribus, dictus. Distributive *quisque*, ut Joel II. 8. Plur. גְּבָרִים, *viri*, Jerem. XLI. 16.

גֶּבֶר, m. *vir*, Psalm. XVIII. 26. Chald. **גְּבָר**, *vir*, Dan. II. 25. Cum Kametz in Venetis magnis, at cap. 5. ver. 11. cum Pathach, quæ communis est et analoga ejus forma. Et aliter **גַּבְרָא**, unde plur. **אִיתַי גֻּבְרִין**, *sunt viri*, Dan. III. 12. **גֻּבְרַיָּא אִלֵּךְ**, *viri isti*, ibid.

גִּבּוֹר, m. *potens, validus, robustus, fortis:* affix. **גִּבּוֹרָם**, *fortissimum suum*, 1 Sam. XVII. 51. Plural. **גִּבּוֹרִים**, *fortissimi*, etc. constr. **גִּבּוֹרֵי חָיִל**, *potentes robore*, 1 Par. V. 24. affix. **גִּבּוֹרֶיךָ**, *potentium tuorum*, Hos. X. 13. Chald. **גְּבַר**; unde plur. constr. **גִּבָּרֵי חַיִל**, *potentibus robore*, Dan. III. 20.

גְּבִיר, m. *herus, dominus, dominio et auctoritate potens*, Genes. XXVII. 29.

גְּבִירָה, f. *augusta*, et de regina tantum dicitur, 2 Reg. X. 13. Jer. XIII. 18.

גְּבֶרֶת, fœm. *hera, domina*, Ies. XLVII. 5. affix. **גְּבִרְתִּי**, *heræ meæ*, Gen. XVIII. 8.

גְּבוּרָה, f. *virtus, potentia, robur, fortitudo*, Ex. XXXII. 18. aff. **גְּבוּרָתִי**, *potentiam meam*, Ies. XXXIII. 13. plur. **גְּבוּרוֹת**, *potentiæ*, id est, *summa potentia*, Psalm. CVI. 2. affix. **בִּגְבוּרֹתָיו**, *propter potentias ejus*, Ps. CL. 2. Chald. **גְּבוּרְתָּא**, f. *potentia*, Dan. II. 23.

גבש **גָּבִישׁ**, m. *unio*, *margarita pretiosa*, juxta R. Levi Gerson, Job XXVIII. 18.

גג **גָּג** m. *tectum*, Jos. II. 6. **הַגָּגָה**. *super tectum*, Jos. II. 6. pro **עַל הַגָּג**, ut eodem versu est: constr. **גַּג**, 2 Sam. XI. 2. affix. **אֶת־גַּגּוֹ**, *tectum ejus*, Exod. XXX. 3. plural. **גַּגּוֹת**, *tecta*, Ps. CXXIX. 6. affix. **עַל־גַּגֹּתֵיהֶם**, *super tecta sua*, Jer. XIX. 13.

גד **גַּד** m. *coriandrum*, Exod. XVI. 31. Herba est, scribunt hebræi, cui nomen **אֲלִינְדְּרִי**, *aliandre ;* semen rotundum est, color antem ejus non est albus: unde *Man* non colore, sed rotunditate ipsi comparatur. De hoc plenius disputant Talmudici in Ioma fol. 75. Aliam significationem vide in **גדד**.

גדבר **גְּדָבַר** Chald. *thesaurarius, præfectus ærario, quæstor:* alias **גִּזְבָּר** per commutationem ז et ד: plural. **גְּדָבְרַיָּא**, Dan. III. 2.

גדד **גְּדַד** Chald. *exscidit, succidit:* imper. **גֹּדּוּ**, *succidite*, Dan. IV. 11. quasi ex hebræo **גָּזַז** factum, ז et ד commutatis.

גְּדוּד, m. *turma*, Gen. XLIX. 19. proprie militum grassantium, ab exscindendo et vastando: item *sulcus*, *lira*, quasi terræ scissura. Plural. **גְּדוּדִים**, *turmæ*, 2 Reg. V. 2. constr. **גְּדוּדֵי**, 2 Reg. XXIV. 2. aff. **גְּדוּדָיו**, *turmæ ejus*, Job XIX. 12. **גְּדוּדֶיהָ**, *liras ejus*, Psal. LXV. 11.

גְּדוּדוֹת, f. pl. *cæsuræ, incisiones*, Jer. XLVIII. 37.

גָּד, m. *turma:* variant interpretes: **בָּגָד**, *venit turma*, Gen. XXX. 11. vel *cum fortuna bona*, feliciter, *advenit fortuna bona ;* ubi Kametz propter Athnach, et legendum **בָּא גָד**. Tales voces quindecim sunt, quæ scribuntur ut una, ac leguntur ut duæ, teste Masora magna: **לַגַּד**, *turmæ isti*, Ies. LXV. 11. nempe exercitus cælestis, cui divinos honores tribuebant, ut notat Aben Esra.

גָּדַד, *turmatim convenire, depopulari:* fut. **יִגֹּדּוּ**, *turmatim conveniunt*, Psal. XCIV. 21. Et ex forma quie-

scentium, גָּד גְּדוּד יְגוּדֶנּוּ וְהוּא יָגֻד, *Gad turmatim populabitur eum, et ipse populabitur*, Gen. XLIX. 19. vide et Hab. III. 16. Sic quandoque defectiva et quiescentia secunda radicali formas inter se confundunt. Hithp. הִתְגּוֹדֵד, *incidere se, cæsuram sibi inducere*: part. מִתְגּוֹדְדִים, *incidentes se*, Jerem. XLI. 5. futur. תִּתְגּוֹדְדִי, *turmatim coito*, Mich. IV. 14. תִּתְגּוֹדָדִי, *cæsuram induces tibi*; Jer. XLVII. 5. יִתְגּוֹדָדוּ, *turmatim conveniunt*, Jer. V. 7.

גדה גְּדִי, m. *hædus*, Genes. XXXVIII. 20. plur. גְּדָיִים, 1 Sam. X. 3. constr. גְּדָיֵי, Gen. XXVII. 9. fœm. גְּדִיּוֹת. *capellæ*; aff. גְּדִיֹּתַיִךְ, *capellas tuas*, Cant. I. 8.

גְּדוֹת, f. pl. *ripæ*; affix. עַל כָּל גְּדוֹתָיו, *super omnes ripas suas*, Jos. III. 15.

גָּדַל *magnum esse vel fieri, crescere, educari*: הָלוֹךְ וְגָדֵל, *eundo et crescens*, id est, *crescendo*, Gen. XXVI. 13. Pih. גִּדֵּל, *crescere fecit, magnificavit, educavit*: præt. גִּדַּל vel גִּדֵּל, Jos. IV. 14. Ies. XLIX. 21. Pyh. partic. plur. מְגֻדָּלִים, *educatæ*, Psal. CXLIV. 12. Hiph. הִגְדִּיל, *magnum effecit, magnificavit, magnifica effecit*. Interdum intransitive *magnificavit se, extulit, sustulit se*, ut Job XIX. 5. Jer. XLVIII. 26. Hithp. præter. הִתְגַּדִּלְתִּי, *magnificabo me*, Ezech. XXXVIII. 23. fut. יִתְגַּדֵּל, *magnificavit se*, Ies. X. 15.

גָּדוֹל, m. *magnus, magnificus*, Ps. XXI. 6. constr. גְּדוֹל הָעֵצָה, *maximus consilio*, Jerem. XXXII. 19. גְּדָל־חָסֶד, *magnus benignitate*, Psal. CXLV. 8. affix. עַד גְּדוֹלָם, *usque ad maximum eorum*, Jer. VI. 13. plur. גְּדוֹלִים, *magni, magnates*, 1 Sam. XVII. 14. constr. אֶת־גְּדוֹלֵי הָעִיר, *magnates civitatis istius*, 2 Reg. X. 6. affix. גְּדֹלָיו, *magnates ejus*, 2 Reg. X. 11. fœmin. גְּדוֹלָה, *magna*, Genes. XXVII. 34. plural. גְּדלוֹת, Psalm. XII. 4.

גָּדֵל, m. *magnus*, et participialiter, *crescens*, ut Genes. XXVI. 13. הָלֵךְ וְגָדֵל, *iens et crescens erat*, id est, *pergebat indesinenter crescere*, 1 Sam. II. 26. plur. constr. גִּדְלֵי בָשָׂר, *magni carne*, Ezech. XVI. 26.

גֹּדֶל, m. *magnitudo*, Deut. XXXII. 3. aff. וְאֶת־גָּדְלוֹ, *et magnitudinem ejus*, Deut. V. 24. vel גָּדְלוֹ, Psalm. CL. 2.

גָּדוֹל, m. idem; Exod. XV. 16.

גְּדֻלָּה, f. *magnitudo, magnificentia, amplitudo*, Esth. VI. 3. constr. גְּדֻלַּת, Esth. X. 2. aff. וְלִגְדֻלָּתוֹ, *et amplitudinis ejus*, Psalm. CXLV. 3. plural. גְּדֻלּוֹת, *amplitudinum*, 1 Par. XVII. 19.

גְּדִלִים, m. pl. *institæ*, Deut. XXII. 12. *fasciæ*, 1 Reg. VII. 17. ex significatione chaldaica, qua גַּדֵּל, *intorquere, implicare*: תְּבָא דִמְגַדְּלָא, *catena quæ contorta est*, Eccl. IV. 12. גְּדִילָא, *funis contortus*, Ies. V. 18. et alibi. Apud Rabbinos, אִשָּׁה גוֹדֶלֶת, *mulier implicans capillos*: כְּגַדְּלָא שֵׂיעַר נְשַׁיָּא, *plicans crines mulierum*, germanice est, *zopffe machen*: גְּדִילִים, *fila contorta et duplicata*. Hinc ad *fascias* transfertur, quæ rem quasi *funibus* constringunt.

מִגְדָּל, m. *turris*, Ies. V. 2. constr. מִגְדַּל, Jud. VIII. 17. plur. מִגְדָּלִים, *turres*, Ies. XXX. 23. aff. מִגְדָּלֶיהָ, *turres ejus*, Ezech. XXVI. 4. et

fœm. מִגְדָּלוֹת, *turres*, 2 Par. XXXII. 5. Et alia significatione מִגְדָּלוֹת, *crescentes plantulæ, flores*, Cant. V. 13. Quidam tamen in prima significatione accipiunt, pro *turriculis*: aff. בְּמִגְדְּלוֹתַיִךְ, *in turribus tuis*, Ezech. XXVII. 11.

מִגְדּוֹל, m. *turris*, 2 Sam. XXII. 51. alias est nomen proprium loci, ut Exod. XIV. 2.

גדע גָּדַע *abscidit, exscidit, succidit*: præt. גָּדַע, *succidit*, Thren. II. 3. particip. præter. גְּדֻעִים, *succisi sint, exscindantur*, Ies. X. 33. Niph. præt. אֵיךְ נִגְדַּע, *quomodo succisus est*, Jer. L. 23. נִגְדַּעְתָּ, *succisus es*, Ies. XIV. 12. Pih. præt. גִּדַּע, *succidit*, Psalm. CVII. 16. futur. אֲגַדֵּעַ, *succidam*, Psal. LXXV. 11. Pyh. præter. גֻּדְּעוּ, *excisi sunt*, Ies. IX. 10.

גדף גִּדֵּף Pih. *blasphemavit, contumelia, probro affecit*: præt. וְגִדַּפְתָּ, *et blasphemasti*, 2 Reg. XIX. 22. part. מְגַדֵּף, *probro afficit*, Num. XV. 30.

גִּדּוּפִים, m. pl. *contumeliæ, convitia*, Ies. XLIII. 28. constr. גִּדּוּפֵי, Soph. II. 8.

גִּדּוּפוֹת, f. pl. idem; מִגִּדּוּפֹתָם, *a contumeliis eorum*, Ies. LI. 7.

גְּדוּפָה, f. *convitium*, Ezech. V. 15.

גדר גָּדַר *sepsit, sepem obduxit, maceriam, murum, parietem struxit*. Præt. גָּדַר בַּעֲדִי, *sepit circum me*, Thren. III. 7. וְגָדַרְתִּי אֶת־גְּדֵרָהּ, *maceriabo maceriam, obducam maceriam*, Hos. II. 8. Sic partic. גֹּדֵר גָּדֵר, *sepiens sepem*, Ezech. XXII. 30.

גֹּדֵר, m. *faber murarius, cœmentarius*: plural. וְלַגֹּדְרִים, *et cœmentariis*, 2 Reg. XII. 13.

גָּדֵר, m. *maceria, murus, paries, sepes, septum*, Prov. XXIV. 31.

גֶּדֶר, m. idem, aff. גְּדֵרוֹ, *maceria ejus*, Ies. V. 5. plur. cum aff. גְּדֵרֶיהָ, *macerias ejus*, Ps. LXXX. 13. fœmin. גְּדֵרָה, 1 Par. IV. 23. vel גֶּדֶרֶת, Ezech. XLII. 12. plur. גְּדֵרוֹת, Num. XXXII. 24. constr. גִּדְרוֹת צֹאן, *septa, caulæ gregum*, ver. 16. affix. גְּדֵרֹתָיו, *macerias ejus*, Psalmus LXXXIX. 41.

גדש גָּדִישׁ, m. *meta frumenti*, Exod. XXII. 5. metaphorice *tumulus*, Job XXI. 32.

גה גֵּה *hic*, pronomen, idem quod זֶה, Ezech. XLVII. 13. per commutationem ג et ז, ut supra fuit בַּג et בַּז, de quo in בָּזַז.

גהה גָּהָה *mederi, sanare, curare*: fut. יִגְהֶה מִכֶּם מָזוֹר, *curabit a vobis ulcus, curabit vos ab ulcere*, Hos. V. 13.

גֵּהָה, f. *medicina*, Prov. XVII. 22.

גהר גָּהַר *pronum expandere, extendere, prosternere vel abjicere se*: fut. וַיִּגְהַר אַרְצָה, *pronum se abjecit in terram*, 1 Reg. XVIII. 42. וַיִּגְהַר עָלָיו, *et pronus expandit se super eo*, 2 Reg. IV. 34.

גוּ, גֵּו, גֵּוא, Chald. vide in גוה.

גוב גּוֹב m. *locusta*: כְּגוֹב גֹּבָי, *sicut locusta locustarum*, Nahum III. 17. id est, *sicut magnæ seu prægrandes locustæ*, juxta hebræos: וְהִנֵּה יוֹצֵר גֹּבַי, *et ecce formabat locustas*, Amos VII. 1. pro גֹּבִים. Simile vide in הָרָר, in nomine defectivo הַר.

גֵּבִים, m. pl. idem, כְּמַשַּׁק גֵּבִים, *secundum discursionem locustarum*: Ies. XXXIII. 4. item *canthenii, trabes*, 1 Reg. VI. 9.

גֵּבִים, *fossa, foveæ:* עַל גֵּבִים, *ad foveas* Jerem. XIV. 3. item, 2 Reg. III. 16.

גֹּב, גּוּבָא, גֻּבָּא, m. Chald. *fovea, fossa:* לְגוֹב אַרְיָוָתָא, *in foveam leonum*, Dan. VI. 8. עַל פֻּם גֻּבָּא, *super os foveæ*, ver. 17.

* גּוּד. Quæ hinc esse possint, vide supra in גדד.

גוה גֵּו, m. *corpus*, et synecdochice *tergum*, item *medium:* מִן גֵּו, *e corpore* scilicet urbis, Job XXX. 5. לְגֵו, *corpori*, Prov. X. 13. aff. אַחֲרֵי גֵוְךָ, *post tergum tuum*, Ies. XXXVIII. 17. גֵּוִי, *corpus meum*, Ies. L. 6. גֵּוֵךְ, *corpus tuum*, Ies. LI. 23. fœm. מִגֵּוָה, *e corpore*, Job XX. 25. cujus etiam aliam significationem vide in גאה.

גַּו, m. idem: aff. אַחֲרֵי גַוְּךָ, *post tergum tuum*, 1 Reg. XIV. 9. אַחֲרֵי גַוָּם, *post tergum suum*, Nehem. IX. 26. גַּוְּךָ, *tergum tuum*, Ezech. XXIII. 35.

גַּו, גּוֹ, גּוֹא, Chald. *medium;* לְגוֹא *in medium*, Dan. III. 6. juxta Veneta magna, sed frequentius est גּוֹ, unde בְּגוֹ, *in medio*, Dan. VII. 15. בְּגַוַּהּ, *in medio ejus*, Esr. IV. 15. quod fœmininum; בְּגַוֵּהּ, *in medio ejus*, Esr. V. 7. quod est masculinum.

גְּוִיָּה, f. *corpus:* לִגְוִיָּה, *corpori*, Nah. III. 3. constr. גְּוִיַּת, 1 Sam. XXXI. 12. aff. בִּגְוִיָּתָם, *in corpore illorum*, Nah. III. 3. plur. גְּוִיֹּת, *corpora*, 1 Sam. XXXI. 12. aff. גְּוִיֹּתֵיהֶם, *corpora sua*, Ezech. I. 23. גְּוִיֹּתֵיהֶנָה, *corpora sua*, ver. 11. cum ה paragogico, pro הֶן.

* גּוּז *abscidit, abscissus fuit; abripuit, avulsit:* præt. גָּז חִישׁ, *abscissum est festine*, Ps. XC. 10. futur. וַיָּגָז, *abripuit*, Num. XI. 31. Convenit cum גָּזַז.

גּוֹזִי, m. *avulsor:* aff. גּוֹזִי, *avulsor meus*, Ps. LXXI. 6.

גוח *prodiit; prodire fecit, eduxit, edidit:* imp. וָגֹחִי, *et ede, educito*, scilicet partum, juxta Aben Esram, Mich. IV. 10. futur. וַתָּגַח, *quum prodis*, Ezech. XXXII. 2. et est in Pathach propter accentum ad penultimam retractum, sicut וַתָּנַח, Gen. VIII. 4. Hiph. particip. מֵגִיחַ מִמְּקֹמוֹ, *prodibat, erumpebat e loco suo*, Jud. XX. 33. Chald. particip. plur. מְגִיחָן, *erumpebant*, Dan. VII. 2. infin. בְּגִיחוֹ, *cum prodiret vel erumperet illud*, Job XXXVIII. 8. futur. יָגִיחַ, *prodire faciet, educet*, Job XL. 23.

גֹּחִי, m. *eductor:* aff. גֹחִי, *eductor meus*, Ps. XXII. 10.

גּוֹי m. *gens*. Sæpius dicitur de gentibus infidelibus et incredulis, a vera fide in Deum et republica Israelis alienis, quæ idcirco Deo abominationi fuerunt. Hinc Judæi appellarunt, ac etiamnum appellant Christianos, גּוֹיִם, *Gojim*, quasi *gentem abominabilem;* quinetiam (exemplo Gen. XX. 4. ubi *Goj* de solo Abimelech putant dici) virum unicum (christianum) vocant singulariter גּוֹי, *Goj*, (contra vide Aben Esram, Exod. XXI. 8.) et fœminam, גּוֹיָה, *Gojah*, affectu prorsus malitioso. Atque ita, quod ante Christum fuit generale nomen, id post Christum fecerunt speciale, et ad solos christianos restrinxerunt. Turcas enim non *Gojim*, sed יִשְׁמְעֵאלִים, *Ismaelitas: Æthiopes*, כּוּשִׁיִּים, appellant, et ita aliæ quæque gentes Christo non addictæ, speciali nomine ipsis vocantur. Ex quo autem libri ipsorum censuræ christianorum in quibusdam locis

fuere subjecti, pro גּוֹיִם, declinandæ invidiæ causa, substituerunt כּוּתִיִּים, *Cuthiim*, ut in opere Talmudico Basileæ edito; factum. *Cuthæos* autem Samaritanos olim vocarunt, quod venerint ex *Cutha*, de qua 2 Reg. XVII. 24. Aliquando tamen etiam de Judæis usurpatum est; *efficiam te patrem gentis magnæ*, Genes. XII. 2. sub quibus et *Israelitæ*: *vos eritis mihi regale sacerdotium et gens sancta*, Exod. XIX. 6. *gentes rebelles*, Ezech. II. 3. *gens maxima*, Deut. IV. 6. Hyperbolice ad *locustas* transfertur, Joel I. 6. sicut עָם, *populus* de formicis, Prov. XXX. 25. Cum aff. גֹּיִי, *gentis meæ*, Soph. II. 9. pro גּוֹיִי. Plurale, גּוֹיִם, *gentes*, Gen. XVII. 4. contracte, ut ante cum affixo, pro גּוֹיִים: constr. גּוֹיֵי הָאָרֶץ, *gentes terræ*: Gen. XXII. 18. aff. בְּגוֹיֵהֶם, *in gentibus suis*, Genes. X. 5. גֹּיִךְ, *gentes tuas*, Ezech. XXXVI. 13, 14. contracte scriptum, et legendum גּוֹיַיִךְ, ut Masorethæ notarunt.

גּוּל *exsultavit*: præt. דָּגַלְתִּי, *et exsultabo*, Ies. LXV. 19. Hiph. infin. cum futuro, גּוֹל יָגוּל, *exsultando exsultabit*, Prov. XXIII. 24. scribitur cum Vau ac si esset ex Kal, sed legitur cum Jod גִּיל יָגִיל, ex Hiph. ut Masorethæ notarunt; imper. גִּילוּ, *exsultate*, Joel II. 23. pro הָגִילוּ: futur. יָגִיל, *exsultabit*, Psalm. XXI. 2. cum י redundante, juxta Masorethas.

גִּיל, m. *exsultatio*, Hos. IX. 1. שִׂמְחָה וָגִיל, *lætitia et exsultatio*, Ies. XVI. 10. כְּגִילְכֶם, vide infra in גִּיל.

גִּילָה, f. idem, Ies. LXV. 18. Irregulare est, וְתָגֵל אַף גִּילַת, *et exsultabit etiam exsultatione*, Ies. XXXV. 2. Aben Esra supplet, גִּילַת לֵב, *exsultatione animi*. Constructum pro absoluto.

גָּוַע *exspiravit*, de agone animam agentium, quomodo in Novo Testam. de Christo est ἐξέπνευσε, Luc. XXIII. 46. Præter. כִּי גָוַע, *quod exspirasset*, Num. XX. 29. וְגֹוֵעַ, *et exspirans*, *moribundus*, Ps. LXXXVIII. 16.

גּוּף m. *corpus*, apud Rabbinos. In Bibliis fœminine גּוּפָה, unde constr. גּוּפַת שָׁאוּל, *corpus Saulis*, 1 Par. X. 12. plur. גּוּפֹת, *corpora*, ibid.

גַּף, m. idem: aff. בְּגַפּוֹ, *cum corpore suo*, id est, *solus*, *non cum uxore*, Exod. XXI. 3. quod habet formam a גָּפַף.

גּוּף Hiph. הֵגִיף, *claudere*, *occludere*: futur. יָגִיפוּ, *occludent*, Neh. VII. 3. In Targum aliquoties pro hebr. סָגַר ponitur, et inde מְגוּפָה, *operculum* apud Rabbinos.

גּוּר *peregrinatus*, *commoratus*, *diversatus fuit*, *habitavit in loco peregrino*: *timuit*, *metuit*, *formidavit*; tunc cum ל vel מִן plerumque construitur: item *congregavit*, Hab. I. 15. et intransitive, *congregare se*, *convenire*, *coire*, Psal. LVI. 7. Præt. גָּר, *peregrinatus fuit*, Jud. XIX. 1, 16. גּוֹר יָגוּר, *peregrinando peregrinabitur*, vel *congregando congregabit se*, juxta Hebræos quosdam, Ies. LIV. 15. Part. מֵעִם־גָּר, *ab habitante*, vel *accola*, Job XXVIII. 4, id est, *e loco ubi erant accolæ*, juxta R. Levi: plural. גָּרִים, *peregrinantes*, 2 Sam. IV. 3. fœmin. constr. מִגָּרַת בֵּיתָהּ, *ab habitatrice domus suæ*, Exod. III. 22. imperat. גּוּרוּ לָכֶם, *metuite vobis*, Job XIX. 29. וָגוּרוּ

מִמֶּנּוּ, *et timete ab eo*, Psal. XXII. 24. futurum אָגוּר, *metuerem*, Deut. XXXII. 27. Hithp. part. מִתְגּוֹרֵר, *commorans*, *permanens*, *hospitans*, 1 Reg. XVII. 20. Jer. XXX. 23. juxta Kimchi et R. Salomonem. Futur. יִתְגּוֹרָרוּ, *congregant se*, Hos. VII. 14.

גּוּר, m. *catulus*, Gen. XLIX. 9. Deut. XXXIII. 22. plur. cum affix. גּוּרֶיהָ, *catulos suos*, Ezech. XIX. 3.

גּוֹר, m. idem: plur. constr. כְּגוֹרֵי, *sicut catuli*, Jerem. LI. 38. et fœm. cum aff. גֹּרֹתָיו, *catulis suis*, Nah. II. 12.

גֵּר, m. *peregrinus*, *inquilinus*, *advena*, *accola*: aff. וְגֵרְךָ, *et peregrinus tuus*, Exod. XX. 10. plur. גֵּרִים, *peregrini*, Exod. XXII. 21.

גֵּרוּת. f. *hospitium*, Jer. XLI. 17.

מָגוֹר, m. *formido*, *metus*, *pavor*, Jer. VI. 25. Fœmin. מְגוֹרָה, unde constructum מְגוֹרַת רָשָׁע, *formido improbi*, Prov. X. 24.

מָגוּר, masc. *commoratio*, *habitatio*, *formido*: aff. בִּמְגוּרָם, *in commoratione ipsorum*, Psal. LV. 16. plural. constr. מְגוּרֵי אָבִיו, *peregrinationum patris sui*, Gen. XXXVII. 1. aff. בִּמְגוּרָיו, *in habitationibus suis*, Job XVIII. 19. מְגוּרַי, *formidines meas*, Thren. II. 22. Vide et מָגֹר.

מְגוּרָה, f. *granarium*, *horreum*, quia fruges in eo *congregantur et recipiuntur*, Hag. II. 19. item *formido*, unde plur. מְגוּרֹתָם, *formidines eorum*, Ies. LXVI. 4. וּמִכָּל־מְגוּרוֹתַי, *et ex omnibus pavoribus meis*, Psalm. XXXIV. 5.

מַמְּגֻרוֹת, f. pl. *granaria*, Joel I. 17. Vox anomala, inquit Aben Esra, aucta duplici מ formativo.

גרש m. *strigmentum*, *ramentum pulvis*: וְגִישׁ, *et ramentum*, Job VII. 5. scribitur cum י et legitur per ר. Apud Talmudicos, גזור אגושא, *condemnatus ad pulverem*.

גְּזְבָּר m. Chald. *quæstor*, *præfectus ærario*, Esr. I. 8. plur. ex alia forma, גִּזַּבְרַיָּא, *quæstores*, Esr. VII. 21.

גָּזַז *resecuit*, *abscidit*, *totondit*. Particip. כִּי גֹזֵז, *quod tonderet*, 1 Sam. XXV. 4. Plurale, גֹּזְזִים, *tondentes*, 2 Sam. XIII. 23. constr. עַל גֹּזְזֵי, *ad tonsores*, Gen. XXXVIII. 12. Niph. præt. נָגֹזּוּ, *tonsi fuissent*, Nah. I. 12.

גֵּז, m. *vellus*, *secta lana*, Deuter. XVIII. 4. וּמִגֵּז, *et de vellere*, Job XXXI. 20, item, *secta herba*, Psalm. LXXII. 6. plur. constr. גִּזֵּי, *fænisecia*, Amos VII. 1. fœmin. גִּזָּה, *vellus*, Jud. VI. 37. constr. גִּזַּת הַצֶּמֶר, *vellus lanæ*, ibid.

גָּזִית, f. *cæsura*, *cæsio*: *lapis cæsus et ferro politus*, 1 Reg. VI. 36. Sic Kimchi illud huc refert, quasi pro גְּזִית positum, ut dicitur זָלוּת a זָלַל. Alioqui magis esset a גזז deducendum. Idem in Michlol scribit, esse pro גְּזָזִית, formæ גְּפְרִית. Sic vult etiam בְּרִית esse pro בְּרְרִית. et contractum debuisse daghessari, גִּזִּית. Sed בְּרִית cum Cholem loco Daghesch.

גָּזַל *rapuit*, *abripuit*, *diripuit*: præter. גְּזֵלוֹת גָּזַל, *rapinas rapuit*, Ezech. XVIII. 12. Niph. præter. וְנִגְזְלָה, *et eripitur*, Prov. IV. 16.

גָּזֵל, m. *rapina*, Ezech. XVIII. 18.

גֵּזֶל, m. idem; וְגֵזֶל מִשְׁפָּט, *et rapina juris*, Eccles. V. 7.

גָּזֵל, m. idem, Ezech. XXII. 29.

גּוֹזָל, m. *pullus*, *avium* vel *columbarum* proprie, quod *rapinæ* sit expositus, Genes. XV. 9. plural. cum affixo

גּוֹזָלָיו, *pullos suos*, Deut. XXXII. 11.

גְּזֵלָה, f. *raptum*, *rapina*, Ezech. XVIII. 7. constr. גְּזֵלַת הֶעָנִי, *rapina pauperis*, Ies. III. 14. plur. גְּזֵלוֹת, Ezech. XVIII. 12.

גָּזָם m. *eruca*, Joel I. 4. Aben Esra a גָּזַז *tondendo* deducit, et ם servile esse vult.

גֶּזַע m. *truncus succisus*, Ies. XI. 1. affix. גִּזְעוֹ, *truncus succisus ejus*, Job XIV. 8.

גָּזַר *secuit*, *scidit*, *abscidit*: *decidit*, *decrevit*: præter. גָּזַר, *abscinderet*, scil. *hostis*, vel *abscinderetur*, Hab. III. 17. fut. וַיִּגְזֹר עַל־יָמִין, *et scindet ad dextram*, Ies. IX. 19. id est, *exscindendo undique victum colliget*: וְתִגְזַר־אֹמֶר, *et decernes sermonem*, Job XXII. 28. Niph. *exscindi*, *excidi*, *succidi*, *decerni*: præt. נִגְזַר; *decretum est*, Esth. II. 1. נִגְזָרוּ, *excisi sunt*, Psalm. LXXXVIII. 6. Chald. præterit. Ithpehal, fœmin. אִתְגְּזֶרֶת, *excisus est*, Dan. II. 45. sic, הִתְגְּזֶרֶת, ver. 34.

גֶּזֶר, m. *segmentum*, *decisum*: plur. בֵּין הַגְּזָרִים, *inter segmenta illa*, Gen. XV. 17.

גְּזֵרָה, f. *decisio*, Levit. XVI. 22. Chald. *decretum*: unde construct. בִּגְזֵרַת עִירִין, *ex decreto vigilum*, Dan. IV. 14.

גִּזְרָה, f. *decisum*, *segmentum*: *excisio*, *septum*, *structura separata*, ab alia quasi *decisa et distincta*, Ezech. XLI. 12, 13. affix. גִּזְרָתָם, *excisio eorum*, Thren. IV. 7.

גָּזְרִין, m. pl. Chald. *haruspices*, quasi *sectores* dicti, quod ex *victimis sectis* futura prædicerent, Dan. II. 27. וְגָזְרַיָּא, *et haruspices*, Dan. IV. 4.

מְגֵרָה, f. *serra*, juxta hebræos, vel juxta alios, *securis*: plural. וּבְמַגְזְרוֹת הַבַּרְזֶל, *et serris* vel *securibus ferreis*, 2 Sam. XII. 31. a secando.

גַּחֶל m. *pruna*, *carbo*: plural. גֶּחָלִים, *prunæ*, Psalm. XVIII. 9. constr. גַּחֲלֵי־אֵשׁ, *prunarum ignis*, Lev. XII. 16. affix. עַל־גֶּחָלָיו, *super prunas ejus*, Ies. XLIV. 19.

גַּחֶלֶת, f. idem, Ies. XLVII. 14. affix. אֶת־גַּחַלְתִּי, *prunam meam*, 2 Sam. XIV. 7.

גחן גָּחוֹן, m. *venter*, et de *reptilium ventre* tantum dicitur, ut R. Sal. monet: עַל־גָּחוֹן, *super ventrem*, Lev. XI. 42. cum Vau majusculo, quia Masorethæ notant, quod ea est media litera totius legis Mosis.

גיא גֶּיא, m. *vallis*: כָּל־גֶּיא יִנָּשֵׂא, *omnis vallis attolletur*, Ies. XL. 4.

גַּיְא, f. idem: הַגַּיְא, *ad vallem*, Num. XXI. 20. Hinc absque א, וְהַגַּי, *et vallis*, Jos. VIII. 11. בַּגַּי, *in valle*, Deut. XXXIV. 6. לַגַּי, *in vallem*, Mich. I. 6.

גֵּיא, f. idem: גֵּיא גְדוֹלָה, *vallis magna*, Zach. XIV. 4. absque א: גֵּי הָעֹבְרִים, *vallis transeuntium*, Ezech. XXXIX. 11. quod novies sic scribi, a Masorethis observatum. Plur. גֵּאָיוֹת, Ezech. XXXI. 12. et גֵּיאָוֹת, quod legendum גֵּאָיוֹת, 2 Reg. II. 16. sic Ezech. VI. 3. aff. וְגֵיאוֹתֶיךָ, *et valles tuæ*, Ezech. XXXV. 8. Ceterum legitur hinc גֵּי הִנֹּם, *vallis Hinnom*, vel, גֵּי בֶן הִנֹּם, *vallis filii Hinnom*. Hujus mentio, Jos.

XV. 8. in ea erat locus excelsus ædificatus, cui תֹּפֶת, *Topheth* nomen, in quo sacrificuli idololatræ immolabant liberos hominum idolo *Molech*, traducendo eos per ignem, sive comburendo eos, propterea quod Deus Abrahamo dixerat: *assume nunc filium tuum unicum Isaacum et offer eum in holocaustum*, Gen. XXII. 2. Hinc religio facta, et immanibus exemplis comprobata, Jer. VII. 31. et XIX. 2. et 2 Par. XXVIII. 3. contra expressum Dei mandatum, Lev. XVIII. 21. et XX. 2. Unde pius rex Josias istum locum polluit, 2 Reg. XXIII. 11. projiciendo illuc cadavera, fimum, stercora ac omnes res immundas, ne amplius horrendæ isti idololatriæ consecratus esset, aut religiosus haberetur, ut Kimchi hoc loco annotat. Placet hic subjicere, quæ reperi in libro Jalkut (commentarius est mysticus in universa Biblia) in Jerem. cap. 7. fol. 61. col. 4. ubi ita scriptum: » Etsi fuerint omnes domus idololatricæ in ipsa urbe Jerusalem, Moleci tamen fuit extra urbem in loco separato. Quomodo Molech erat factus? imago erat (ærea, R. Sal. Jer. VII. 31.) habens faciem vituli, manus expansas instar hominis manus aperientis, ut ab alio aliquid accipiat: intrinsecus excavata. Septem ipsi exstructa fuere sacella, ante quæ imago ista fuerat collocata. Avem sive pullum columbinum offerens, primum sacellum ingrediebatur: ovem aut agnum, secundum: arietem, tertium: vitulum, quartum: juvencum, quintum: bovem, sextum: qui denique filium proprium offerret, septimum occupabat sacellum. Hic Molecum osculabatur, juxta illud, *sacrificatores hominum vitulum osculantur*, Hos. XIII. 2. filius ante Molecum ponebatur: Molecus igne supposito succendebatur, donec ignitus fieret instar lucis. Tunc sacrificuli acceptum infantem candentibus Moleci manibus indebant, ac ne parens ejulatum ac clamorem pueri audiret, tympana pulsabant. Inde locus iste dictus fuit תֹּפֶת, *Topheth*, nempe a תֻּפִּים, *tympanis*: vallis vero הִנֹּם, *Hinnom*, quia vox pueruli erat נֹהֵם, *rugiens*: aut quod astantes sacrificuli dicerent, יֶהֱנֶה לָךְ, *utile erit tibi*, *dulce erit tibi*, *condimentum erit tibi*. » Hæc ibi; vide Kimchi, 2 Reg. XXIII. 11. R. Bechai, Levit. XVIII. scribit, parentes persuasos fuisse, reliquos liberos hoc sacrificio a morte ereptum iri, seque tota vita futuros prosperrimos. R. D. Kimchi, Ps. XXVII. 13. scribit: » Ghehinnom est locus vicinus urbi Jerusalem, contemptissimus, in quem projiciebant sordes ac cadavera, fuitque illic אֵשׁ תָּמִיד, *ignis continuus* ad comburendum cadavera, ossa ac reliquas sordes. Inde (ab horrendis istis cruciatibus et igne perpetuo) postmodum appellatum fuit judicium impiorum, sive locus in quo pœnas æternas impii sustinebunt, גֵּיהִנֹּם, *ghehinnam*, id est, γέεννα, *gehenna*. » Eo tendunt verba Christi, quando dixit εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός, *in gehennam ignis*, Matth. V. 22. Nec dubium est, quin ista gehennæ significatio tunc communis, et vulgo nota fuerit, ut antiquissimi Judæorum libri, et inter eos Talmudici testantur, in quibus legitur: » Frenduit super eos princeps gehennæ dentibus suis, » Sanhedrin cap. 7. fol. 52. et in Nedarim, cap. 4. fol. 39. » Septem res creatæ sunt ante creationem mundi, nempe *lex mosaica* et *pœnitentia*, *paradisus* et *gehenna*, *solium gloriæ* et *domus sanctuarii*, et *nomen Messiæ*, » et ita passim. Hæc cursim propter vocabulum gehennæ.

גִּיד m. *nervus*, Gen. XXXII. 32. plur. גִּידִים, Ezech. XXXVII. 6. constr. גִּידֵי, Job XL. 17.

גִּיל m. *similitudo*, *similis* aut

æqualis natura, *conditio* vel *status*: אֲשֶׁר כְּגִילְכֶם, *qui sunt secundum similitudinem vestram*, aut, *ejusdem cum vobis status et conditionis*, Dan. I. 10. Apud Talmudicos, בֶּן גִּילוֹ, id est, *filius eadem hora, et sub eodem planeta cum ipso natus*, Metzia, cap. II. fol. 27. et ita sæpe hac voce utuntur. Quidam ad גָּלַל, reducunt, quasi *revolutionem parem* significet.

גִּיר m. *calx*: כְּאַבְנֵי־גִר, *sicut lapides calcis*, Ies. XXVII. 9. cum defectu י. Chald. עַל־גִּירָא, *in calce* vel *super calcem*, id est, *in tectorio ex calce*, Dan. V. 5.

גַּלָּב masc. *tonsor*: plur. תַּעַר הַגַּלָּבִים, *novaculam tonsorum*, Ezech. V. 1.

גֶּלֶד masc. *cutis*, *pellis*: aff. עֲלֵי גִלְדִּי, *super cutem meam*, Job XVI. 15.

גָּלָה *migravit*, *deportatus*, *abductus fuit in captivitatem* vel *exsilium*: item *revelavit*, *retexit*, et intransitive, *revelare*, *retegere se*: præt. גָּלָה חָצִיר, *retexit se gramen*, id est, *prodiit*, Prov. XXVII. 25. fut. יִגֶל, *demigrat*, Job XX. 28. pro יִגְלֶה. Chald. particip. præs. גָּלֵא, *revelans*, Dan. II. 22. et גָּלָה, ver. 28. Particip. Pehil גְּלִי, *revelatum est*, Dan. II. 19. vel גֱּלִי, ver. 30. per Scheva compositum; cui simile in קְרָא. Inf. לְמִגְלָא, *revelare*, ver. 47. Niph. præter. נִגְלָה, *revelavit se*, 1 Sam. III. 21. וְנִגְלָה מִנִּי, *et transportatur a me*, Ies. XXXVIII. 12. Fut. cum apocopa, תִּגָּל, *retegetur*, Ies. XLVII. 3. Pih. גִּלָּה, *revelavit*, *retexit*, *deportavit*, Thren. IV. 22. at illud, וַתְּגַלִּי, *et retegis te*, Ies. LVII. 8. intransitive exponit Aben Esra. Pyh. præt. גֻּלְּתָה, *deportabitur*, juxta quosdam, Nah. II. 8. particip. תּוֹכַחַת מְגֻלָּה, *increpatio manifesta*, Prov. XXVII. 5. Hiph. הִגְלָה, *migrare* vel *deportari fecit*, *deportavit*, *captivum abduxit*: præter. הִגְלָה vel הֶגְלָה, *deportaverat*, Jer. XXIX. 1. Chald. præt. הַגְלִי, *abduxit*, *deportavit*, Esr. IV. 10. Hoph. præt. הָגְלָה, *deportatus fuerat*, Esth. II. 6. et fœmininum, הָגְלַת, *deportabitur*, Jer. XIII. 19. pro הָגְלְתָה, cui simile vide in רָצָה in Hiphil. Hithp. infin. בְּהִתְגַּלּוֹת, *in retegendo se*, *ut retegat se*, Prov. XVIII. 2. futurum, וַיִּתְגַּל, *et retexit se*, Gen. IX. 21. per apocopam.

גּוֹלָה, f. *migratio*, *deportatio*, *exsilium*, et metonymice, *deportata multitudo*, *deportati exsules*: כְּלֵי גוֹלָה, *instrumenta deportationis*, Jer. XLVI. 19.

גָּלוּת, f. idem, גָּלוּת שְׁלֵמָה, *deportatio perfecta*, Amos I. 9. affix. וְגָלוּתִי, *et deportationem meam*, id est, *deportatos meos*, Ies. XLV. 13. Chald. גָּלוּתָא, idem, Dan. II. 25.

גִּלָּיוֹן, vide in גָּלַל.

גִּלְיוֹנִים, m. pl. *specula*: quod objecta *revelent*, Ies. III. 23.

גִּלַּח Pih. *rasit*, *abrasit*: וְגִלַּח רֹאשׁוֹ, *et radet caput suum*, Num. VI. 9. Pyh. præt. גֻּלַּח, *abrasus fuit*, Jud. XVI. 22. אִם גֻּלַּחְתִּי, *si raderer*, ver. 17. particip. plur. constr. מְגֻלְּחֵי זָקָן, *rasi barba*, Jerem. XLI. 5. Hithp. præt. וְהִתְגַּלָּח, *et radet se*, Levit. XIII. 33. infin. הִתְגַּלְּחוֹ, *radere eum*, Num. VI. 19.

גָּלַל *volvit*, *devolvit*, *convolvit*, *vo-*

lutavit. præt. גַּלּוֹתִי, *devolvi*, Jos. V. 9. Niph. præter. וְנָגֹלּוּ, *et convolventur*, Ies. XXXIV. 4. futur. וְיִגַּל, *et devolvetur*, id est, *decurret*, *fluet*, Amos V. 24. Pih. præt. ex geminata prima radicali, וְגִלְגַּלְתִּיךָ, *et devolvam te*, Jer. LI. 25. Pyh. particip. fœmin. מְגוֹלָלָה, *volutatum*, Ies. IX. 4. Hiph. futur. וַיָּגֶל, *ut devolveret*, Genes. XXIX. 10. Hithp. præterit. הִתְגַּלְגָּלוּ, *devolvunt sese*, Job XXX. 14. particip. מִתְגּוֹלֵל, *volutabat sese*, 2 Sam. XX. 12. infinit. לְהִתְגֹּלֵל, *ut volutetur*, Gen. XLIII. 18.

גּוֹל, masc. *devolutus*, Psal. XXII. 9. Quidam loco participii præsentis גֹּלֵל positum existimant, *devolvens est*, *devolvit*, sc. vel *se* vel *res* aut *vias suas*, juxta illud: *devolve super Dominum viam tuam*, Psal. XXXVII. 5.

גַּל, m. *cumulus*, *acervus*, quasi *convolutionem* dicas, Gen. XXXI. 46. Item *scaturigo*, a revolutione aquæ, Cant. IV. 12. עַל-גַּל, *juxta scaturiginem*, Job VIII. 17. plur. גַּלִּים, *acervi*, Hos. XII. 12. 2 Reg. XIX. 25. Item *fluctus*, ab aquarum convolutione, Zach. X. 11. Constr. כְּגַלֵּי הַיָּם, *sicut fluctus maris*, Ies. XLVIII. 18. affix. גַּלֶּיךָ, *fluctuum tuorum*, Job XXXVIII. 11.

גֻּלָּה, f. *lecythus*, *lenticula*: מִימִין הַגֻּלָּה, *a dextris lecythi*, Zach. IV. 3. constr. גֻּלַּת הַזָּהָב, *lecythus auri*, Eccles. XII. 6. affix. וְגֻלָּהּ, *et lecythus ejus*, Zach. IV. 2. pro גֻּלָּתָהּ; vide simile in עֵרֹם inter nomina. Plurale גֻּלּוֹת, *scaturigines*, Jos. XV. 19. גֻּלּוֹת, *orbes*, 1 Reg. VII. 41.

גִּלָּיוֹן, m. *volumen*, *liber*, quia antiquitus in longum descriptus *convolvebatur*, ut hodie liber Legis in synagogis Judæorum: vel, si deducatur a גָּלָה, quia ignota *revelat*: גִּלָּיוֹן גָּדוֹל, *volumen magnum*, Ies. VIII. 1.

גָּלָל, m. *stercus*, a *convolutione*, 1 Reg. XIV. 10. affix. כְּגֶלְלוֹ, *sicut stercus ipsius*, Job XX. 7. plural. כַּגְּלָלִים, *veluti stercora*, Soph. I. 17. constr. תַּחַת גֶּלְלֵי הָאָדָם, *pro stercoribus humanis*, Ezech. IV. 15.

גְּלָל, m. Chald. *devolutio*: אֶבֶן גְּלָל, *lapide devolutionis*, Esr. V. 8. id est, *maximo*, quem devolvi necesse est præ gravitate. Aben Esra, R. Salomon et Elias Levita *marmor* interpretantur.

גָּלִיל, m. *limes*, *confinium*, diversorum terminorum *convolutio et concursus*: בְּאֶרֶץ הַגָּלִיל, *in terra confinii hujus*, 1 Reg. IX. 11. Et nomen proprium *Galilæa*, Jos. X. 7. forma constr. גְּלִיל הַגּוֹיִם, *Galilæa gentium*, juxta quosdam, Ies. IX. 1. Plural. גְּלִילִים, *volubiles*, *versatiles*: *orbes*, 1 Reg. VI. 34. constr. גְּלִילֵי זָהָב, *orbes aurei*, Cantic. V. 14. עַל גְּלִילֵי כֶסֶף, *ad orbes argenteos*, Esth. I. 6.

גְּלִילָה, f. *Galilæa*, juxta quosdam: Hebræi *tractum*, *terminum*, *limitem* exponunt, Ezech. XLVII. 8. plural. גְּלִילוֹת, *termini*, Joel IV. 4. Sed Jos. XVIII. 17. quibusdam nomen proprium loci est, *Gheliloth*, qui alias *Ghilgal* dicitur, Jos. XV. 7.

גִּלּוּלִים, m. pl. *idola*, *dii stercorei*, per contemptum, Ezech. XXII. 3. constr. גִּלּוּלֵי, Ezech. VIII. 10. aff. אֶת־גִּלּוּלָיו, *deos stercoreos suos*, Ezech XIV. 4.

גִּלְגָּל, m. *Ghilgal*, nomen proprium loci: item *rota*, unde constructum גַּלְגַּל עֶגְלָתוֹ, *rota plaustri sui*, Ies. XXVIII. 28.

גַּלְגַּל, masc. *orbis*, *rota*, *sphæra*: **כַּגַּלְגַּל**, *tamquam rotam*, vel *rotationem*, id est, *pulverem rotatum et circumactum a turbine*, Psal. LXXXIII. 14. et sic Ies. XVII. 13. **בַּגַּלְגַּל**, *in orbe*, Psal. LXXVII. 19. nempe *cælesti*, qui circumvolvitur, Aben Esra: **רֶכֶב וְגַלְגַּל**, *curribus et rotis*, Ezech. XXIII. 24. Quidam *essedum*, alii *carrucas* interpretantur. Plurale cum affixo, **וְגַלְגִּלָּיו**, *et rotæ ejus*, Ies. V. 28. Chald. **גַּלְגִּלּוֹהִי**, *rotæ ejus*, Dan. VII. 9.

גֻּלְגֹּלֶת, f. *calvaria*, *cranium*, *caput*, 2 Reg. IX. 35. **לַגֻּלְגֹּלֶת**, *in caput unumquodque*, Exod. XVI. 16. aff. **אֶת־גֻּלְגָּלְתּוֹ**, *cranium ejus*, Jud. IX. 53. plur. cum affixo **לְגֻלְגְּלוֹתָם**, *per capita sua*, Num. I. 2.

מְגִלָּה, f. *volumen*, *liber convolutus*, Jer. XXXVI. 28. constr. **מְגִלַּת־סֵפֶר**, *volumen libri*, ver. 2. Chald. **מְגִלָּה חֲדָה**, *volumen unum*, id est, *quoddam*, Esr. VI. 2.

בִּגְלַל, *propter*, *occasione*, *causa*: separatum scribitur **בִּגְלַל** cum Pathach, quasi forma constructa, Gen. XXXIX. 5. Affix. **בִּגְלָלֵךְ**, *tua causa*, *propter te*, Genes. XXX. 27. Genes. XII. 13. **בִּגְלַלְכֶם**, *propter vos*, Deut. I. 37.

גָּלַם *convolvit*, *involvit*: futur. **וַיִּגְלֹם**, *et convolvit*, 2 Reg. II. 8.

גֹּלֶם, m. *glomus*, *massa*, rudis et intricata adhuc, neque in veram formam evoluta: affix. **גָּלְמִי**, *massam rudem meam*, Psal. CXXXIX. 16.

גְּלוֹם, m. *pallium*: plural. constr. **בִּגְלוֹמֵי תְכֵלֶת**, *palliis*, vel *togis hyacinthinis*, Ezech. XXVII. 24.

גַּלְמוּד, m. *solitarius*, *rejectus et desertus*, *desolatus*, Aben Esra, Job III. 7. et XXX. 3. fœmin. **גַּלְמוּדָה**, *solitaria*, Ies. XLIX. 21. Apud Talmudicos legitur: *in civitatibus maritimis vocant menstruatam* **גלמודה**, *galmuda*. *Quid* **גלמודה**? *separata a viro suo*: Sota cap. 7. in fine.

גלע Hithp. **הִתְגַּלַּע**, *immiscere se*: infinit. **וְלִפְנֵי הִתְגַּלַּע**, *ante miscere se*, *antequam immisceat se*, Prov. XVII. 14. futur. **יִתְגַּלָּע**, *immiscet se*, Prov. XVIII. 1. Sic XX. 3. neque sæpius legitur.

גָּלַשׁ *detondit*, *deglabravit*: præt. **שֶׁגָּלְשׁוּ**, *quæ detondent*, Cant. IV. 1. et VI. 5. Hinc in Targum, **גְּלוֹשׁ**, *recalvaster*, **גְּלוֹשְׁתָּא**, *recalvatio*, Lev. XIII. 41, 42. Aben Esra, *conspicui sunt et videntur*.

גַּם *etiam*, *quoque*: repetitum in continuatione sententiæ, est *tum*, *tam*, *quam*: **וְגַם**, *quinetiam*, Genes. XLIV. 9. **הֲגַם**, *num etiam*, *etiamne?* Genes. XVI. 13. **וְאַף־גַּם**, *ac insuper etiam*, Levit. XXVI. 44 pleonasmus nec inelegans, nec in his particulis infrequens: **בְּשַׁגַּם**, *eo quod etiam*, Genes. VI. 3. compositum ex præpositione **בְּ**, et pronomine **שֶׁ**, quod cum Pathach loco Sægol notatur, et ex **גַּם**.

גָּמָא Pih. *absorpsit*, *exsorpsit*, *exhausit*: futurum **יְגַמֶּא־אֶרֶץ**, *absorbet terram*, nempe *celerrimo cursu*, ut R. Levi explicat, Job XXXIX. 24. Chaldæus, *facit foveam in terra*: sic alii, *fodit*. Hiph. imper. **הַגְמִיאִנִי**, *sorbere sine me*, *sorbendum da mihi*, Genes. XXIV. 17. In Targum **גָּמְעַן דְּמָא**, *absorbent sanguinem*, Job XXXIX. 30. **גְּמִיעָה**, *absorbitio*, apud Rabbinos.

מְגַמָּה, f. *haustus*: constr. מְגַמַּת פְּנֵיהֶם, *haustus faciei ipsorum*, Hab. I. 9. R. Salomon exponit per שְׁאִיפַת, *absorbitio*. *Haustus faciei ipsorum*, hoc est, *celerrimo suo cursu*, quo videntur terram ante se constitutam quasi *absorbere*, *tendunt orientem versus*: vel, *cursus ipsorum est celerrimus*, ut *orientalis ventus*.

גֹּמֶא, m. *juncus*, *scirpus*, sic dictus, quod aquam *sorbeat*, Job VIII. 11.

גמד גֹּמֶד, m. *cubitus*, *mensura cubiti*, Jud. III. 16. idem quod אַמָּה, de quo vide in אמם.

גַּמָּדִים, m. pl. *Gammadæi*, Ezech. XXVII. 11. populi Phæniciæ, (quorum urbem Plinius corrupte *Gamalen*, pro *Gamaden*, appellat lib. 2. cap. 91.) quasi *cubitales* vel *brachiales* dicti, quod *brachio potentes et robusti essent*, ut quibusdam placet; non quod *cubitalis staturæ fuerint*, quod loco isti non convenit.

גָּמַל *retribuit*, *rependit*, *retulit bonum* vel *malum*, et ita construitur cum accusativo, affixo vel separato, vel cum dativo, vel cum præpositione עַל: item *ablactavit*, *educavit*, *maturavit*. Præter. כִּי גָּמַל עָלָי, *quia rependit mihi*, Psalm. XIII. 6. גְּמַלְתַּנִי הַטּוֹבָה, *rependisti mihi bonum*, וַאֲנִי גְּמַלְתִּיךָ הָרָעָה, *et ego affeci te malo*, 1 Sam. XXIV. 18. Part. וּבֹסֶר גֹּמֵל, *et omphax maturescens*, Ies. XVIII. 5. part. præter. גָּמוּל, *ablactatus*, Ies. XI. 8. infin. עַד־גְּמֹלְךָ אוֹתוֹ, *donec ablactes eum*, 1 Sam. I. 23. futur. וַיִּגְמֹל שְׁקֵדִים, *et maturabat*, *educabat amygdala*, Num. XVII. 23. וַתִּגְמְלֵהוּ, *et educavit eum*, 1 Reg. XI. 20. Niph. inf. הִגָּמֵל, *ablactari*: et futur. וַיִּגָּמַל, *et ablactatus fuit*, Gen. XXI. 8. Vide et 1 Sam. I. 22.

גְּמוּל, m. *retributio*, *bona* vel *mala*, unde vel *beneficium* vel *maleficium*, et omnino *meritum* denotat: אֶת־גְּמוּלֵךְ, *retributionem tuam*, *meritum tuum*, Ps. CXXXVII. 8. aff. גְּמֻלְךָ, *retributio tua*, Obad. ver. 15. Plur. cum affixo כָּל־גְּמוּלָיו, *omnium beneficiorum tuorum*, Psalm. CIII. 2. fœm. גְּמוּלָה, 2 Sam. XIX. 37. plur. אֵל גְּמֻלוֹת, *Deus retributionum*, Jer. LI. 56.

גָּמָל, m. *camelus*, Ies. XXI. 7. plur. absolutum et construct. גְּמַלִּים מִגְּמַלֵּי אֲדֹנָיו, *camelos ex camelis domini sui*, Gen. XXIV. 10. Semel additur fœmininum ad distinguendum sexum, גְּמַלִּים מֵנִיקוֹת, *cameli lactantes*, Gen. XXXII. 15. aff. לִגְמַלֶּיךָ, *camelis tuis*, ver. 19.

תַּגְמוּל, m. *retributio*, *beneficium*, *meritum*, unde cum affixo formæ chaldaicæ, תַּגְמוּלוֹהִי, *beneficia ejus*, Psalm. CXVI. 12.

גמץ גּוּמָּץ, m. *fossa*: חֹפֵר גּוּמָּץ, *fodiens fossam*, Eccles. X. 8. Chaldaicum est: unde גּוּמָּצָא עַמִּקְתָּא, *fovea profunda*, Prov. XXII. 14. Verbum, גַּמְצַהּ, *effodit eam*, Psalm. VII. 16. in Targum.

גָּמַר *perfecit*: *defecit*, *desiit*: præter. גָּמַר חָסִיד, *desiit beneficus*, Psalm. XII. 2. et sic LXXVII. 9. particip. גֹּמֵר עָלָי, *perficientem erga me*, Psal. LVII. 3. fut. יִגְמָר־נָא, *deficiat quæso*, Psal. VII. 10. יִגְמֹר בַּעֲדִי, *perficiat pro me*, Psal. CXXXVIII. 8.

גְּמִיר, m. Chald. *perfectus*, *consummatus*, juxta quosdam; vel substantive, *perfectio*, *integritas*, Esr. VII. 12.

גָּנַב *furatus est, abduxit, subtraxit, surripuit furtim*: præt. גָּנַבְתָּ אֶת־אֱלֹהָי, *furatus es deos meos*, Genes. XXXI. 30. particip. præter. גָּנוּב, *furtivum*, Gen. XXX. 33. plur. מַיִם גְּנוּבִים, *aquæ furtivæ*, Prov. IX. 17. Fœmininum cum י paragogico juxta R. Sal. גְּנֻבְתִי, *furto sublatum*, Gen. XXXI. 39. Vide simile infra in מָלֵא. Niph. futur. יִגָּנֵב, *furto ablatum erit*, Exod. XXII. 11. Pih. particip. plural. constr. מְגַנְּבֵי, *suffuratores, qui suffurantur*, Jer. XXIII. 30. futur. וַיְגַנֵּב אֶת־לֵב, *et suffurabatur cor*, 2 Sam. XV. 6. Pyh. infin. cum præter. גֻּנֹּב גֻּנַּבְתִּי, *furando furto ablatus sum*, Gen. XL. 15. futur. וְאֵלַי דָּבָר יְגֻנָּב, *et apud me verbum erat furtivum*, Job IV. 12. *absconditum, clandestinum*. Hithp. fut. וַיִּתְגַּנֵּב, *et furtim subtraxit se*, 2 Samuelis XIX. 4.

גַּנָּב, m. *fur*: כְּבֹשֶׁת גַּנָּב, *secundum pudorem furis*, Jer. II. 26. plur. חַבְרֵי גַנָּבִים, *socii furum*, Ies. I. 23.

גְּנֵבָה, f. *furtum*, Exod. XXII. 3. aff. בִּגְנֵבָתוֹ, *cum furto suo*, ver. 2.

גֶּנֶז m. *thesaurus*: *gazæ*: plural. constr. אֶל־גִּנְזֵי הַמֶּלֶךְ, *in thesauros regis*, Esth. III. 9. Chald. בְּבֵית גִּנְזַיָּא, *in domo gazarum* vel *thesaurorum*, Esth. V. 17.

גַּנְזַךְ, m. *gazophylacium*: plur. cum affixo, וְגַנְזַכָּיו, *et gazophylaciorum ejus*, 1 Paral. XXVIII. 11. R. Salomon scribit esse *locum, in quo thesauri sacri asservantur*: formæ אַרְגָּז.

גָּנַן *protexit, obtexit*: construitur cum עַל. Præter. וְגַנּוֹתִי עַל־הָעִיר, *et protegam supra urbem hanc*, 2 Reg. XX. 6. infin. גָּנוֹן, *protegendo*, Ies. XXXI. 5. Hiph. futur. יָגֵן עֲלֵיהֶם, *proteget eos*, Zach. IX. 15.

גַּן, m. *hortus*, quod septo *protegi* soleat, Gen. II. 8. Aff. לְגַנִּי, *in hortum meum*, Cant. V. 1. Plur. מַעְיַן גַּנִּים, *fons hortorum*, Cant. IV. 15.

גַּנָּה, גִּנָּה, f. idem, Ies. I. 30. constr. גִּנַּת, Cant. VI. 11. plur. גַּנּוֹת, *horti*, Eccles. II. 5. Affix. גַּנּוֹתֵיכֶם, *hortos vestros*, Amos IV. 9.

מָגֵן, m. *clypeus, scutum*, a *protegendo*, Gen. XV. 1. Semel reperitur fœmininum עַל הַמָּגֵן הָאֶחָת, *super scutum unum*, 1 Reg. X. 17. Aff. מָגִנִּי, *scutum meum*, Psalm. VII. 11. Plur. מָגִנִּים, *scuta*, 1 Reg. X. 17. constr. מָגִנֵּי הַזָּהָב, *scuta aurea*, 1 Reg. XIV. 26. מָגִנֵּי נְחֹשֶׁת, *scuta ærea*, ver. 27. aff. מָגִנֶּיהָ, *clypei ejus*, id est, *protectores*, Hos. IV. 18. fœmin. מָגִנּוֹת, *scuta*, 2 Par. XXIII. 9.

מְגִנָּה, f. *obtegumentum*: construct. מְגִנַּת־לֵב, *obtegumentum cordis*, id est, אוֹטֶם הַלֵּב, *obturatio cordis*, juxta R. Sal. Thren. III. 65. Confer 2 Cor. III. 14, 15. ubi dicitur *κάλυμμα velamen*. Vide etiam in מָגֵן: plurale vide in antecedenti voce.

גָּעָה *mugiit, boavit*: infin. וְגָעוֹ, *et mugiendo*, 1 Sam. VI. 12. futur. אִם יִגְעֶה, *an boat?* Job VI. 5.

גָּעַל *fastidivit*: præt. גְּעַלְתִּים, *fastidivi eos*, Levit. XXVI. 44. particip. גֹּעֶלֶת אִישָׁהּ, *fastidiens virum suum*, Ezech. XVI. 45. Niph. præt. נִגְעַל, *fastidio fuit*, 2 Sam. I. 21. Hiph. futur. וְלֹא יַגְעִל, *et non fastidit*, id est, *cum fastidio coit et incassum semen ejicit*, Job XXI. 10.

גֹּעַל, m. *fastidium*, Ezech. XVI. 5.

גָּעַר *increpavit*, *objurgavit*, *compescuit*: et sic construitur cum præpositione ב: absque ea, *perdidit*, *disperdidit*, *corrupit*: præt. וְגָעַר בּוֹ, *et increpabit eam*, Ies. XVII. 13. גָּעַרְתָּ זֵדִים, *perdidisti superbos*, Psalm. CXIX. 21. et sic Psalm. IX. 6. ubi Aben Esra notat absque ב constructum significare *excisionem* et *perditionem*.

גְּעָרָה, f. *increpatio*, Prov. XIII. 1. constr. גַּעֲרַת, Ies. XXX. 17. affix. מִגַּעֲרָתוֹ, *ab increpatione ejus*, Job XXVI. 11.

מִגְעֶרֶת, f. *increpatio*, *perditio*, *exitium*, Deut. XXVIII. 20.

גָּעַשׁ *concuti*, *commoveri*: futur. וַתִּגְעַשׁ, *et concussa fuit*, Ps. XVIII. 8. Pyh. fut. יְגֹעֲשׁוּ, *concutiuntur*, Job XXXIV. 20. Hithp. וְהִתְגֹּעֲשׁוּ, *et commoventur*, Jerem. XXV. 16. cum Cholem in medio propter ejectum Daghesch, ut in Pyhal. Sic futurum, יִתְגֹּעֲשׁוּ, *commoveantur*, Jer. XLVI. 8. et cum Pathach, יִתְגָּעֲשׁוּ, Jerem. XLVI. 7.

גֶּפֶן f. *vitis*, Genes. XL. 9. Semel masculinum est, גֶּפֶן בּוֹקֵק, *vitis vacuans*, Hos. X. 1. Aff. גַּפְנוֹ, *vitem suam*, id est, *fructum vitis suæ*, 2 Reg. XVIII. 31. et sic Jer. V. 17. Plural. וְהַגְּפָנִים, *et vites*, Cant. II. 13.

גַּף גפף, m. *ala*: pl. constr. עַל גַּפֵּי, *super alis*, id est, *pinnis excelsis*. Prov. XI. 3. Quidam, *super eminentiis*: quasi pro גַּבֵּי, de quo in גבב. Chald. idem: plur. גַּפִּין, *alæ*, Dan. VII. 4. Affix. גַּפַּיהּ, *alæ ejus*, ibid. אֲגַפִּים, vide in אגף. Item בְּגַפּוֹ, vide supra in גוף.

גֹּפֶר masc. *gopher*, *cedri species* Genes. VI. 14. Plinius lib. 13. cap. 5. meminit cujusdam cedri, quæ cariem non sentit, cuique materiæ est æternitas.

גָּפְרִית, f. *sulphur*, Gen. XIX. 24.

גָּרָב masc. *psora*, *scabies maligna*, *intus et foris sicca*, juxta R. Sal. Levit. XXI. 20. Deut. XXVIII. 27.

גרד Hithp. הִתְגָּרֵד, *scabere*, *scalpere se*: infinit. לְהִתְגָּרֵד, *ad scabendum se*, Job II. 8.

גָּרָה Pih. *miscere*, et de contentione ac bello tantum dicitur, quomodo Virgilius dixit, *miscere prælia*, et Cicero, *miscere et concitare certamina*: futur. יְגָרֶה מָדוֹן, *miscet contentionem*, Prov. XXIX. 22. Hithp. præter. הִתְגָּרִית, *miscuisti* scil. *bellum*, Jerem. L. 24. imp. וְהִתְגָּר בּוֹ מִלְחָמָה, *et misce cum eo bellum*, Deut. II. 24. per apocopam.

תִּגְרָה, f. *conflictus*: construct. מִתִּגְרַת יָדְךָ, *a conflictu manus tuæ*, Psal. XXXIX. 11.

גָּרוֹן, גֵּרָה, et alia quæ hinc esse possint, vide in גָּרַר.

גרז Niph. נִגְרַז, *succidi*, *excidi*: præter. נִגְרַזְתִּי, *excisus sum*, Psalm. XXXI. 23.

גַּרְזֶן, m. *securis*, ab *excindendo*, Deut. XX. 19.

גּוֹרָל גרל, m. *sors*, Levit. XVI. 8. constr. גּוֹרַל צַדִּיקִים, *sors justorum*, Psalm. CXXV. 3. aff. גּוֹרָלְךָ, *sortem tuam*, Prov. I. 14. plural. גֹּרָלוֹת, *sortes*, Levit. XVI. 8.

גֶּרֶם m. *os ossis*: *ossa*, *artus*, Prov. XVII. 22. item *fastigium*: אֶל־גֶּרֶם הַמַּעֲלוֹת, *in fastigio graduum*, 2 Reg. IX. 13. et sic Kimchi

in Com. exponit, *in gradu supremo*: חֲמוֹר גָּרֶם, *asinus ossium*, id est, *ossibus valens*, *fortissimus*, Genes. XLIX. 14. Plur. גְּרָמִים, aff. גְּרָמָיו, *ossa ejus*, Job XL. 18. Chaldaic. גַּרְמֵיהוֹן, *ossa eorum*, Dan. VI. 25.

גָּרַם, *comminuere*, *conterere ossa*, quasi *exossare* dicas, sicut a nomine שֹׁרֶשׁ, *radix*, venit verbum pro *eradicare*, scribit Kimchi Ezech. XXIII. 34. Præt. לֹא גָרְמוּ, *non exossant*, Soph. III. 3. id est, *non abjiciunt ossa*, *sed carnem cum ossibus devorant*, ut mane ne ossa quidem rodenda reliqua habeant. Pih. futurum, וְעַצְמוֹתֵיהֶם יְגָרֵם, *et ossa eorum exossabit*, id est, *conteret*, Numer. XXIV. 8. חֲרָשֶׂיהָ תְּגָרֵמִי, *testas ejus comminues*, Ezech. XXIII. 34.

גֹּרֶן f. *area*, Num. XVIII. 27. גֹּרְנָה, *in aream*, Mich. IV. 12. affix. מִגָּרְנְךָ, *de area tua*, Deut. XVI. 13. plur. גְּרָנוֹת, *areæ*, Joel II. 24.

גָּרַס *frangi*, *comminui*: præter. גָּרְסָה נַפְשִׁי, *comminuitur anima mea*, Psalm. CXIX. 20. Hiphil הִגְרִים, *comminuit*: futur. וַיַּגְרֵס, *et comminuit*, Thren. III. 16.

גֶּרֶשׂ, m. *comminutum*, *contusum*, *res contusa*, Lev. II. 14. aff. מִגִּרְשָׂהּ, *de contuso ejus*, ver. 16.

גָּרַע *diminuit*, *detraxit*, *subtraxit*, *ademit*: *succidit diminuendo*. Construitur cum accusativo et cum præpositione מִן. Partic. præter. זָקָן גְּרֻעָה, *barba diminuta*, *succisa*, Jer. XLVIII. 37. infinit. לִגְרוֹעַ, *ad diminuendum*, Eccles. III. 14. futur. אֶגְרַע, *succidam*, Ezech. V. 11. Targum אֶקְטוֹף, quod idem: וְתִגְרַע, *et diminuis*, *minimum existimas*, Job XV. 4. וְתִגְרַע אֵלֶיךָ, *et subtrahis ad te*, id est, *aliis adimis et tibi confers*, ver. 8. יִגְרַע מִצַּדִּיק, *subtrahit e justo*, Job XXXVI. 7. Niph. præter. וְנִגְרַע, *et diminuetur*, Lev. XXVII. 18. Pih. futur. יְגָרַע, *subtrahet*, Job XXXVI. 27.

מִגְרָעוֹת, f. pl. *contracturæ*, *imminutiones*, 1 Reg. VI. 6.

גָּרַף *convolvit*, *devolvit*, *everrit*: præt. גְּרָפָם, *devolvit* vel *everrit ea*, Jud. V. 21.

אֶגְרוֹף, m. *pugnus*, quasi *manus convoluta*: בְּאֶגְרֹף, *cum pugno* (Targum בְּכוּרְמֵיזָא, *fuste*) Exod. XXI. 18. בְּאֶגְרוֹף רֶשַׁע, *pugno injustitiæ*, Ies. LVIII. 4.

מֶגְרָפָה, f. *gleba*, *massa terræ convoluta*: pl. cum aff. תַּחַת מֶגְרְפֹתֵיהֶם, *sub glebis suis*, Joel I. 17.

גָּרַר *concidit*, *secuit*, *dissecuit*: item *ruminavit*, quasi *denuo concidit*; vel ab *attractione*, nam chaldaice est *trahere*, *attrahere*. Fut. יְגוֹרֵם, *dissecabit eos*, Prov. XXI. 7. juxta Aben Esram et Kimchi in libro Rad. Qui *terrere* vertunt, deducunt a גּוּר, sed id aliter construitur, ut suo loco videre est: יָגֹר, *ruminabit*, Lev. XI. 7. pro יָגוֹר, ut אָכוֹת a כָּתַת et alia plura: Kametz pro Pathach propter pausam. Pyh. partic. plur. מְגֹרָרוֹת, *secti*, *dissecti*, 1 Reg. VII. 9. Hithp. partic. מִתְגּוֹרֵר, *dissecans*, *succidens*, Jerem. XXX. 23. juxta quosdam, ut Kimchi citat in libro Radicum, sed aliam explicationem vide in גּוּר.

גֵּרָה, f. *rumen*, *cibus ruminis*; unde גֵּרָה לֹא יָגָר, *ruminationem* vel *ruminationis cibum non ruminat*, Lev. XI. 7. מַעֲלַת גֵּרָה, *ascendere faciens* vel *revocans cibum ruminis*, ver.

3, 6. Item *obolus* quasi *minimum monetæ segmentum*, Exod. XXX. 13. quorum viginti faciebant siclum.

גָּרוֹן, m. *guttur*, ab *intersectionibus*, vel ab *attractione* spiritus < נְטוּיוֹת גָּרוֹן, *extentæ gutture*, Ies. III. 16. Aff. גְּרוֹנִי, *guttur meum*, Psal. LXIX. 4. Est formæ חָלוֹן.

אֲגוֹרָה, fœmin. *numulus*: constr. לַאֲגוֹרַת כֶּסֶף, *pro numulo argenteo*, 1 Sam. II. 36. ubi Kimchi notat א esse servile, et ejusdem originis cum גֵּרָה, de quo ante.

גַּרְגַּר, m. *granum*, *bacca*: plural. גַּרְגְּרִים, Ies. XVII. 6.

גַּרְגֶּרֶת ,גַּרְגְּרָה, fœm. *faux*, *fistula gutturis*, *a segmentis* et *orbibus*, ut R. Salomon scribit: plur. עַל־גַּרְגְּרֹתֶיךָ, *ad fauces tuas*, Prov. III. 3.

מְגֵרָה, fœm. *serra*, 1 Reg. VII. 9. 2 Sam. XII. 31. plur. וּבַמְּגֵרוֹת, *et serris*, 1 Paral. XX. 3. pro quo legitur, 2 Sam. XII. 31. וּבְמַגְזְרוֹת, *et securibus*.

גָּרַשׁ *expulit*, *ejecit*: part. præsens גֹּרֵשׁ מִפָּנֶיךָ, *expulsurus sum a facie tua*, Exod. XXXIV. 11. Partic. præteritum, וּגְרוּשָׁה, *et expulsam*, id est, *repudiatam*, Lev. XXI. 14. Niph. præt נִגְרַשְׁתִּי, *ejectus sum*, Jon. II. 5. particip. נִגְרָשׁ, *expulsum*, *propulsum*, Ies. LVII. 20. Pih. præterit. גֵּרַשְׁתָּ, *expulisti*, Gen, IV. 14. Infin. גָּרֵשׁ יְגָרֵשׁ, *expellendo expellet*, Exod. XI. 1. Pyh. præterit. גֹּרְשׁוּ, *expulsi sunt*, Exod. XII. 39.

גֶּרֶשׁ, m. *ejectum*, *extrusum*, גֶּרֶשׁ יְרָחִים, *extrusio lunarum*, id est, *fructus quos quæque luna protrudit*; Deut. XXXIII. 14.

מִגְרָשׁ, m. *expulsio*, *suburbium*, *suburbanum prædium*, Ezech. XLV. 2. dictum quasi ex urbe *expulsum*. Constr. מִגְרַשׁ, Levit. XXV. 34. affix. לְמַעַן מִגְרָשָׁהּ, *propter expulsionem ejus*, Ezech. XXXVI. 5. Plural. constr. מִגְרְשֵׁי הֶעָרִים, *suburbana prædia civitatum*, Num. XXXV. 4, 5. affix. וּמִגְרְשֵׁיהֶם, *et suburbana prædia illarum*, ver. 3. וּמִגְרָשֶׁהָ, *et suburbana prædia ejus*, Jos. XXI. 11. ubi deficit ו ante ה juxta Masorethas, et sic toto isto capite, excepto ver. 13. ubi bis plene scribitur.

מִגְרָשׁוֹת, f. pl. *suburbia*, *suburbana loca*, Ezech. XXVII. 28. juxta paraphrasten Chaldæum, et hebræos. Quidam, *fluctus propulsi* vel *jactati*.

גֶּרֶשׂ, vide supra in גרם.

גֶּשֶׁם גשם, m. *imber*, *pluvia*: non tam generale esse volunt, quam מָטָר, quod *quamcunque pluviam* significat: hoc vero *pluviam fortem*, sive *imbrem*, juxta Kimchium in lib. Rad. וְגֶשֶׁם אָיִן, *et pluvia non est*, Prov. XXV. 14. Plur. עֵת גְּשָׁמִים, *tempus pluviarum*, Esr. X. 13. Constr. גִּשְׁמֵי בְרָכָה, *pluviæ benedictionis*, Ezech. XXXIV. 26. affix. גִּשְׁמֵיכֶם, *pluvias vestras*, Lev. XXVI. 4.

גֹּשֶׁם, m. idem: לֹא גֻשְׁמָהּ, *non (descendit) pluvia ejus*, Ezech. XXII. 24. Quidam volunt esse verbum Pyhal pro, *non profunderis pluvia*, et ita Daghesch characteristicum deficit, et Mappik redundat; vel est לְתִפְאֶרֶת הַקְּרִיאָה, *ad venustiorem pronunciationem*, ut Kimchi scribit in commentariis.

הִגְשִׁים, Hiph. *pluere fecit*, *pluviam demisit* vel *suscitavit*. Particip. præs. plur. מַגְשִׁמִים, *pluere facientes*, Jer. XIV. 22.

גְּשֵׁם m. Chald. *corpus*: affix.

בְּגֶשְׁמְהוֹן, *in corpus eorum*, Dan. III. 27. גֶּשְׁמֵהּ, *corpus ejus*, Dan. IV. 30. גֶּשְׁמַהּ, *corpus ejus*, Dan. VII. 11.

גִּשֵּׁשׁ Pih. *palpavit* : futurum נְגַשְׁשָׁה כַעִוְרִים, *palpavimus tamquam cæci*, Ies. LIX. 10.

גת גַּת, f. *torcular*, Joel III. 13. plur. גִּתּוֹת, *torcularia*, Nehem. XIII. 15.

ד

דָּא Chald. *hæc*, *ista*, *hoc*, *illud*, Dan. IV. 27. דָּא לְדָא, *hoc ad illud invicem*, Dan. V. 6. דָּא מִן דָּא, *hæc ab illa*, Dan. VII. 3. ex hebræo זֶה, ז in ד mutato.

דָּאַב *doluit*, *mœstus fuit* : præt. fœm. דָּאֲבָה, *mœret*, *mœsta est*, Jer. XXXI. 25. infin. לְדַאֲבָה, *ad mœrendum*, *mœrere*, Jer. XXXI. 13. cum ה paragogico. Hiph. הֶאֱדִיב, *dolere fecit*, *cruciavit*. part. וּמְדִיבוֹת נָפֶשׁ, *et cruciantes animum*, Levit. XXVI. 16. pro מַדְאִיבוֹת. Infin. לַאֲדִיב per metathesin literarum, juxta hebræos, vide supra suo loco.

דְּאָבָה, f. *mœror*, Job XLI. 14.

דַּאֲבוֹן, m. idem, Deut. XXVIII. 65.

דָּאַג *solicitus*, *anxius fuit*, *anxie timuit* ; præt. וְדָאַג לָנוּ, *et solicitus sit nobis*, id est, *nostra causa*, vel *de nobis*, 1 Sam. IX. 5. et sic X. 2. וְאֶת־מִי דָּאַגְתְּ, *et quem solicita timuisti*, Ies. LVII. 11. Futur. אֶדְאַג מֵחַטָּאתִי, *solicitus sum de peccato meo*, Psal. XXXVIII. 19.

דְּאָגָה, f. *solicitudo*, *anxietas*, Prov. XII. 25.

דָּאג, vide in דָּגָה.

דָּאָה *volavit*, *volitavit* ; *pernicem volatum* proprie notat, *qualis est aquilæ* : futur. יִדְאֶה הַנֶּשֶׁר, *volat aquila*, Deut. XXVIII. 49. וַיֵּדֶא, *volitatque*, Psal. XVIII. 11. per apocopam.

דָּאָה, f. *milvus*, idem quod דַּיָּה scribit Aben Esra, Lev. XI. 14.

דָּב *fluxus*, *stercus*, *excrementum*, originis chaldaicæ, a דּוּב, idem quod hebraice זוּב, *fluere*.

דִּבְיוֹנִים, m. pl. *stercus columbinum*, 2 Reg. VI. 25. compositum ex דָּב et יוֹנִים, *columbæ*. דָּב, *fluxus*, id est, זֶבֶל הַזָּב מִן הַיּוֹנִים, *stercus aut fimus fluens ex columbis*, juxta R. Sal. vel צוֹאַת יוֹנִים, *excrementum columbarum*, juxta Kimchium. Chaldæus, קַבָּא דְזֶבֶל מַפְּקַת יוֹנַיָּא, *cabus fimi excrementi columbarum*. Est autem vox legenda pro חֲרֵיוֹנִים : vide חָרַר.

דֹּבֶא m. *sermo*, juxta quosdam : וּכְיָמֶיךָ דָּבְאֶךָ, *et sicut dies tui*, *sic sermo tuus*, Deut. XXXIII. 25. id est, *quamdiu vives*, *tamdiu sermo de te erit*, *et sermone hominum celebraberis*. Vel, *robur*, *fortitudo* (quod Chaldæus secutus) pro, *juxta annos vitæ tuæ*, *semper idem erit robur tuum*, *ut juventutis*, *ita senectutis robur firmum erit*. Hæc communior interpretatio, teste Kimchio.

דָּבַב *loqui* : part. דּוֹבֵב שִׂפְתֵי

יְשֵׁנִים, *loquitur labiis dormientium*, Cant. VII. 10. hoc est, בְּשִׂפְתֵי, *per labia facit, ut etiam dormientes loquantur*. Sic convenit cum part. præcedente הוֹלֵךְ. Si דוֹבֵב accipiatur ex Pihel sive Pohel, tunc erit præteritum pro participio מְדוֹבֵב.

דִּבָּה, f. *infamia*, *fama mala*: constr. דִּבַּת הָאָרֶץ, *infamiam terræ*, Num. XIII. 32. aff. וְדִבָּתְךָ, *et infamia tua*, Prov. XXV. 10.

דֹּב, דוֹב, com. *ursus*, *ursa*: דֹּב אֹרֵב, *ursus insidians*, Thren. III. 10. plur. כַּדֻּבִּים, *sicut ursi*; Ies. LIX. 11. fœm. שְׁתַּיִם דֻּבִּים, *duæ ursæ*, 2 Reg. II. 24. Chald. לְדֹב, *urso*, Dan. VII. 5.

דְּבַח Chald. *sacrificare*. Particip. דָּבְחִין, *sacrificantes*, Esr. VI. 3. ex hebræo זָבַח, commutatis ז et ד.

דִּבְחִין, m. pl. Chald. *sacrificia*, Esr. VI. 3.

מַדְבְּחָא, m. Chald. *altare*, Esr. VII. 17.

דבך נִדְבָּךְ, Chald. *ordo*, *series*, *strues lapidum*, *paries*, *structura*, *maceria*: נִדְבָּךְ דִּי אָע חֲדַת, *paries ex lignis novis*; plurale, נִדְבָּכִין דִּי אֶבֶן גְּלָל תְּלָתָא, *ordines murorum terni ex lapidibus magnis*; Esr. VI. 4. Sic in Targum, נִדְבָּךְ עַל נִדְבָּךְ, *ordo super ordine*, hebr. אֶבֶן עַל אֶבֶן, *lapis super lapide*, Hag. II. 15. נִדְבָּכִין עֲבִידָן לְהוֹן, *ordines lapidei erant facti ipsis in circuitu*, hebr. טוּר, Ezech. XLVI. 23. מִלְּרַע לְנִדְבָּכַיָּא, *sub ordinibus lapideis istis*, ibid. נִדְבָּךְ שֶׁל אֲבָנִים, *maceria*, *strues*, *structura lapidum*, apud Rabbinos.

דבל דְּבֵלָה, fœm. *palatha*, *massa ficuum*, 1 Sam. XXX. 12. Constr. דְּבֶלֶת תְּאֵנִים, *palatha ficuum*, 2 Reg. XX. 7. Plur. דְּבֵלִים, 1 Sam. XXV. 18.

דָּבַק *adhæsit*, *cohæsit*; *conjunctus*, *conglutinatus fuit*: constr. cum præposit. אֶל, ל, ב, עִם, אַחֲרֵי. Præt. וְדָבַק בְּאִשְׁתּוֹ, *et adhærebit uxori suæ*, Gen. II. 24. Cum affixo futur. תִּדְבָּקַנִי הָרָעָה, *adhæreat mihi malum*, Gen. XIX. 19. Chald. particip. plur. דָּבְקִין, *cohærentes*, Dan. II. 43. Pyh. futur. יְדֻבָּקוּ, *conglutinentur*, Job XXXVIII. 38. et XLI. 8. Hiph. הִדְבִּיק, *adhærescere fecit*, *agglutinavit*, *conglutinavit*: *persecutus*, *assecutus fuit*: præter. הִדְבַּקְתִּי, *feceram ut adhæreret*, Jerem. XIII. 11. הִדְבִּיקֻהוּ, *assecuti sunt eum*, 2 Sam. I. 6. Hoph. particip. מֻדְבָּק, *adhærere facta*, Psalm. XXII. 16.

דָּבֵק, masc. *adhærens*, *conjunctus*: דָּבֵק מֵאָח, *conjunctior fratre*, Prov. XVIII. 24. fœm. דְּבֵקָה, *conjuncta*, 2 Par. III. 12.

דֶּבֶק, m. *junctura*, *commissura*, *ferrumen*, *glutinum*, *quo aliquid conjungitur*, Ies. XLI. 7. Plural. דְּבָקִים, *commissuræ*, 2 Par. XVIII. 33. 1 Reg. XXII. 34.

דִּבֵּר *locutus*, *elocutus est*: construitur cum præpositionibus ל, אֶל, עַל. Particip. דֹּבֵר, *eloquor*, Exod. VI. 29. Plural. דֹּבְרִים, *loquuntur*, Num. XXXVI. 5. Constr. דֹּבְרֵי, Psal. V. 7. Fœm. plural. דֹּבְרוֹת, *loquuntur*, Num. XXVII. 7. Particip. Pahul, דָּבֻר, *dictum*, Proverb. XXV. 11. Infin. בְּדַבְּרֶךָ, *in loqui te*, *quum locutus fueris*, Psalm. LI. 6. Niph. נִדְבַּר, *assidue*, *frequenter loqui*, vel *prædicare*, *dictitare*, *obloqui*, *colloqui*: præt. נִדְבְּרוּ, *frequenter loquuntur*,

Mal. III. 16. נִדְבְּרוּ עָלֶיךָ, *oblocuti sumus tibi*, Mal. III. 13. Part. plur. הַנִּדְבָּרִים בְּךָ, *assidue loquentes contra te*, Ezech. XXXIII. 30. Kimchi scribit ad hunc locum, לְשׁוֹן דִּבּוּר שֶׁהוּא קָשׁוּר עִם בֵּית הוּא לִגְנַאי, hoc est, Verbum דִּבֵּר quando cum בְּ construitur, sumitur in malam partem. Pih. דִּבֵּר, *dixit, edixit, locutus, elocutus, prolocutus fuit*; cum אֶל, *allocutus*; cum עִם, *collocutus*; cum עַל, *oblocutus*; et sic varie construitur, nempe cum dativo, accusat. vel præp. לְ, עִם, בְּ, אֶל, אֵת. Præt. וְדִבַּרְתִּי עַל לִבָּהּ, *et locutus sum ad cor ejus*, Hos. II. 14. sic Genes. XXXIV. 3. Ies. XL. 2. Infin. לְדַבֵּר בָּם, *loquendo de eis*, Deut. XI. 19. וּבְדַבְּרִי אוֹתָךְ, *et in alloqui me te*, Ezech. III. 27. futur. אֲדַבֵּר בְּךָ אֶל־אָבִי, *loquar de te ad patrem meum, tua causâ patrem meum alloquar*, 1 Sam. XIX. 3. Et ex alia significatione *perdere*, unde וַתְּדַבֵּר, *et perdidit*, 2 Paralip. XXII. 10. pro quo in eadem historia legitur, תְּאַבֵּד, 2 Reg. XI. 1. Pyh. part. מְדֻבָּר־בָּךְ *dicitur*, vel *prædicatur de te*, Psalm. LXXXVII. 3. Futur. שֶׁיְּדֻבַּר־בָּהּ, *quo sermo fiet de ea*, Cant. VIII. 8. Hiph. futurum יַדְבֵּר, *ducit, adducit*, Psalm. XLVII. 4. et sic XVIII. 48. ex usu chaldaico. Hithp. particip. מִדַּבֵּר, *loquens*, Num. VII. 89. pro מִתְדַּבֵּר per usitatam syncopam.

דָּבָר, m. *verbum, sermo: res, negotium, aliquid, quidquam*, Genes. XVIII. 14. Exod. XVIII. 16. כָּל־דָּבָר רָע, *omnem rem malam*, Deut. XVII. 1. Constr. דְּבַר־יְהוָה, *verbum Domini*, Jer. I. 4. עַל־דְּבַר, *propter negotium, propter, causa, ratione*, ut עַל־דְּבַר כְּבוֹד־שְׁמֶךָ, *propter gloriam nominis tui*, Ps. LXXIX. 9. Aff. דְּבָרִי, *verbum meum*: דְּבָרְךָ, *verbum tuum*, quod octies scribitur cum י redundante, דְּבָרֶיךָ, ut Masorethæ notant, Jud. XIII. 17. Plur. דְּבָרִים. Constr. לְדִבְרֵי־רוּחַ, *verbis ventosis*, Job XVI. 3. Affix. דְּבָרָיו, *verba ejus*: דְּבָרֶיךָ, *verba tua*. Et cum hoc affixo *tredecim* sunt, quæ scribuntur absque י, ut כִּדְבָרְךָ, *secundum verba tua*, Gen. XXX. 34. pro כִּדְבָרֶיךָ. Loca annotata sunt in Masòra magna.

דֶּבֶר, m. *verbum, sermo*, Jerem. V. 13. unde ablato accentu ante Makkaph דְּבַר־, Hos. I. 2.

דֶּבֶר, m. *pestis*, Exod. IX. 3. Plur. cum affixo, דְּבָרֶיךָ, *pestes tuæ*, Hos. XIII. 14. Dicitur sic; quasi *perditio, res perdens*, germanice, *das böse ding*, ex 2 Paral. XXII. 10. vel quod sic res a *Deo edicta et decreta*: aut quod *abducat* omnis status et generis homines.

דֹּבֶר, m. *ductus, caula, ovile*: aff. כְּדָבְרָם, *secundum ductum suum, pro more suo*, Ies. V. 17. בְּתוֹךְ הַדָּבְרוֹ, *in medio ovilis sui*, Mich. II. 12. Sic dictum *ovile*, quod oves eo semper *ducantur*.

דְּבִיר, m. *adytum*, quasi *oraculum* vel *loquutorium* dictum, quod *Deus inde responsa daret*, 1 Reg. VI. 19. et י quandoque deficit. Est et nomen proprium urbis in libro Josuæ, et regis cujusdam, Jos. X. 3.

דִּבְרָה, f. *ductus, ratio, causa, negotium*, sed semper forma constructa cum præpositione עַל reperitur, עַל־דִּבְרַת, *secundum rationem, pro ratione*, Eccles. III. 18. et VIII. 2. Cum affixo, דִּבְרָתִי, *causam meam*, Job V. 8. et sic cum י paragogico, ut Aben

Esra notat, עַל־דִּבְרָתִי מַלְכִּי־צֶדֶק, *secundum ductum*, *ordinem* vel *rationem Malchitzedek*, Psal. CX. 4. ubi Aben Esra exponit עַל־מִנְהַג, *secundum morem*, vel *consuetudinem:* Et in epistola ad Hebræos V. 6. κατὰ τὴν τάξιν *secundum ordinem*, et cap. VII. 15. κατὰ τὴν ὁμοιότητα *secundum similitudinem*. Chaldaic. עַל־דִּבְרַת, *propter causam*, vel simpliciter, *propter*, ut hebraice עַל דְּבַר, Dan. II. 30. עַל־דִּבְרַת דִּי יִנְדְּעוּן, *propterea ut agnoscant*, Dan. IV. 14. atque ita legitur in Venetis editionis primæ; sed postea scriptum lectum, עַד־דִּבְרַת, eodem sensu juxta hebræos. Et sic græci, ἵνα γνῶσιν.

דַּבְּרוֹת, f. pl. *verba*: cum affixo מִדַּבְּרוֹתֶיךָ, *e verbis tuis*, Deuter. XXXIII. 3. Est formæ בַּקָּשָׁה.

דֹּבְרוֹת, f. pl. *rates*, a *ductu* dictæ, 1 Reg. V. 23.

דְּבֹרָה, f. *apis*, a continuo susurro quasi *loquutione*, vel mirabili *ductu*, et *ordine* sui operis, Ies. VII. 18. plural: כִּדְּבֹרִים, *sicut apes*, Psalm. CXVIII. 12.

הַדָּבְרַיָּא, Chald. *gubernatores*, quasi *ductores* dicti: affix. הַדָּבְרַי, *gubernatores mei*, Daniel. IV. 33. לְהַדָּבְרוֹהִי, *gubernatoribus suis*, Dan. III. 24. ה ab initio est Heemanticum, sicut et in הַמְנִיכָא, de quo in מנך.

מִדְבָּר, m. *desertum*, per antiphrasin sic dictum, quasi locus *a sermone remotus*; vel *a ductu*, si de pascuoso dicatur, quod pecora eo pascendi causa *ducantur*: construct. לְמִדְבַּר שְׁמָמָה, *in desertum solitudinis*, id est, *vastissimum*, Jer. XII. 10. affix. מִדְבָּרָהּ, *desertum ejus*, Ies. LI. 3.

דְּבַשׁ m. *mel*, Gen. XLIII. 11. item *palma*, *dactylus* a dulcedine. Unde: *primitiæ frumenti*, *musti*, *et olei*, וּדְבַשׁ, *et palmæ*, 2 Paral. XXXI. 5. De melle numquam fuerunt primitiæ datæ. Hinc R. Salomon Lev. II. 11. scribit: כל המתיקת פרי קרויה דבש, *omnis dulcedo fructuum vocatur devasch*. Affix. עִם דִּבְשִׁי, *cum melle meo*, Cant. V. 1.

דַּבֶּשֶׁת, f. *gibbus*, Ies. XXX. 6. sed camelorum tantum, sic dictus, quod oneribus læsus, *melle sanari* soleat. Inde in Talmud, דבש לְמַאי חָזֵי לְכָתִיתָה דְגַמְלֵי, *mel ad quid conducit? ad contusionem camelorum*: Schab. fol. 154. 2.

דָּגָה *augeri*, *multiplicari*, *fœcundari* more piscium: nam a דָּג, *piscis* verbum formatum, ut hebræi tradunt: futur. וְיִדְגּוּ לָרֹב, *et fiant ut pisces in multitudinem*, *multiplicentur ut pisces*, Gen. XLVIII. 16.

דָּג, m. *piscis*, vide infra in דוג.

דֶּגֶל m. *vexillum*, Num. II. 3. affix. עַל־דִּגְלוֹ, *juxta vexillum suum*, ver. 2. plur. cum aff. לְדִגְלֵיהֶם, *ad vexilla sua*, Num. II. 17.

דָּגַל, *vexillum erigere*. Part. præt. דָּגוּל, *vexillatus*, *ornatus*, vel *elatus* ut *vexillarius*, Cant. V. 10. Futur. נִדְגֹּל, *vexillum erigamus*, Psalm. XX. 6. Niph. part. נִדְגָּלוֹת, *vexillatæ copiæ*, Cant. VI. 4.

דָּגָן m. *frumentum*, Gen. XXVII. 28. constr. וּדְגַן שָׁמַיִם, *et frumentum cælorum*, Psalm. LXXVIII. 24. affix. דְּגָנְךָ, *frumentum tuum*, Deut. VII. 13.

דָּגַר *collegit*, Jerem. XVII. 11. וְדָגְרָה, *et colliget*, Ies. XXXIV. 15. Chaldaicum est.

דַּד m. *uber*, *mamma*: plural. constr. דַּדֵּי בְּתוּלֵיהֶן, *mammas virginitatis illarum*, Ezech. XXIII. 3. aff. דַּדַּיִךְ, *mammas, tuas*, ver. 21.

דדה Hithp. הִדַּדָּה, *vagari*, *incedere*, *gradi*, sed *sensim* et *leniter*: futur. אֶדַּדֶּה, *sensim incedam*, Ies. XXXVIII. 15. pro אֶתְדַּדֶּה: cum aff. אֶדַּדֵּם, *gressurus sum cum illis*, Ps. XLII. 5. pro אֶדַּדֶּה עִמָּהֶם, *progrediar cum illis*, juxta hebraeos.

דְּהַב Chald. *aurum*, Dan. II. 32. emph. רֵאשֵׁהּ דִּי דְהַבָא, *caput auri*, Dan. II. 38. Est hebraicum זָהָב, commutatis ז et ד.

מַדְהֵבָה, f. *aurea*, *aurifica*, *inaurata* vel *auri cupida*, Ies. XIV. 4. in hebraeo, ubi propheta regem Babyloniæ voce babylonica irridet; ejus divitias carpens.

דהם Niph. נִדְהַם, *defatigari*: partic. נִדְהָם, *defessus*, *defatigatus*, Jer. XIV. 9. Kimchi in Com. *obstupefactus*, qui nescit quid agendum.

דָּהַר *plausit*, sed de equis tantum dicitur, qui citato cursu terram plaudunt: וְסוּס דֹּהֵר, *et equi plaudentis*, Nah. III. 2.

דַּהֲרוֹת, f. pl. *plausus*, Jud. V. 22.

תִּדְהָר, *tæda*, arbor resinam ferens, Ies. XLI. 19.

* דּוֹב *ursus*. Vide supra in דָּבַב.

דוג *piscari*: Hiph. præterit. וְדִיגוּם, *et piscabuntur eos*, Jer. XVI. 16. pro וְהֵדִיגוּם. Simile vide in רוּב.

דָּג, m. *piscis*, Jon. II. 1. Semel cum epenthesi; דָּאג, Nehem. XIII. 16. plur. דָּגִים, Job XL. 31. constr. דְּגֵי הַיָּם, *pisces maris*, Gen. IX. 2. foem. דָּגָה, Deuter. IV. 18. constr. דְּגַת יְאֹרֶיךָ, *piscem rivorum tuorum*, Ezech. XXIX. 4. aff. דְּגָתָם כִּדְגַת הַיָּם, *pisces eorum, sicut pisces maris*, Ezech. XLVII. 10. Hæc duo sunt a verbo דָּגָה, propter mutationem Kametz in Scheva, sicut שְׁנַת a שָׁנָה.

דַּיָּג, m. *piscator*: plural. הַדַּיָּגִים, *piscatores*, Ies. XIX. 8. לְדַוָּגִים, *ad piscatores*, Jerem. XVI. 16. quod scribitur cum Vau, sed legendum per Jod לְדַיָּגִים.

דַּוָּג, m. idem: plur. דַּוָּגִים, *piscatores*, Ezech. XLVII. 10.

דּוּגָה, f. *piscatio*, Amos IV. 2.

דּוֹד m. *dilectus*; *amicus*: synecdochice *patruus*, 1 Sam. X. 15. affix. דּוֹדִי, *dilectus meus*, Cant. VI. 2. אֶל־דּוֹדוֹ, *ad patruum suum*, 1 Sam. X. 16. דּוֹדֵךְ, *dilectus tuus*, Cant. VI. 1. plur. דּוֹדִים, *dilecti*, Cant. V. 1. Et substantive *amores*, עֵת דּוֹדִים, *tempus amorum*, Ezech. XVI. 8. aff. דֹּדֶיךָ, *amores tui*, Cant. I. 2, 4. et IV. 10. Hinc דָּוִיד, *David*, Zach. XII. 8, 10, 12. et XIII. 1.

דּוֹדָה, f. *amita*: aff. דֹּדָתוֹ, *amitam suam*, Exod. VI. 20.

דּוּד m. *calathus*, *canistrum*, *sporta*, Jer. XXIV. 2. *lebes*, 1 Sam. II. 14. *pelvis*, *labellum*, quo fertur argilla aut intrita conficiendorum laterum, Psal. LXXXI. 7. secundum Aben Esram: *ahenum*, Job XLI. 11. Plur. בַּדּוּדִים, *in sportas*, 2 Reg. X. 7. Et cum ו mobili, וּבַדְּוָדִים, *et in lebetibus*, 2 Par. XXXV. 13. constr. cum epenthesi, דּוּדָאֵי, *sportæ*, *calathi*, Jer. XXIV. 1. Similem epenthesin vide in לול.

דּוּדָאִים, m. pl. *mandragoræ*, juxta communem interpretum sententiam, Genes. XXX. 14. Quidam, *flores amabiles*, quasi a superiore דוד deductum. Odor illis adscribitur, Cant.

VII. 14. constr. מְדוּדָאֵי, *de mandragoris*, Gen. XXX. 14. Judæi *violas* interpretantur, et sic in Talmud Sanhed. fol. 99. Vide Drusium in fine com. Ruth.

דוה דָּוֶה, m. *languidus*, Thren. V. 17. fœmin. דָּוָה, *languida*, Thren. I. 13. אֶת־אִשָּׁה דָּוָה, *cum muliere languente*, scilicet *ex fluxu mensium*, Levit. XX. 18. et XV. 33. Ies. XXX. 22.

דַּוָּי, m. *languidum*, Ies. I. 5.

דְּוַי, m. *languor*, Psalm. XLI. 4. plur. constr. כִּדְוֵי לַחְמִי, *sicut languores cibi mei*, Job VI. 7.

דְּוֹת, f. idem: דְּוֹתָהּ, *languoris ejus*, Levit. XII. 2.

מַדְוֶה, m. idem: constr. מַדְוֵה, Deut. XXVIII. 60. plurale constructum, וְכָל־מַדְוֵי מִצְרַיִם, *et omnes languores Ægypti*; Deuter. VII. 15. מַדְוֵיהֶם, vide in מָדַד.

דוח Hiph. הֵדִיחַ, *dispulit*, metaphorice; *abluit*; lavando enim dispelluntur sordes: præter. הֱדִיחָנִי, *dispellit me*, Jer. LI. 34. Futur. יָדִיחַ, *abluet*, Ies. IV. 4. יָדִיחוּ, *abluent*, Ezech. XL. 38.

דוך *tudit*: præt. דָּכוּ בַּמְּדֹכָה, *tundebant in mortario*, Num. XI. 8.

דּוּכִיפַת, f. *gallus sylvestris*, juxta Targum et R. Salomonem: quidam, *attagen*, Lev. XI. 19.

דַּךְ, *pauper*, vide in דכך.

מְדֹכָה, f. *tudicula*, *mortarium*, Num. XI. 8.

דום *siluit*, *obmutuit*, *quievit*: at illud, כְּדֻמָה, *sicut excisa*, Ezech. XXVII. 32. juxta Kimchium significatum habet a דָּמָה. Quibusdam est nomen proprium *Duma*, ut Ies. XXI. 11. Imper. דֹּמּוּ, *silete*, Ies. XXIII. 2.

Pih. דּוֹמֵם, *silere facere*, *sedare*, *quietum reddere*: præteritum וְדוֹמַמְתִּי, *et silere feci*, Psalm. CXXXI. 2.

דֳּמִי, m. *quies*; בִּדְמִךָ, *in quiete tua*, id est, *pristina tranquillitate tua*, Ezech. XIX. 10. de qua etiam in דָּמָה in fine.

דּוּמָה, f. *silentium*; *sepulcrum*, sic dictum, quod illic sit *silentium* a celebrando Deo, Psalm. XCIV. 17. et CXV. 17. Est et nomen proprium regionis, Ies. XXI. 11.

דּוּמָם, *silens*, Ies. XLVII. 5. לְאֶבֶן דּוּמָם, *lapidi silenti*, Hab. II. 19. Convenit cum דָּמָה et דָּמַם, quæ etiam vide.

דון *judicavit*, *disceptavit*, *judicium exercuit*, *causam egit*, *jus dixit*: præter. דָּן דִּין־עָנִי, *judicavit causam pauperis*, Jer. XXII. 16. Chald. particip. דָּאְנִין, *causam cognoscentes*, Esr. VII. 25. ubi Masorethæ notant legendum דָּיְנִין, quia א Scheva mobili affici non solet; simile in דָּיֵק. At quum א habet Scheva compositum, manet; vide קום. Niph. particip. נָדוֹן, *disceptans apud se*, 2 Sam. XIX. 9. Hiph. הֵדִין, *judicavit*, etc. ut ante. In infinitivo et imperativo communiter deficit ה characteristicum: infin. לָדִין, *ad judicandum*, pro לְהָדִין, Ies. III. 13. imper. דִּין, *judica*, Job XXXV. 14.

דַּיָּן, m. *judex*, Psalm. LXVIII. 6. 1 Sam. XXIV. 16. Chald. plural. דַּיָּנִין, *causidici*, *causarum cognitores*, Esr. VII. 25.

דִּין, m. *judicium*, *causa*, *sententia judicata*, Deut. XVII. 8. aff. וְדִינִי, *et causam meam*, Psal. IX. 5.

דּוּן m. idem: שַׁדּוּן, *quod judicium est*, Job XIX. 29. quod ex jure justum et æquum est.

דִּין, Chald. *judicium, causa, sententia judicata*, Dan. IV. 34. emph. דִּינָא Dan. VII. 10. vel דִּינָה, Esr. VII. 27.

מָדוֹן, m. *contentio*, Psalm. LXXX. 7. אִישׁ מָדוֹן, *vir contentionis*, id est, *contentiosus*, Jerem. XV. 10. Plurale est אֵשֶׁת מִדְוָנִים, *mulier contentionum*, id est, *contentiosa*, Prov. XXVII. 15. et מִדְיָנִים, Prov. XVIII. 18. Constr. מִדְיְנֵי אִשָּׁה, *contentiones mulieris*, Prov. XIX. 13.

מְדָנִים, m. pl. idem, Prov. VI. 19. Volunt ex priori forma esse contractum.

מְדִינָה, f. *provincia*, quasi *jurisdictio* dicta, Esth. I. 22. plur. מְדִינוֹת, ibid. Chald. מְדִינְתָּא, f. idem, Esr. V. 8. constr. מְדִינַת, Dan. III. 1. plural. מְדִינָן, Esr. IV. 15. emph. מְדִינָתָא, Dan. III. 2.

דּוּץ *exsilire*: fut. תָּדוּץ, *exsilit*, Job XLI. 13. Chaldaicum est.

דּוּר *habitare*: infinit. מְדוּר, *præ habitare*, Psalm. LXXXIV. 11. דּוֹרִי, *habitare meum*, *habitatio mea*, Ies. XXXVIII. 12. Chald. particip. דָּאְרִין, *habitant*, Dan. II. 38. quod legendum est דָּיְרִין: constr. דָּאְרֵי, *habitantes*, *habitatores*, Dan. IV. 32. legendum דָּיְרֵי. Sic infra in זוע. Fut. תְּדוּר, *habitabat*, Dan. IV. 18. יְדֻרוּן, *habitabant*, Dan. IV. 9. quod scribitur cum ו redundante.

דּוֹר vel דֹּר, m. *ætas*, *generatio*, homines una ætate et generatione viventes, Eccl. I. 4. Aff. וְאֶת דּוֹרוֹ, *et generationem ejus*, Ies. LIII. 8. plur. לְדוֹר דּוֹרִים, *in generationem generationum*, id est, *in omnes generationes*, Ies. LI. 8. fœmin. דּוֹרוֹת, ver. 9. aff. לְדוֹרוֹתָיו, *per generationes illius*, Levit. XXV. 30.

דָּר, Chald. idem: עִם דָּר וְדָר, *cum generatione et generatione*, Dan. III. 33.

דּוּר, masc. *pyra*, *rogus*, Ezech. XXIV. 5. Kimchi in Comment. vult esse imper. *strue pyram* vel *rogum*, ex significatione sequentis nominis.

מְדוּרָה, f. idem, Ezech. XXIV. 9. aff. מְדֻרָתָהּ, *pyræ ejus*, Ies. XXX. 33.

מְדָר, מְדוֹר, m. Chald. *habitatio*: aff. מְדוֹרָךְ, *habitatio tua*, Dan. IV. 22. מְדָרְהוֹן, *habitatio eorum*, Dan. II. 11.

דּוּשׁ *trituravit*: præter. וְדָשׁ חִטִּים, *et triturabat triticum*, 1 Par. XXI. 20. infin. אֶדוֹשׁ יְדוּשֶׁנּוּ, *triturando triturabit eum*, Ies. XXVIII. 28. cum prosthesi literæ א. Chald. futur. cum affix. וּתְדוּשִׁנַּהּ, *et triturabit*, *conteret eam*, Dan. VII. 23. Niph. præter. וְנָדוֹשׁ, *et triturabitur*, Ies. XXV. 10. Infin. cum Schurek, כְּהִדּוּשׁ, *sicut trituratur*, Ies. XXV. 10. Hoph. futur. יוּדַשׁ, *triturabitur*, Ies. XXVIII. 27.

דַּיִשׁ, m. *tritura*, Lev. XXVI. 5.

דִּישׁ, m. *trituratio*: affix. בְּדִישׁוֹ, *in trituratione ejus*, *dum triturat*, Deut. XXV. 4.

מְדֻשָׁה, f. idem: aff. מְדֻשָׁתִי, *tritura mea*, Ies. XXI. 10.

דִּישֹׁן, m. *pygargus*, *caprea quædam sylvestris*, *damis non absimilis*, ut quidam volunt, Deut. XIV. 5.

דָּחָה *depulit*, *impulit*: præter. cum infin. דָּחֹה דְחִיתַנִי, *impellendo impulisti me*, Psalm. CXVIII. 13. Niph particip. plural. constructum, נִדְחֵי יִשְׂרָאֵל, *depulsos Israel*, Ies. XI. 12. Quidam a נָדַח deducunt, quasi nomen participiale a sing. נִדָּח. futur. יִדָּחֶה, *impellit se*, *impellitur*, Prov. XIV. 32. יִדַּחוּ, *impellantur*, Jerem. XXIII. 12. cum Pathach et

penacutum præter normam. Pyh. præteritum דֹּחוּ, *impelluntur*, Psalm. XXXVI. 13.

דְּחִי, m. *impulsio ad lapsum*, *lapsus:* מִדְּחִי, *a lapsu*, Psal. LVI. 14.

מַדְחֶה, masc. *impulsio*, Proverb. XXVI. 28.

דַּחֲוָן, Chald. *cantiones; instrumenta musica*, Dan. VI. 19. sic dicta, quod tristitiam *depellant*, ut Aben Esræ placet; aut *musici* quasi *exhilarantes* dicti, per transpositionem literarum a חָדָה, quasi חַדְוָן juxta R. Saadiam. Kimchi *mensam* exponit ex usu Rabbinorum, unde דַּחֲוָנוֹת, *mensæ*.

דְּחַל Chald. *timuit*. Particip. præsens plur. דָּחֲלִין, *timentes*, Dan. V. 19. Pih. דַּחֵל, *terruit*. Futurum וִידַחֲלִנַּנִי, *et exterruit me*, Dan. IV. 2. part. sive nomen דְּחִיל, m. *terribilis*, Dan. II. 31. fœmin. דְּחִילָה, *timenda*, Dan. VII. 7.

דֹּחַן m. *milium:* וַעֲדָשִׁים וְדֹחַן, *et lentes et milium*, Ezech. IV. 9.

דָּחַף *impulit:* particip. præter. דְּחוּפִים, *impulsi*, id est, *festinantes*, Esth. III. 15. et VIII. 14. Niph. præterit. נִדְחַף אֶל־בֵּיתוֹ, *impulit se, proripuit se domum suam*, Esth. VI. 12. נִדְחַף לָצֵאת, *impellebatur ad exeundum*, 2 Par. XXVI. 20.

מַדְחֵפוֹת, f. pl. *impulsiones*, Psalm. CXL. 12.

דָּחַק *arctavit*, *pressit:* particip. præsens cum affixo וְדֹחֲקֵיהֶם, *et prementes eos*, *oppressores eorum*, Jud. II. 18. futur. יִדְחָקוּן, *prement*, Joel II. 8.

דִּי Chald. *qui*, *quæ*, *quod* utriusque generis et numeri, ut hebræum אֲשֶׁר, cui respondet: item *quod*, *ut*, conjunctionaliter: דִּי הֵן, *quia*, *quod si*, Dan. II. 9. Indicat et genitivum casum, דִּי דְהַב, *auri*, ver. 32. דִּי לֵהּ, *ejus*, ver. 20. עַד דִּי, *usque dum*, Dan. II. 9. דִּי לָא, *ut non*, ver. 18. עַל דִּי, *supra*, *magis quam*, Dan. III. 19. Compositum, כְּדִי, *quum*, Dan. III. 7. הָא־כְדִי, *perinde ac*, Dan. II. 43. וּכְדִי, *et quum*, Dan. V. 20.

דַּי m. *sufficientia*, *sufficiens*, *satis*, עַד־בְּלִי־דָי, *usque ad non sufficientiam*, id est, *abundantissime*, *absque omni mensura*, *ut dedisse nunquam satis sit*, Malach. III. 10. וּכְדַי בִּזָּיוֹן, *et quantum satis est contemptus*, Esth. I. 18. לְמַדַּי, *ad sufficientiam*, 2 Par. XXX. 3. pro לְמִן דַּי, per pleonasmum particularum מִן et לְ: vide non dissimilem in רֹאשׁ in voce רִאשׁוֹן. Aff. דַּיֶּךָּ, *quod satis est tibi*, Prov. XXV. 16. Constr. דֵּי שֶׂה, *sufficientiam pecudis*, *quantum satis est pro pecude*, Levit V. 7. דֵּי הָשִׁיב לוֹ, *sufficientiam restituere ipsi*, id est, *quantum satis erit ad restituendum ipsi*, Levit. XXV. 28. דֵּי מַחְסֹרוֹ, *sufficientiam defectus illius*, id est, *quantum satis est indigentiæ ejus*, Deut. XV. 8. כְּדֵי גְאֻלָּתוֹ, *secundum sufficientiam redemptionis suæ*, Levit. XXV. 26. Est etiam דֵּי syllabica adjectio, unde בְּדֵי רִיק, *in vanum*, *pro vanitate* vel *inanitate*, Jer. LI. 58. בְּדֵי אֵשׁ, *pro igne*, ibid. בְּדֵי שׁוֹפָר, *propter tubam*, Job XXXIX. 25. כְּדֵי, *sicut*, Jud. VI. 5. מִדֵּי חֹדֶשׁ, *de mense*, Ies. LXVI. 23. מִדֵּי־בָא, *inde a quo*, vel *ex quo venit*, 1 Reg. XIV. 28. כִּי־מִדֵּי אֲדַבֵּר, *nam ex quo loquor*, Jer. XX. 8.

שַׁדַּי, *omnipotens*: אֲנִי־אֵל שַׁדַּי, *ego sum Deus omnipotens*, Genes. XVII. 1. Proprie qui *sufficiens*, qui *in se et a se sufficientiam et abundantiam omnimodam habet*, ita ut nullius ope egeat, sed *in se sufficiens sit* ad opem conferendum omnibus, ad protegendum, ad promissa servanda, et ad explendos defectus omnium. Est unum ex nominibus Dei, compositum juxta R. Salomonem et alios hebræos, ex pronomine inseparabili שֶׁ cum Pathach hoc loco notato, et nomine superiori דַּי. Hinc apud Talmudicos legitur: מאי דכתיב אני אל שדי, אני הוא שאמרתי לעולם די, id est, *quid est, quod scriptum legitur: ego sum Deus Schaddai? ego sum qui dixi: in æternum sufficiens sum*: Chaghiga fol. 12. 1. Hoc sensu LXX. sæpe reddiderunt ἱκανός, numquam autem per παντοκράτωρ; etsi optime id ipsi respondeat, et a Patribus sic redditum sit. In Ezech. X. 5. retinuerunt hebræum σαδδαί. Vide Aben Esram, Genes. XVII. 1. et Exod. VI. 3. Vide et שָׁדַד.

דַּיָּה f. *milvus*, Deut. XIV. 13. Plur. דַּיּוֹת, *milvi*, Ies. XXXIV. 15. R. Salomon *vultures*.

דְּיוֹ, m. *atramentum*: עַל־הַסֵּפֶר בַּדְּיוֹ, *in libro cum atramento*, Jer. XXXVI. 18.

דָּיֵק m. *munitio*, *propugnaculum*, *antemurale*, 2 Reg. XXV. 1. Ezech. IV. 2.

דָּךְ Chald. *hic*, *is*, *iste*: בֵּית אֱלָהָא דָךְ, *domum Dei hanc*, Esr. V. 17. fœmin. דָּךְ, *ista*, *hæc*, קִרְיְתָא דָךְ, *urbs ista*, Esr. IV. 13.

דִּכֵּן, Chald. *hic*, *iste*, *hæc*, *ista*, generis communis: צַלְמָא דִכֵּן, *imago ista*, Dan. II. 31. quod masculinum: קַרְנָא דִכֵּן, *cornu istud*, Dan. VII. 21. quod fœmininum.

דָּכָא Pih. *attrivit*, *contrivit*: præter. דִּכָּא לָאָרֶץ, *atterit in terram*, id est, *vitam dejicit*, Psal. CXLIII. 3. desinit in Kametz ad formam quiescentium tertia ה: דִּכִּאתָ, *contrivisti*, Psalm. LXXXIX. 11. similiter ad formam eamdem. Futur. cum aff. וַתְּדַכְּאוּנַנִי, *et atteretis me*, Job XIX. 2. quod etiam est ex sequenti radice, א omnino redundante. Pyh. præter. דֻּכְּאוּ, *attriti fuerunt*, Jerem. XLIV. 10. partic. מְדֻכָּא, *attritus*, Ies. LIII. 5. Hithp. futur. cum syncopa, וְיִדַּכְּאוּ, *et conterentur*, Job V. 4. pro יִתְדַּכְּאוּ.

דַּכָּא, m. *contritus*, Ies. LVII. 15. עַד־דַּכָּא, *usque dum sit contritus*, Psalm. XC. 3. פְּצוּעַ־דַּכָּא, *vulneratus* (et) *contritus*, Deuter. XXIII. 2. scil. בֵּיצִים, *testiculis*, ut Rabbini exponunt, aut *virilitate*, ut in textu sequitur. Plurale constructum, דַּכְּאֵי־רוּחַ, *contritos spiritu*, Psalm. XXXIV. 19.

דָּכָה *attrivit se*; futur. יִדְכֶּה, *atterit se*, Psal. X. 10. Niph. præter. וְנִדְכֵּיתִי, *et attritus fui*, Psalm. XXXVIII. 9. partic. וְנִדְכֶּה, *et contritum*, Psalm. LI. 19. Pih. præter. דִּכִּיתָ, *contrivisti*, Psalm. LI. 10. דִּכִּיתָנוּ, *contrivisti nos*, Psal. XLIV. 20.

דֳּכִי, m. *contritio*, cum Chateph kametz loco Scheva: unde cum affixo דָּכְיָם, *contritionem suam*, vel *fragorem suum*, Psal. XCIII. 3. Hebræi, *fluctus suos*, qui sic dicuntur, quod sese mutuo conterunt.

דכך דַּךְ, *attritus*, *pauper*, Psal. LXXIV. 21. Plurale cum affixo דַּכָּיו,

attritos suos, Prov. XXVI. 28. Verbum geminata prima radicali, דִּכְדֵּךְ *conterere*, *contundere*, apud Rabbinos.

דְּכַר Chald. *recordari*, *meminisse*, pro hebræo זָכַר, literis ז et ד commutatis.

דְּכַר, m. *aries*: plur. דִּכְרִין, *arietes*, Esr. VI. 9, 17.

דִּכְרוֹנָה, f. *memoriale*, Esr. VI. 2.

דָּכְרָנַיָּא, m. pl. *res memorabiles*, Esr. IV. 15.

דָּלַג *subsiliit*, *insiliit*: particip. הַדּוֹלֵג, *qui insiliit*, Soph. I. 9. Pih. particip. מְדַלֵּג, *saliens*, Cant. II. 8. futur. אֲדַלֶּג־שׁוּר, *transiliam murum*, Psalm. XVIII. 30. יְדַלֵּג, *saliet*, Ies. XXXV. 6.

דָּלָה *evexit*, *extulit*, *hausit*. Præt. דָּלֹה דָלָה לָנוּ, *hauriendo hausit nobis*, Exod. II. 19. Pih. præt. דִּלִּיתָנִי, *evexisti me*, Psal. XXX. 2. imperat. דַּלְיוּ, *tollite*, *extrahite*, Prov. XXVI. 7. cum י loco tertiæ radicalis ה et Daghesch excidit.

דַּל, masc. *elatio*, *elatum*: עַל־דַּל שְׂפָתָי, *super elatum labiorum meorum*, Psalm. CXLI. 3. id est, *labium superius*, juxta R. Sal. Vide דֶּלֶת.

דְּלִי, m. *situla*, Ies. XL. 15. Plurale vel duale, cum affix. מִדָּלְיָו, *e situlis suis*, Num. XXIV. 7. quasi ex integra forma דְּלָיִים, a דְּלִי, et inde דָּלְיָו transpositis duobus punctis: vel a דְּלָיִים instar אָזְנַיִם. Dualis vero forma esse potest, quod *duæ* situlæ plerumque ad hauriendam aquam adhibentur.

דָּלִיּוֹת, f. pl. *propagines*, *palmites*, quia *sursum se elevant*, vel quod succum e stirpe *extrahunt* et *hauriunt*: aff. דָּלִיּוֹתָיו, *propagines ejus*, Jer. XI. 16. Singulare sit דָּלִית.

דָּלַח *turbavit*, *conturbavit*, et de aquis tantum dicitur: futur. וַתִּדְלַח מַיִם, *et conturbasti aquas*, Ezech. XXXII. 2. וְלֹא תִדְלָחֵם, *neque conturbet eas*, ver. 13.

דָּלַל *exhauriri*, *attenuari*, quod Chaldæus interdum *depauperari* explicat: item *elevari*, ut aquæ *hauriendo*; quomodo cum דָּלָה convenit. Præt. דַּלְלוּ, *exhauriuntur*, *attenuantur*, Ies. XIX. 6. דַּלּוּ, *elevantur*, vel *exhauriuntur spectando in sublime*, Ies. XXXVIII. 14. Niph. fut. יִדַּל, *attenuabitur*, Ies. XVII. 4.

דַּל, masc. *tenuis*, *attenuatus*, *exhaustus*, viribus sc. et facultatibus, דַּל הוּא, *tenuis est*, Levit. XIV. 21. כָּכָה דַּל, *adeo attenuatus*, 2 Sam. XIII. 4. עַל־דַּל vide in דָּלָה. Plur. דַּלִּים, *tenues*, Ies. XI. 4. וְדַלִּים, *et attenuati* scil. fiebant, 2 Sam. III. 1.

דַּלָּה, f. *peniculamentum*, *peniculi*, quos textores in extrema tela relinquunt, quasi *tenue* seu *rarum filum* dicas; מִדַּלָּה, *a peniculis* vel *peniculamento*, Ies. XXXVIII. 12. Aben Esra, *propter tenuitatem*, id est, *infirmitatem*. Constr. וּמִדַּלַּת הָאָרֶץ, *et ex tenuitate terræ*, id est, *tenui populo terræ*, Jerem. XL. 7. Et secundum aliam significationem, *vitta*: וְדַלַּת רֹאשֵׁךְ, *et vitta capitis tui*, juxta quosdam, Cant. VII. 5. vel, *cincinni capitis tui*, aut *implexum* sive *capilli implexi capitis tui*, ut R. Salomon explicat: plur. וּמִדַּלּוֹת, *et ex attenuatis* sive *tenui populo*, Jerem. LII. 16.

דָּלַף *stillavit*, *perstillavit*: præt.

דָּלְפָה, *stillat*, Job XVI. 20. futur. יִדְלוֹף, *perstillat*, Eccles. X. 18. דֶּלֶף, m. *stilla*, Prov. XXVII. 15.

דָּלַק *arsit, accensus fuit, persecutus, insectatus est*, et tunc regit accusativum vel simpliciter vel cum præpositione אַחֲרֵי, *post*. Præt. כִּי דָלַקְתָּ אַחֲרָי, *quod fervide insectatus es me*, Gen. XXXI. 36. וְדָלְקוּ בָהֶם, *et accensi erunt in eos*, Obad. ver. 18. דְּלָקֻנוּ, *insectantur nos*, Thren. IV. 19. Particip. דֹּלְקִים, *fervidi* vel *fervide insectantes*, Prov. XXVI. 23. Chald. particip. דָּלֵק, *ardens*, Dan. VII. 9. Hiphil. הִדְלִיק, *accendit, incendit*, infin. הַדְלֵק, *accendendo*, Ezech. XXIV. 10. Futur. יַדְלִיקֵם, *incendat eos*, Ies. V. 11.

דַּלֶּקֶת, f. *ardens febris*, Deuteron. XXVIII. 22.

דֶּלֶת f. *ostium, janua, porta, fores:* metaphorice *folium, pagina* libri quasi ejus *janua*. סִגְרוּ הַדֶּלֶת, *occludite fores*, 2 Reg. VI. 32. aff. בְּדַלְתּוֹ *in janua ejus*, 2 Reg. XII. 9. וּסְגֹר דְּלָתְךָ, *et occlude januam tuam*, Ies. XXVI. 20. quod scribitur cum י redundante. Hinc, juxta Aben Esram, עַל־דַּל, *super ostium*, Psal. CXLI. 3. per apocopam literæ ת, quam dicit in priori forma esse formativam generis fœminini, adeoque adventitiam, non radicalem. Hoc modo possit esse a radice דָּלָה sic dicta *janua*, quod *cardinibus suis elata sit* vel *in alto vehatur:* duale, דְּלָתַיִם, *fores, valvæ*, quasi *januas bifidas* dicas, Mal. I. 10. estque quasi a singulari דֶּלָה formæ שָׂפָה. Construct. דַּלְתֵי, Job III. 10. Plural. שָׁלֹשׁ דְּלָתוֹת, *tres paginas*, Jer. XXXVI. 23. constr. דַּלְתוֹת הַבַּיִת, *fores domus*, Jud. XIX. 27.

דָּם m. *sanguis, reatus sanguinis:* quidam deducunt ab אָדֹם, *rufus*, per aphæresin, ut sic a *rubedine* dicatur: constr. דַּם נְקִיִּים, *sanguine innocentum*, Jerem. XIX. 4. וְדַם־עֵנָב, *et sanguinem uvæ*, id est, *succum*, Deut. XXXII. 14. Aff. דָּמְךָ, *sanguis tuus*, 1 Reg. II. 37. בְּדָמְךָ, vide supra in דוּם: דִּמְכֶם, *sanguinem vestrum*, Genes. IX. 5. Plur. חֲתַן־דָּמִים, *sponsus sanguinum es mihi*, Exod. IV. 25. Sic fere *cædem*, quasi sanguinis effusionem, denotat: דָּמִים בְּדָמִים נָגָעוּ, *cædes aliæ alias cædes attigerunt*, Hos. IV. 2. Constr. קוֹל דְּמֵי אָחִיךָ, *vox sanguinum fratris tui*, id est, *sanguinis cæde fusi*, Gen. IV. 10. aff. דָּמָיו בּוֹ, *sanguines ejus in eo*, id est, *cædis causa est in ipso*, ac proinde reus est mortis, ut Chaldæus reddit paraphrastes, Lev. XX. 9. R. Salomon hic notat: ubicunque dicitur דָּמָיו בּוֹ, *sanguis ejus in eo est*, ibi intelligitur *lapidatio*, quasi dicat *ipse sibi lapidationis causa est*. Id colligit ex ver. 27. ubi dicitur, *lapidibus obruuntur*, דְּמֵיהֶם בָּם, *sanguis ipsorum in ipsis est*.

דָּמָה *similem esse, assimilari*, et semel transitive, *assimilare*, Jer. VI. 2. item, *silere*, Psal. XXXV. 15. et inde metaphorice *destitit, quievit, cessavit*, Thren. III. 49. Jerem. XIV. 17. Chald. particip. præsens, דָּמֵה, *similis*, Dan. III. 25. fœm. דָּמְיָה, Dan. VII. 5. Niph. נִדְמָה, *similem fieri: exscindi, succidi:* præt. נִדְמֵיתָ, *similis factus es*, Ezech. XXXII. 2. נִדְמֵיתִי, *exscindor, excisus sum*, Ies. VI. 5. particip. נִדְמָה שֹׁמְרוֹן, *exscindetur Schomeron*, Hos. X. 7. Pih.

דָּמָה, *assimilavit, comparavit, cogitavit, imaginatus est, proposuit sibi.* Præter. דָּמָה לָנוּ, *cogitavit nobis*, id est, *contra nos*, 2 Sam. XXI. 5. כַּאֲשֶׁר דִּמִּיתִי, *sicut imaginatus sum mihi, proposui mihi*, Ies. XIV. 24. דִּמִּיתִיךְ, *assimilo te*, Cant. I. 9. דִּמִּינוּ, *cogitamus*, Psal. XLVIII. 10. fut. אֲדַמֶּה, *similitudines proponam*, Hos. XII. 10. Hithp. אֶדַּמֶּה, *assimilabo me*, Ies. XIV. 14. per syncopam pro אֶתְדַּמֶּה.

דְּמִי, m. *rescissio*, Ies. XXXVIII. 10.

דֳּמִי, masc. *silentium*, Ies. LXII. 6, 7.

דּוּמִיָּה, f. *silentium*, Psalm. XXII. 3. Habet et vim nominis participialis, unde לְךָ דֻמִיָּה תְהִלָּה, *tibi silentium laus est*, Psalm. LXV. 2. q. d. tam multiplex et tanta est laus tua, ut silere laudabilius sit, quam eloqui. Vide et Psal. XXXIX. 3. Et adjective *silens*, *tacita*, Psal. LXII. 2.

דִּמְיוֹן, m. *similitudo*: affix. דִּמְיֹנוֹ, *similitudo ejus*, Psal. XVII. 12.

דְּמוּת, f. idem, Ies. XIII. 4. aff. כִּדְמוּתֵנוּ, *secundum similitudinem nostram*, Gen. I. 26.

דָּם, m. idem: בְּדָמְךָ, *in similitudine tua*, Ezech. XIX. 10. id est, בִּדְמוּתְךָ, juxta Kimchium, quo etiam respexit Chaldæus. Sic alibi צוּרָם pro צוּרָתָם. Sic R. Salomon. Vide et דּוּם.

דָּמַם *siluit, conticuit*: metaphorice, *quievit, acquievit, substitit, expectavit*: præter. וְלֹא דָמּוּ, *neque quiescunt*, Job XXX. 27. imperat. דּוֹם, *subsiste*, Jos. X. 12. דֹּמּוּ, *subsistite*, 1 Sam. XIV. 9. fut. וָאֶדֹּם, *et conticui*, Job XXXI. 34. וַיִּדֹּם, *et substitit*, Jos. X. 13. ubi Daghesch et vocalis brevis sunt loco vocalis longæ Kametz, id quod in hoc genere verborum non infrequens est: simile vide in קָבַב. Niphal, נָדַם, idem: item, *exscindi, succidi*: præt. נָדַמּוּ, *succidentur*, Jer. XXV. 37. futur. cum ה paragogico, וְנִדְּמָה, *et sileamus ibi*, *in silentio vitam transigamus*, Jerem. VIII. 14. יִדַּמּוּ, *exscindentur*, Jerem. XLIX. 26. Et irregulariter Daghesch ejecto, יִדְמוּ, *conticescent*, Exod. XV. 16. ut et antea in prima persona: simile vide in תָּמַם in Niphal. Pih. præter. דּוֹמַמְתִּי vide in דּוּם. Hiph. præter. הֲדִמָּנוּ, *silere fecit nos*; *silentium indixit nobis*, Jerem. VIII. 14. Hithp. juxta quosdam, תִּדְּמִי, *exscindaris*, id est, *prorsus vasteris*, Jerem. XLVIII. 2. pro תִּתְדּוֹמְמִי.

דּוּמָם, vide in דּוּם.

דְּמָמָה, f. *silentium*, 1 Reg. XIX. 12.

דֹּמֶן דמן. m. *stercus*, *fimus*, Ps. LXXXIII. 11. כְּדֹמֶן, *sicut fimus*, 2 Reg. IX. 37.

מַדְמֵנָה, fœm. *stercorationis locus*, *sterquilinium*, juxta Aben Esram, Ies. XXV. 10. at Ies. X. 31. est proprium nomen loci.

דָּמַע *lacrymatus est*: infinit. cum futuro וְדָמֹעַ תִּדְמַע, *et lacrymando lacrymabitur*, Jer. XIII. 17.

דֶּמַע, f. *lacryma*: metaphorice *liquor*, veluti vini vel olei. Affix. מְלֵאָתְךָ וְדִמְעֲךָ, *plenitudinem tuam et lacrymam tuam*, Exod. XXII. 28. id est, *frugum ac vini oleique primitias*, ut dicitur Deut. XVIII. 4.

דִּמְעָה, f. *lacryma*, Psal. CXXVI. 5. constr. דִּמְעַת, Eccles. IV. 1. aff. אֶת־דִּמְעָתֶךָ, *lacrymas tuas*, Ies. XXXVIII. 5. plural. כָּלוּ בַדְּמָעוֹת, *deficiunt præ lacrymis*, Thren. II. 11.

דְּמֶשֶׁק m. *angulus*, *latus*, idem quod פֵּאָה, ut Aben Esræ placet, Amos III. 12.

דְּנָה דֵּן, Chald. *ille*, *iste* : *illa*, *ista* : עַל רָזָא דְנָה, *super arcano isto*, Dan. II. 18. ubi masc. דְּנָה עִם דְּנָה, *hoc cum illo*, Dan. II. 43. אַחֲרֵי דְנָה, *post hæc*, *posthac*, ver. 29. כִּדְנָה, *secundum hoc*, *sic*, *hujusmodi*, Jerem. X. 11. Dan. III. 29.

דּוֹנַג m. *cera*, Psal. LXVIII. 3. הָיָה לִבִּי כַּדּוֹנָג, *fuit cor meum sicut cera*, Psal. XXII. 15.

דָּעַךְ *exstinctus fuit* : præter. דָּעֲכוּ, *exstinguentur*, Ies. XLIII. 17. futur. יִדְעָךְ, *exstinguetur*, Prov. XX. 20. Niph. præt. נִדְעֲכוּ, *exstinguuntur*, id est, *diffluunt*, de aquis dictum, Iob VI. 17. Pyh. præt. דֹּעֲכוּ, *exstincti sunt*, Psal. CXVIII. 12.

דֳּפִי דפה, masc. *infamia*, *probrum* : בְּבֶן־אִמְּךָ תִּתֶּן דֹּפִי, *in filium matris tuæ dabis infamiam*, Psal. L. 20.

דָּפַק *pulsavit* : præt. וּדְפָקוּם, *et pulsaverint eas*, Gen. XXXIII. 13. particip. דּוֹפֵק, *pulsans*, Cant. V. 2. Hithp. part. מִתְדַּפְּקִים עַל־הַדָּלֶת, *pulsantes januam*, Jud. XIX. 22.

דָּקַק *comminuit*, *comminutus fuit* : præt. דַּק לְעָפָר, *comminutus esset in pulverem*, Deuteron. IX. 21. Exod. XXXII. 20. Chald. דָּקוּ, *comminuta sunt*, Dan. II. 35. quasi a דוּק ex forma quiescentium secunda, ut non raro hæc cum defectivis secunda radicali formas permutant. Futur. וְתָדֹק, *et comminues*, Ies. XLI. 15. יְדֻקֶּנּוּ *comminuit ipsum*, Ies. XXVIII. 28. Hiph. præter. הֵדַק, *comminuit*, 2 Reg. XXIII. 15. infin. הָדֵק, *comminuendo*, Exod. XXX. 36. et irregulariter לְהֵדַק, 2 Par. XXXIV. 7. pro לְהָדֵק. Futur. אֲדִקֵּם, *comminuam eos*, 2 Sam. XX. 43. accentu retracto, וַיָּדֶק, *et comminuit*, 2 Reg. XXIII. 6. Chaldaic. præter. fœmin. וְהַדֶּקֶת, *et comminuit*, Dan. II. 45. הַדִּקוּ, *comminuerunt*, Dan. VI. 25. particip. præs. מְהַדֵּק, *comminuens*, Dan. II. 40. et eliso ה characteristico, fœmin. מַדְּקָה, *comminuebat*, Dan. VII. 7. Futur. fœm. תַּדִּק, *comminuet*, Dan. II. 40. et cum affixo וְתַדְּקִנַּהּ, *et comminuet eam*, Dan. VII. 23. Hoph. futur. יוּדָק, *comminuetur*, Ies. XXVIII. 28.

דַּק, m. *minutus*, *tenuis*, *gracilis* : *minutum*, *res minuta*, Exod. XVI. 14. אוֹ־דַק, *aut gracilis*, *gracili corpore præditus* ; Levit. XXI. 20. juxta Aben Esram : at R. Salomon exponit pro homine, cujus oculus panniculo vel pellicula tenui obductus est : כַּדַּק, *sicut rem minutissimam*, Ies. XL. 15. fœm. דַּקָּה, Lev. XVI. 12. plur. וְדַקּוֹת בָּשָׂר, *et tenues carne*, Genes. XLI. 3.

דֹּק, m. *conopeum*, *aulæum*, *cortina*, Ies. XL. 22.

דָּקַר *transfixit*, *transfodit* : præt. אֵת־אֲשֶׁר דָּקָרוּ, *quem transfixerunt*, Zach. XII. 10. Niph. futur. יִדָּקֵר, *transfodietur*, Ies. XIII. 15. Pyh. particip. מְדֻקָּרִים, *transfixi*, Jerem. XXXVII. 10.

מַדְקֵרָה, f. *transfossio* : plurale constr. כְּמַדְקְרוֹת חָרֶב, *sicut transfossiones gladii*, Prov. XII. 18.

דַּר m. *parius lapis*, *parium mar-*

mor, *candidum*, juxta quosdam, Esth. I. 6. Rabbini *lapidem pretiosum* esse existimant: unde in Cod. Talmudico Meghilla, cap. 11. fol. 12. legitur. Schmuel dixit: » Lapis pretiosus est in urbibus maritimis, *dara* vocatus: si ponatur in medio cœnaculi, lucem præbet præsentibus. At qui de schola Rabbi Ismaelis fuerunt, docuerunt sic vocatum, quod procreet דְּרוֹר, *libertatem* omnibus mercatoribus. »

דרא דֵּרָאוֹן, m. *contemptus*, Dan. XII. 2. *fastidium*, *nausea*, Ies. LXVI. 24. Est formæ זִכָּרוֹן.

דרב דָּרְבָן, m. *stimulus*, *aculeus*, 1 Sam. XIII. 12. plur. cum Cholem in medio, דָּרְבֹנוֹת, *aculei*, Eccl. XII. 11. Proprie est *ferrum ligno*, quod מַלְמָד dicitur, *inditum*. Unde apud Talmudicos, מלמד שבלע הדרבן, *baculus*, *stimulus qui absorpsit aculeum*, id est, *ferreum aculeum infixum habens*, Kelim fol. 17.

דרג מַדְרֵגָה, f. *gradus*, *gradatio*. *præceps*, *præcipitium*: בְּסֵתֶר הַמַּדְרֵגָה, *in latibulo præcipitii*, Cant. II. 14. plural. הַמַּדְרֵגוֹת, *præcipitia*, *gradus*, Ezech. XXXVIII. 20. Chaldæus, *turres*.

* הַרְדַּר, vide infra in דרר.

דָּרַךְ *calcavit*, *conculcavit*: *incessit*, *processit*: incessus enim est *viæ calcatio*. Ad arcum relatum, est *tetendit*, *intendit*. Præterit. דָּרַךְ כּוֹכָב, *procedet stella*, Num. XXIV. 17. קַשְׁתּוֹ דָרַךְ, *arcum suum tetendit*, Psal. VII. 13. גַּת דָּרַךְ, *torcular calcavit*, Thren. I. 15. Hiph. הִדְרִיךְ, idem: item *incedere fecit*, *deduxit*: וְהִדְרִיךְ, *et deducet*, Ies. XI. 15. infin. juxta Kimchium עֵת הַדְרִיכָהּ, *tempus calcandi eam*, Ier. LI. 33. cum Chirek sub ה loco Pathach.

דֶּרֶךְ, c. *via*, *iter*: *mos*, *ratio*, *consuetudo*: דֶּרֶךְ נָשִׁים לִי, *consuetudo mulierum est mihi*, Genes. XXXI. 35. בְּדֶרֶךְ מִצְרַיִם, *ratione Ægypti*, Ies. X. 24. affix. לְדַרְכּוֹ, *in viam suam*, Numer. XXIV. 24. Dual. מַעֲקַשׁ דְּרָכַיִם, *quam perversus duabus viis*, id est, *huc illuc se flectens*, Proverb. XXVIII. 6. Plural. דְּרָכִים, *viæ*, Deuter. XXVIII. 7. constr. בְּדַרְכֵי־חֹשֶׁךְ, *per vias tenebrarum*, Prov. II. 13. aff. כִּדְרָכָיו, *secundum vias suas*, Ezech. XXXIII. 20.

מִדְרָךְ, masc. *calcatio*, *vestigium*: constr. עַד־מִדְרַךְ כַּף־רָגֶל, *usque ad vestigium plantæ pedis*, Deut. II. 5.

* דַּרְכְּמוֹן, m. *drachma*: a græcis videtur mutuo sumptum: plural. דַּרְכְּמוֹנִים, *drachmæ*, Esr. II. 69.

דרם דָּרוֹם, masc. *meridies*, *auster*, *plaga meridionalis*: אֶת רוּחַ הַדָּרוֹם, *ventum meridiei*, Ezech. XLII. 18. id est, *plagam australem*: יָם וְדָרוֹם, *occidentem et meridiem*, Deuter. XXXIII. 23. Rabbi Bechai notat, Deut. III. 27. sic dici quasi דָּר (vel דֹּרֵךְ) רוֹם, *habitans* vel *incedens alte*, quod sol illic procedat in altitudine sua.

דְּרָע Chald. m. *brachium*: plur. cum affixo דְּרָעוֹהִי, *brachia ejus*, Dan. II. 32. hebraice זְרוֹעַ.

אֶדְרָע, masc. idem: בְּאֶדְרָע, *cum brachio*, Esr. IV. 23. hebraice אֶזְרוֹעַ commutato ז in ד.

דְּרוֹר m. *libertas*, Levit. XXV. 10. *hirundo*, Psal. LXXXIV. 4. sic dicta, quod *libertatem habet nidificandi* in hominum ædibus. Talmu-

dici: אֵין דְּרוֹר אֶלָּא לְשׁוֹן חֵירוּת, non significat דְּרוֹר nisi *libertatem*: Rosch haschana fol. 9. 2. Et alibi: למה נקרא שמה צפור דרור שדרה כבית כבשדה, *quare vocatur nomen ejus avis libertatis? quia habitat in domo sicut in agro*: Betza fol. 241. Videatur et R. Levi et Aben Esra, Prov. XXIX. 2.

דַּרְדַּר, m. *carduus, tribulus*, Gen. III. 18. Hos. X. 8. sic dictus, quia *libere* et *sua sponte* in locis incultis crescit. Quod hebraice dicitur, קוֹץ וְדַרְדַּר, id græci dixerunt ἀκάνθας καὶ τριβόλους, et sic ad Hebr. VI. 8.

דָּרַשׁ *quæsivit, inquisivit, perquisivit: requisivit, consuluit, sciscitatus, percunctatus est*: construitur cum accusativo, et variis præpositionibus ut, ב, ל, אֶל, עַל, etc. Præter. דָּרַשׁ בַּיהוָֹה, *requisivit Dominum*, 1 Par. X. 14. דָּרַשׁ לִבְעָלִים, *requisivit Bahalimos*, 2 Par. XVII. 3. etc. Infinitivus anomalus, לְדְרֵיוֹשׁ, *ad inquirendum*, Esr. X. 16. Niph. נִדְרַשׁ, *requiri, consuli*: præterit. נִדְרַשְׁתִּי, *quæsitus*, vel *exquisitus sum*, id est, adeo obviam et expositus fui, ut ultro me invenirent, Ies. LXV. 1. Similis locutio Psal. CXI. 2. Infinit. cum futuro הַאִדָּרוֹשׁ אִדָּרֵשׁ לָהֶם, *num consulendo consulor ab illis*, Ezech. XIV. 3. cum א loco ה facilioris pronunciationis causa.

מִדְרָשׁ, m. *commentarius, historia*, quasi *inquisitorium* vel *repertorium* dicas: constr. בְּמִדְרַשׁ, *in commentario*, 2 Par. XIII. 22. XXIV. 27.

דָּשָׁא *herbascere*: præt. דָּשְׁאוּ, *herbascunt*, Joel II. 22. Hiph. fut. תַּדְשֵׁא, *herbascat*, Gen. I. 11.

דֶּשֶׁא, m. *herba tenera, herbula*, Gen. I. 11. voluntaria proprie et insativa, unde generaliter de omni terræ virore dicitur, juxta R. Salomonem: עֵשֶׂב autem quamlibet suo nomine appellatam. Chald. בְּדִתְאָא דִּי בָרָא, *in tenera herba agri*, Dan. IV. 12, 20. mutato pro more שׁ in ת.

דָּשָׁה, f. *herbilis*, juxta quosdam: כְּעֶגְלָה דָשָׁה, *sicut vitula herbilis*, Jerem. L. 11. quæ herbis pascitur, et augescit, juxta Kimchium in Comment. R. Sal. *sicut vitula triturans*, quæ scil. jugiter ex tritura comedit et pinguescit, quasi a דּוּשׁ.

דָּשֵׁן *saginatus, pinguefactus fuit*: præter. וְדָשֵׁן, *et saginabitur*, Deut. XXXI. 20. Pih. דִּשֵּׁן, *pinguefecit*: item *decineravit, a cineribus purgavit, cineres removit: incineravit: in cineres redegit*: præterit. דִּשַּׁנְתָּ, *pingue* sive *delibutum reddis*, Psalm. XXIII. 5. וְדִשְּׁנוּ, *et accipient* sive *removebunt cineres*, Num. IV. 13. infin. לְדַשְּׁנוֹ, *ad excipiendos cineres ejus*, Exod. XXVII. 3. futur. יְדַשְּׁנֶה, *in cinerem redigat*, Psalm. XX. 4. pro יְדַשֵּׁן cum ה paragogico præter normam: simile vide supra in בֹּרָא. Futurum תְּדַשֶּׁן־עָצֶם, *pinguefacit ossa*, Prov. XV. 30. Pyh. futur. יְדֻשָּׁן, *pinguefiet*, Ies. XXXIV. 7. תְּדֻשָּׁן, *pinguis efficietur*, Prov. XI. 25. Ex Hophal et Hithp. compositum est præteritum הֻדַּשְּׁנָה, *pinguefiet*, Ies. XXXIV. 6.

דָּשֵׁן, masc. *pinguis*, Ies. XXX. 23. plur. דְּשֵׁנִים, *pingues*, Psalm. XCII. 15. constr. דִּשְׁנֵי־אֶרֶץ, *pingues terræ*, Psalm. XXII. 30.

דֶּשֶׁן, m. *pinguedo*, Psalm. LXIII. 6. item *cinis*, Levit. I. 16. construct. אֶת־דִּשְׁנִי, *pinguedinem meam*, Jud. IX. 9.

דָּת f. *lex, edictum, jus*, Deuter.

XXXIII. 2. יוֹדְעֵי דָת, *noscentes jus, periti juris*, Esth. I. 13. כַּדָּת, *secundum jus; ex jure*, ver. 8. Affix. אַחַת דָּתוֹ, *unum est jus ejus* sive *de eo*, Esth. IV. 11. Plur. constr. וְדָתֵי הַמֶּלֶךְ, *et jura regis*, Esth. III. 8. Aff. וְדָתֵיהֶם, *et jura eorum*, ibid. Chald. דָּת, idem, Daniel. VII. 25. כְּדָת מָדַי, *secundum jus Medorum*, Dan. VI. 13. וְדָתָא נֶפְקַת, *et sententia egrediebatur*, Dan. II. 13. Aff. דָּתְכוֹן, *sententia vestra*, ver. 9. Plural. constr. דָּתֵי אֱלָהָךְ, *leges Dei tui*, Esr. VII. 25.

* דִּתְאָא, Chald. *herba*, Dan. IV. 12, 20. ex hebræo דֶּשֶׁא, mutato ש in ת.

* דְּתָבְרַיָּא, Chald. *legis periti*, Dan. III. 2. R. Saadia, *consiliarii regii*, דְּרָתֵיהֶם בָּרִיא, *quorum jus purum est*, וְדָתָם וַעֲצָתָם ברורה, *quorum lex et consilium illustre*.

ה

הָא *en, ecce:* Gen. XLVII. 23. Ezech. XVI. 43. Chald. הָא־כְדִי, *ecce sicut, perinde ac*, Dan. II. 43. Et cum Kametz, הָא, Dan. III. 25.

* הָאָח, vide in אָח.

* הַבְהָבַי הַבְהַב, vide in יָהַב.

הֶבֶל m. *vanitas*, Jer. XVI. 19. et alia forma הֲבָל, unde construct. הֲבֵל, ut mox. Aff. הֶבְלֶךָ, *vanitatis tuæ*, Eccles. IX. 9. Plural. הֲבֵל הֲבָלִים, *vanitas vanitatum*, Eccles. I. 2. Constr. הַבְלֵי־שָׁוְא, *vanitates, res nihili*, Psalm. XXXI. 7. Affix. בְּהַבְלֵיהֶם, *vanitatibus suis*, Deut. XXXII. 21.

הָבַל, Kal *evanescere, vanum fieri* vel *effici*: futur. וַיֶּהְבָּלוּ, *et vani effecti sunt*, Jer. II. 5. תֶּהְבָּלוּ, *evanescatis*, Psal. LXII. 11. Hiph. partic. מַהְבִּילִים הֵמָּה אֶתְכֶם, *vanos efficiunt ipsi vos*, Jer. XXIII. 16.

הָבְנִים הבן, m. pl. *ebena ligna*, juxta Kimchium, Ezech. XXVII. 15. Virgilius, *sola India nigrum Fert ebenum*.

הבר *observare, contemplari*: particip. הֹבְרֵי שָׁמַיִם, *observatores cælorum*, Ies. XLVII. 13. Aben Esra חַכְמֵי הַמַּזָּלוֹת, *peritos signorum cœlestium*, id est, *astrologos* exponit. Vox peregrina videtur, unde Kimchi ex arabico eam deducit.

הגה *meditari*, et a mente ad os translatum, *effari, eloqui: mussitare: gemere*, de columbis: *rugire*, de leonibus: item *auferre, removere*. Præt. הָגָה בְּרוּחוֹ, *aufert vento suo*, Ies. XXVII. 8. Infin. הָגוֹ סִיגִים, *auferre scorias*, Prov. XXV. 4, 5. הֹרוֹ וְהֹגוֹ מִלֵּב, *concipere et effari ex animo verba falsa*, Ies. LIX. 13. cum Cholem ab initio loco Kametz. Futur. אֶהְגֶּה כַּיּוֹנָה, *gemebam ut columba*, Ies. XXXVIII. 14. כַּאֲשֶׁר יֶהְגֶּה הָאַרְיֵה, *sicut rugit leo*, Ies. XXXI. 4. Pyh. præter. הֹגָה, *amotus fuit*, 2 Sam. XX. 13. pro הֻגָּה. Hiph. particip. plur. הַמַּהְגִּים, *qui mussitant*, Ies. VIII. 19.

הָגֶה, m. *sermo*, *loquela*, *gemitus*, Job XXXVII. 2. Ezech: II. 10.

הָגִיג, m. *meditatio:* aff. הֲגִיגִי, *meditationem meam*, Psalm. V. 2. per geminationem secundæ radicalis.

הִגָּיוֹן, m. idem, Psalm. IX. 17. construct. וְהֶגְיוֹן לִבִּי, *et meditatio cordis mei*, Psalm. XIX. 15.

הָגוּת, f. idem: וְהָגוּת לִבִּי, *et meditatio cordis mei*, Psalm. XLIX. 4.

הגן הֲגִינָה, *recta*, Ezech. XLII. 12. הָגוּן, *rectum*, *decens*, *conveniens*, *honestum*, apud Rabbinos: et Targum אִתְּא מְהַגְּנָא, *mulier honesta et conveniens*, Gen. XXIV. 12. in Jonathane. הוֹגֶן, *decentia*, *decus*, *honestas*, apud Rabbinos.

הדד הֵידָד, *celeusma*, vox ovantium et se invicem hortantium, Ies. XVI. 9, 10. לֹא־יִדְרֹךְ הֵידָד, *non calcabit* (cum) *celeusmate*, Jerem. XLVIII. 33. Contracte juxta quosdam וְלֹא הֵד הָרִים, *et non celeusmatis montium*, Ezech. VII. 7. id est, *echus*.

הָדָה *immisit*, *injecit*: præter. יָדוֹ הָדָה, *manum suam injiciet*, Ies. XI. 8. Aben Esra putat esse pro יָדָה. Chaldæus reddit אוֹשִׁיט, *extendet*.

הָדַךְ *contrivit*, *contudit*: imper. וַהֲדֹךְ רְשָׁעִים, *et contunde improbos*, Job XL. 12.

הֲדֹם masc. *scabellum*: הֲדֹם לְרַגְלֶיךָ, *scabellum pedibus tuis*, Ps. CX. 1.

הַדָּם Chald. *membrum*, *frustum*: plur. הַדָּמִין תִּתְעַבְדוּן, *frusta efficiemini*, Dan. II. 5. sic syriace דְּנֵאבַד חַד הַדָּמָךְ, *ut pereat unum membrum tuum*, Matth. V. 29. Verbum הַדֵּם, *in membra*, *frusta concidere*, *discindere* in Targum: וְהַדְּמֵיהּ, *ac discidit illum*, Jud. XIV. 6. sic Jud. XIX. 29. וְהַדֵּימְתַהּ, *ac discidi eam*, Jud. XX. 6. כְּמָא דִמְהַדְּמִין, *sicut qui discindunt*, Jud. XIV. 6.

הֲדַס m. *myrtus*, Neh. VIII. 15. plural. בֵּין הַהֲדַסִּים, *inter myrtos*, Zach. I. 8.

הָדַף *deturbavit*, *depulit*, *expulit*, *impulit*: præter. הֲדָפוֹ, *depulit eum*, Num. 22. XXXV. Futur. יֶהְדָּפֶנּוּ, *depulerit eum*, ver. 20. cum Chateph kametz sub Daleth loco Scheva.

הָדַר *honoravit*, *honorem habuit*, *exhibuit:* præter. וְהָדַרְתָּ פְּנֵי זָקֵן, *et honorem habebis faciei senis*, Levit. XIX. 32. Particip. præt. הָדוּר, *honoratus*, *honorifice ornatus*, Ies. LXIII. 1. plur. הֲדוּרִים, vide in fine hujus radicis. Futur. תֶּהְדַּר, *honorem exhibebis*, Levit. XIX. 15. Niph. præter. נֶהְדָּרוּ, *honore afficiuntur*, Thren. V. 2. Chald. in Pah. *honore afficere*, *glorificare*: præter. הַדַּרְתָּ, *glorificasti*, Dan. V. 23. הַדְּרֵת, *glorificavi*, Dan. IV. 31. particip. מְהַדַּר, *glorifico*, ver. 34. Hithp. futur. תִּתְהַדַּר, *decorem vel honorem tibi arroges*, Proverb. XXV. 6.

הָדָר, m. *honor*, *decus*, *decor*, *majestas*: construct. וּמֵהֲדַר גְּאֹנוֹ, *et propter decorem excellentiæ ejus*, Ies. II. 10. affix. הֲדָרִי, *decorem meum*, Mich. II. 9. Plurale constructum בְּהַדְרֵי־קֹדֶשׁ, *in decoris*, scil. *locis*, *sanctitatis*, Psal. CX. 3.

הֲדַר, mascul. idem: constr. הֲדַר מַלְכוּת, *decorem regni sive regium*,

Dan. XI. 20. Chald. הַדְרָא, *decorem*, Dan. V. 18. Affix. הַדְרִי וְזִיוִי, *decor meus et splendor meus*, Dan. IV. 33.

הֲדָרָה, fœmin. idem: construct. בְּהַדְרַת־קֹדֶשׁ, *in decoro sanctitatis*, Psal. XXIX. 2.

הֲדוּרִים, m. pl. *tortuosa, inæqualia*. וַהֲדוּרִים אֲיַשֵּׁר, *et tortuosa rectificabo*, Ies. XLV. 2. Ex usu chaldaico: nam הֲדַר, *redire, reverti*: unde הָדוּר, *tortuosum, reflexum et varie rediens*.

הָהּ *ah*, vox naturalis dolentis, Ezech. XXX. 2. alias אֲהָהּ, ut est suo loco.

הוּא *ille, ipse*: הַמָּקוֹם הַהוּא, *loci illius*, Genes. XXXII. 3. Plural. הֵם, *ipsi*, et cum ה paragogico הֵמָּה, Genes. VI. 4. Chald. וְהוּא, *et ipse*, Dan. II. 21. plural. הִמּוֹן, Dan. II. 34. et per apocopam הִמּוֹ, Esr. IV. 10.

הוֹד m. *decus, decor, gloria, majestas*, frequenter cum superiore הָדָר conjungitur, ut הוֹד וְהָדָר, *decus et majestatem*, Psal. XXI. 6. Affix. הוֹדוֹ, הוֹדֹה, *heu decus ejus*, Jer. XXII. 18. cum He loco Vau: הוֹדְךָ, *decorem tuum*, Psal. VIII. 2.

הָוָה *fuit*: partic. וְאַתָּה הֹוֶה, *tu futurus es*, Neh. VI. 6. מַה־הֹוֶה, *quid est*, vel *superest*, Eccles. II. 22. Imperat. הֱוֵה גְבִיר, *esto herus* vel *dominus*, Gen. XXVII. 29. et cum א loco ה ex forma chald. הֱוֵא־אָרֶץ, *esto terræ*, id est, *in terra* vel *super terram*, Job XXXVII. 6. הֱוִי סֵתֶר, *esto latibulum*, Ies. XVI. 4. Futur. יְהוּא, *erit*, Eccles. XI. 3. plane irregulariter pro יֶהֱוֶא. Chald. præt. הֲוָה vel הֲוָא, *fuit*, Esr. V. 11. fœm. הֲוָת, *erat*, ver. 5. הֲוַיְתָ, *fuisti*, Dan. II. 31. הֲוֵית, *eram*, Dan. IV. 1. הֲווֹ, *fuerunt*, Esr. IV. 20. Infin. לְמֶהֱוֵא, *ad essendum*, Dan. IV. 22. Cum ן paragogico לֶהֱוֹן, *ad existendum*, Dan. II. 43. aut est contractum pro לֶהֶוְיָהוֹן, *ut sint illa*, cum affixo, sicut et illud לָךְ לֶהֱוֵין, *tibi ad existendum illa*, id est, *tua sunto*, pro לֶהֱוְיָן, Dan. V. 17. Futur. תֶּהֱוֵה, *erit*, Dan. IV. 24. et in Aleph תֶּהֱוֵא, *sit*, Esr. VI. 8.

הֹוָה, f. *ærumna*, *pravitas*, Ezech. VII. 26. Ies. XLVII. 11.

הַוָּה, f. idem. Constr. הַוַּת נַפְשׁוֹ, *ærumnam animæ suæ*, Mich. VII. 3. Item *substantia*, id quod homini ex labore suo reliquum existit et remanet, quasi *existentiam* dicas, ut græci οὐσίαν vocant: וְהַוַּת בֹּגְדִים, *et substantiam perfidorum*, Proverb. X. 3. Chaldæus וְקִנְיָנָא דְרַשִׁיעֵי, *et possessionem impiorum*: וּבְהַוַּת, *et ærumna sua*, Prov. XI. 6. pro בְּהַוָּתָם, ut R. Levi complet, adjuncto affixo; et sic Chaldæus, וּבְרַשִׁעֵיה, *et in impietate sua*: conferatur etiam præcedens versus. Affix. בְּהַוָּתוֹ, *in substantia sua*, Psalm. LII. 9. וְהַיָּתִי, *et ærumnam meam*, Job VI. 2. scriptum cum י, legendum per ו, הַוָּתִי. Sic Job XXX. 13. Plural. עַד יַעֲבֹר הַוּוֹת, *donec transeant ærumnæ*, Psal. LVII. 2. id est, *omnis et quæque ærumna*. Verbum תְּהוֹתְתוּ, quod hic adducunt, vide infra in הות.

יְהֹוָה, nomen *Dei* proprium, ipsum ab essentia sua denominans, q. d. *ens*, *existens ab æterno et in æternum*. Interpres fidus D. Joannes in principio Apocalypseos, scribens: εἰρήνη ἀπὸ τοῦ ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν καὶ ὁ ἐρχόμενος, *pax ab eo qui est, qui erat, et qui*

venturus est, cap. I. 4. Idem Deus innuere voluit nomine אֶהְיֶה, cum dicere Mosen jussit: *Ehjeh misit me ad vos*, Exod. III. 14. et אֶהְיֶה אֲשֶׁר אֶהְיֶה, *sum qui sum*, *ero qui sum*. Hæc paraphrastice redduntur in Schemoth rabba, Exod. III. parascha 3. Dixit Deus benedictus Mosi: dic eis, אני שהייתי ואני הוא עכשיו ואני הוא לעתיד לבוא, *ego qui fui*, *et ego idem nunc*, *et ego idem in futurum*, etc. Huc respexit paraphrastes in legem, qui Jonathanis titulo gaudet, inquiens: אֲנָא הוּא דַהֲוֵינָא וְעָתִיד לְמֶהֱוֵי שַׁדְרַנִי לְוַתְכוֹן, *ego ille qui sum et qui futurus sum*, *misit me ad vos*. R. Bechai in Exodum, fol. 65. col. 4. Deus benedictus (inquit) imperat tribus temporibus, præterito, præsenti, et futuro; et nomen אהיה solum complectitur tria ista tempora. Et mox; etiam בשם המיוחד *nomine appropriato* (יהוה) comprehenduntur tria ista tempora, ut notum est omnibus. Inde David rex dixit: יְהֹוָה מָלָךְ, *Dominus regnavit*, Psalm. XCVII. 1. et rursus XCIX. 1. יְהֹוָה מֶלֶךְ עוֹלָם וָעֶד, *Dominus rex est in perpetuum et sempiternum*, Psalm. X. 16. וַיִּמְלוֹךְ יְהֹוָה לְעוֹלָם, *regnabit Dominus in sempiternum*, Psalm. CXLVI. 10. In libro טעמי מצות fol. 31. horum locorum mysterium explicatur his verbis: Textus hic docet de Deo creatore, quod est primus sine principio, et ultimus sine fine. Sic nomen ejus testatur de tribus existentiis, seu existendi differentiis ejus, הֹוֶה הָיָה וְיִהְיֶה, præsenti, præterito, et futuro, quæ sunt literæ ipsiusmet nominis appropriati יהוה, et profert tres ההויותיו *existentias* ejus voce regni et dominii, ad indicandum, quod ipse regnat et gubernat in mundo suo, sicut rex regit servos suos. Hæc ibi. Ob hanc causam apud priscos hebræos in majori reverentia, longeque sanctius habitum fuit, quam reliqua Dei nomina, quæ partim ab effectis, partim ab attributis ejus petita sunt, et pio quodam studio ab eo pronunciando abstinuerunt, ne quotidiano usu vilesceret et in vanum sumeretur, ut ea quæ subinde in ore sunt. Appellatum fuit שֵׁם בֶּן אַרְבַּע אוֹתִיּוֹת, *nomen filius quatuor literarum*, vel שֵׁם שֶׁל אַרְבַּע אוֹתִיּוֹת, vel concisius, שֵׁם שֶׁל אַרְבַּע, nempe *constans ex quatuor*, scil. *literis*, Iod, He, Vau, He. Sic et græcis τετραγράμματον dictum. Item שְׁמָא רַבָּא, *nomen magnum*: שֵׁם הַנִּכְבָּד, *nomen gloriosum*: שֵׁם הַמְיוּחָד, *nomen appropriatum*: שֵׁם הַמְפוֹרָשׁ, *nomen separatum* vel *explicatum*: הַשֵּׁם, *nomen illud*, per synecdochen generis. Hoc postremum desumunt ex illo Levitici: וַיִּקֹּב בֶּן־הָאִשָּׁה הַיִּשְׂרְאֵלִית אֶת־הַשֵּׁם, *et exsecratus est filius mulieris istius Israelitidis nomen*, τὸ ὄνομα, cap. XXIV. 11. quod Jonathan reddit שְׁמָא רַבָּא וְיַקִּירָא, *nomen magnum et gloriosum*: Targum Jeruschalmi, שְׁמָא מְפָרְשָׁא, *nomen expositum*. Abstinentes ergo ab ejus pronunciatione, legerunt pro eo אֲדֹנָי, *Adonai*, cujus puncta vocalia nomini יהוה adjecta fuere, nisi quod pro Chateph pathach positum sit Scheva simplex sub י et sic יְהֹוָה lectum et pronunciatum fuit אֲדֹנָי, *Adonai*. At ipso nomine אֲדֹנָי continuo (sine interjecto accentu distinguente, ut Psalm. XVI. 2.) antecedente vel sequente, legerunt pro eo אֱלֹהִים, *Elohim*, ejusque puncta vocalia ipsi subjecta sunt, ut אֲדֹנָי יֱהֹוִה, quod lectum *Adonai Elohim*: alioquin enim bis legendum fuisset *Adonai Adonai*. Hæc

inde patent, quod Chateph sægol proprie non competit literæ י, deinde ה in fine numquam quiescit in Chirek. Præterea literæ serviles בוכלם nomini יהוה præfixæ, sequuntur naturam et affectiones vocis אֲדֹנָי in punctatione: ut בַּיהוָֹה quod legendum בַּאדֹנָי: nam alias scribendum fuisset בְּיהוָֹה, ut dicitur בִּיהוּדָה. Item מֵיְהֹוָה quod legendum מֵאֲדֹנָי: nam Tzére hic ante י improprium est, et nonnisi gutturalem respicit ob ejectum Daghesch. Tum etiam literæ בגד כפת post יְהֹוָה et יֱהֹוִה scriptæ notantur semper cum Daghesch leni; quod non fieret, si litera ה in eo nomine esset quiescens, ut ex grammaticis notum. Lectum ergo et pronunciatum fuit vel per *Adonai*, *Dominus*, vel per *Elohim*, *Deus*. LXX. interpretes græci ante Christum semper expresserunt illud per Κύριος, non, ut verisimile est, superstitiosa Judæorum ratione moti, sed quod sua lingua neque scribere neque enunciare possent. Carent enim aspiratione in media voce, quam litera ה requirit: carent etiam valore, quem litera ו in pronunciando requirit. Hinc suum υ in alienam naturam detorserunt in alienis nominibus exprimendis: ut Λευί לֵוִי, Δαυίδ דָּוִד, Νινευῖται, inde etiam in romanis Οὐαλέριος, *Valerius*. Reddiderunt tamen illud per Κύριος, ut hebræi per אדני. Sic et in christiana ecclesia ab interpretibus per *Dominus* redditum fuit, usque ad Petrum Galatinum, ante quem non putatur aliquis scripsisse *Jehova* vel *Jehovi*. Prima hujus nominis reverentia apud Judæos mox, ut omnia fere, in superstitionem abiit. Plebi sub pœna mortis ejus pronunciatio vetita fuit: summi sacerdotes illud in templo hierosolymitano, non alibi, et semel dumtaxat in anno, in sollemni illa benedictione populi, Num. VI. 24, 25. in festo propitiationis, pronunciarunt. Superstitio autem ut facile se dilatat, ita hic quoque mox excrevit. Dum nomen per se et juxta suas literas pronunciari illicitum esset, effictæ sunt ejus per certas literas et numeratas voces, mysticæ expositiones quædam, in quarum scientia magnæ laterent virtutes, magna inclusa miracula. Duæ autem potissimum tetragrammati factæ sunt expositiones, una per literas duodecim, altera per literas quadraginta duas, id est; per voces quasdam, quæ totidem literas continebant. Harum crebra apud Rabbinos mentio, sed rara interpretatio, quoad veritatem. De ea nisi lis esset inter ipsos, facerent virtutes, ut Moses et Christus, quos credunt vi hujus nominis omnia sua facta miraculosa edidisse. De Mose legitur in libro Caphtor. fol. 36. 1. his verbis: ומשה לא נשתמש אלא בשמו הגדול וכל נפלאותיו אשר עשה היו בשם המפורש שהוא שם יהוה ואהיה אשר אהיה, *Moses non est usus nisi nomine isto maximo, et omnia miracula sua, quæ fecit, fuerunt per Schem hamphorasch*, id est, *nomen expositum, quod est ipsum nomen* יהוה, *et Ehjeh ascher Ehjeh.* Quod Christus per hoc nomen quoque miracula sua ediderit, probavit ante multos annos Porchetus, cujus locum adducit Lutherus in libro suo de Schem hamphorasch, ad quem lectorem remitto. Ejus tamen fabulæ illustrandæ causa, hoc addo, quod apud Talmudicos reperi. Ut Christus in ea historia refertur descriptum Schem hamphorasch inclusisse in discissam cutem pedis, et ex templo eduxisse, ut sic per ejus vim miracula postmodum ediderit: sic legitur quidam filius Satdæ per cæsuras cutis suæ præstigias eduxisse ex Ægypto. Verba textus sunt: הלוא בן סטדא הוציא כשפים ממצרים בסריטה שעל בשרו, *nonne filius Satdæ exportavit magias ex Ægypto per cæsuras, quas fecerat in carne sua?* Schabbath fol. 104. 2. Satda

hæc dicitur fuisse מרים מגדלא נשיא, *Maria ornatrix mulierum, plicatrix capillorum muliebrium*, ut fieri solet puellis sponsis. Nam מגדלא exponitur in glossa מקלעת שיער נשים, *implicans capillos mulierum:* Sanhedrin fol. 67. 1. editionis venetæ. Maria hæc dicitur vixisse in templo secundo, אמו של פלוני. *mater τοῦ N.* (id est, *Christi*, cujus nomen sic solent reticere) Chagbiga fol. 4. סטדא, *Salda* dicitur, quasi סטת דא, *declinavit ista*, scilicet ad scortationes, quia scortata est, ut scribit R. Salomon in Sanhedrin. Videntur hæc omnino eodem referenda, quo historia ista Porcheti. Sed videamus de nominis tetragrammati expositione per duodecim, vel quadraginta duas literas, hebræos ipsos.

Petrus Galatinus in libro De arcanis catholicæ veritatis, lib. 2. cap. 11. et 12. expositionem hanc ex libro גלי רזייא affert: prima est, אָב בֵּן וְרוּחַ הַקֹּדֶשׁ, id est, *Pater, Filius, et Spiritus sanctus*, quæ voces duodecim continent literas. Altera quadraginta duarum literarum est, אָב אֵל בֵּן אֵל וְרוּחַ הַקֹּדֶשׁ אֵל אֲבָל לֹא שְׁלֹשָׁה אֱלֹהִים כִּי אִם אֱלֹהַּ אֶחָד, id est, *Pater Deus, Filius Deus, ac Spiritus sanctus Deus: at non* (sunt) *tres dii, sed Deus unus:* alibi vidi, אָב אֱלֹהִים בֵּן אֱלֹהִים רוּחַ הַקֹּדֶשׁ אֱלֹהִים שְׁלֹשָׁה בְּאֶחָד אֶחָד בִּשְׁלֹשָׁה, id est, *Pater Deus, Filius Deus, Spiritus sanctus Deus, tres in uno, unus in tribus.* Magnum operæ pretium esset, hanc expositionem posse ex Rabbinorum libris firmari. R. Bechai in principio Geneseos fol. 5. col. 2. scribit, nomen quadraginta duarum literarum desumi ex primo et secundo versu principii Geneseos a litera ב vocis בראשית usque ad ב vocis ובהו, quæ sunt 42. literæ, ex quarum varia et multiplici combinatione, Cabalistis nota, fit nomen expositum per 42. literas. Nomen autem duodecim literarum, fit ex triplicata combinatione nominis יהוה. Sed videamus nunc varia Talmudistarum et Rabbinorum testimonia.

In codice Talmudico Kidduschin, cap. 4. fol. 71. legitur. Nomen quatuor literarum sapientes tradiderunt discipulis suis *semel* in septimana: alii dixerunt, *bis*. Rabbi Nachman filius Jitzchak assensit illis qui dixerunt, *semel*, juxta illud: *hoc est nomen meum* לְעֹלָם, *in seculum*, Exod. III. 15. Scriptum est לְעֹלָם, absque Vau in medio, quasi לְעַלֵּם, *ad abscondendum*, quod absconditum manere debuerit. Rabba existimabat publicis concionibus nomen tetragrammaton explicandum esse; illi senex quidam regessit, scriptum esse לְעַלֵּם, *abscondi* debere. Rabbi Abhina objecit: scriptum est, *hoc est nomen meum*, item, *et hoc est memoriale meum*, Exod. III. 15. Ergo duo fuerunt nomina? Respondit Deus: non sicut scribor, ita pronuncior: scribor per Iod He Vau He, nempe יהוה, sed pronuncior per Aleph Daleth, id est, אֲדֹנָי. Amplius docuerunt Rabbini: » Nomen duodecim literarum principio tradiderunt cuilibet homini: cum autem multiplicarentur homines perfrictæ frontis et impudentes, tradebant illud tantum verecundioribus et modestioribus ex genere sacerdotali: (nempe, ut eo benedicerent populo post sacrificium matutinum, addit Scholiastes) hi celerrime et præcipitanter efferebant illud, dum fratres ipsorum sacerdotes, nomen tetragrammaton in sollemni illa benedictione modularentur. Traditio alia. Dixit Rabbi Tarphon: Aliquando ascendi post avunculum meum in suggestum, et adverti aurem ad sacerdotem summum, et audivi quod celeriter pronunciaret et quasi absorberet nomen tetragrammaton inter modulationem sacerdo-

tum. Dixit Rabh Jehuda: dixit Rabh; nomen quadraginta duarum literarum non traditur nisi verecundo, humili, mediæ ætatis viro, non iracundo, non ebrioso, non pertinaci: quicumque illud novit et in pretio habet, conservatque pure, is dilectus est supra et acceptus infra (id est, in cælo et in terra) eumque reverentur ac metuunt homines, ac hæres fit utriusque seculi, hujus et futuri ». Hæc illic. Scholiastes addit: nomen autem duodecim et quadraginta duarum literarum non revelarunt nobis. Vide in Talm. hierosol. lib. Ioma fol. 40. col. 4.

In codice Pesachim, cap. 3. fol. 50. Dixit Rabh Nachman filius Jitzchak: Non sicut mundus hic, ita mundus futurus erit. In mundo hoc scribitur nomen ejus per Iod He, nempe יהוה, et legitur per Aleph Daleth, nempe אֲדֹנָי: in mundo futuro erit unum idemque pronunciatum et scriptum יהוה.

In codice Sotah, cap. 7. fol. 73. Benedictio sacerdotum (Numer. VI. 24.) quomodo fit? In provincia (id est, extra urbem Jerusalem) dicitur triplici benedictione, sed in sanctuario (id est, templo hierosolymitano) unica tantum: in sanctuario pronuntiat sacerdos nomen tetragrammaton uti scribitur; in provincia per cognomen ejus. Et paulo post. *Sic benedicitote filiis Israelis*, Num. VI. 23. anne per שֵׁם הַמְּפוֹרָשׁ, id est, שֵׁם הַמְיוּחָד *nomen proprium et essentiale* sive ipsum tetragrammaton, an per כִּנּוּי *cognomen* ejus? Respon. Textus id docet me, ubi dicit: *et ponent nomen meum super filios Israel*, Num. VI. 27. *nomen meum*, id est, שֵׁם הַמְיוּחָד לִי, *nomen proprium meum*.

In codice Sanhedrin cap. 4. fol. 55. Blasphemans non fit reus, nisi quum expresse protulerit nomen tetragammaton.

In eodem libro cap. 11. fol. 90. in principio capitis: Quicumque profert nomen tetragrammaton per literas suas, vel secundum scripturam suam, non est ipsi pars in futuro seculo. Scholiastes ad hunc aphorismum notat fol. 101. Quicumque profert, scilicet *extra sanctuarium, non autem in sanctuario: nam sacerdotes in sanctuario benedicebant populo per nomen istud*. Vide etiam in Schevuoth fol. 36. 1.

In codice Abhoda Sarah: cap. 1. fol. 18. editionis Venetæ: Abduxerunt R. Chaninam filium Teradjon, dicentes ipsi: qua ratione sic egisti in lege? respondit ipsis: sicut præcepit mihi יהוה, *Deus meus*, egi. Quo audito, protinus ipsum ad combustionem damnarunt, uxorem ejus ad necem, filiam ad lupanar. Ipsum ad combustionem, propterea quod protulerat nomen tetragrammaton per literas suas, ex vi decreti per Abba Schaul lati: quicumque protulerit nomen tetragrammaton per literas suas, non habebit partem in futuro seculo, etc. Scholiastes addit, eum tenuisse quoque explicationem ejus per quadraginta duas literas, ejusque virtute fecisse quæcumque voluerit.

In Sanhedrin cap. 7. fol. 76. Qui maledicit patri suo et matri suæ, non fit reus, nisi quum maledixerit ipsis per nomen tetragrammaton: si maledicat per cognomen, (utpote Schaddai, Tzebhaoth, Rachum, Channun) Rabbi Meir ipsum condemnat; at sapientes absolvunt.

In codice Schabbath, cap. 6. fol. 63. צִיץ, *bractea* erat quasi lamina quædam aurea, lata duos digitos, pertingens ab una aure ad alteram: in ea scriptum duabus lineis, Iod He Vau He, יהוה, et paulo inferius קֹדֶשׁ לְהּ. Dixit R. Elieser filius Iosi: Ego vidi bracteam illam in urbe quadam, ac inscriptum ei linea una, קֹדֶשׁ לַיהוָֹה. Idem exstat in codice Succa, cap. 4. fol. 5. Vide Exod. XXVIII. 36.

In Ioma, fol. 69. 2. *Et benedixit*

Esra domino Deo maximo, Nehem. VIII. 7. quid est *maximo?* respondit Raf: magnificavit eum per Schem hamphorasch.

In Ioma, fol. 39. 2. Eo anno, quo mortuus est Schimeon Justus, prædixerat Rabbinis suis, se eo anno moriturum. Unde id scis? aiebant ipsi; respondebat; Omni die propitiationis apparuit mihi senex quidam, vestitus albis et involutus albis vestibus, ingrediebatur mecum, et egrediebatur mecum: hodie vero apparuit mihi senex, vestitus nigris et involutus nigris, ingrediebatur mecum, sed non egrediebatur mecum. Post festum ergo ægrotans septem diebus, mortuus fuit. Tunc destiterunt fratres ejus sacerdotes benedicere per nomen illud, nempe tetragrammaton.

In Eruvin, fol. 18. 2. Ex quo vastatum est templum sanctum, sufficit homini, ut usurpet in laudibus et benedictionibus nomen duarum literarum יה. Glossa: quia nomen Schem hamphorasch non est datum omni homini, sed tantum sacerdotibus.

In R. Chiskia, auctore libri Chaskuni, legitur in Collectaneis marginalibus ad cap. 3. Exodi: Nomen quatuor literarum Deus tradidit Mosi: postea ipsi dixit; *ito et congregato omnes seniores Israelis, et dic eis:* יהוה, *Deus patrum vestrorum*, etc. ver. 16. unde discimus, non fuisse traditum ac revelatum nomen tetragrammaton, nisi senioribus istius seculi: אֶהְיֶה אֲשֶׁר אֶהְיֶה, ver. 14. bis scriptum, אֶהְיֶה continet in numeratione 42. ad indicandum, quod tradiderit etiam Mosi nomen quadraginta duarum literarum: זֶה שְּׁמִי, *hoc est nomen meum*, ver. 15. זה facit 12. quo docemur, Deum docuisse ipsum quoque nomen duodecim literarum.

In libro Jalkut, in Psal. XCI. fol. 119. col. 1. Quare Israelitæ orant in seculo hoc et non exaudiuntur? propterea quia non norunt Schem hamphorasch. In seculo futuro Messiæ, Deus notum illud ipsis faciet, et tunc exaudientur. Vide porro R. Salomonem Thren. I. 3. Aben Esram in præfatione in Legem, circa finem: librum More parte prima cap. 61. Akedat Jitzchak, fol. 96. et fol. 109. librum Ikkarim, orat. 2. cap. 28. ubi inter cetera legitur: ויקרא הכתוב שֵׁם המשיח יהוה צדקנו להיותו אמצעי אל שנשיג הצדק מהשם על ידו ועל כן יקראהו בשם השם, id est, *vocat scriptura nomen Messiæ* יהוה צדקנו, *Dominus Justitia nostra* (Jer. XXIII. 6.) *quia erit mediator ad id, ut per ejus manum consecuturi simus justitiam a Deo ipso; et idcirco vocat eum nomine τοῦ* יהוה. Vide eumdem orat. 3. cap. 25. ubi contra Christum et christianos scribit. Vide et Petrum Galatinum, lib. 2. cap. 10. et seqq. Tetragrammaton Joh. Drusii, et Scaligerum pag. 37. in notis ad Opus de emend. temp.

הוֹי *heu, hei, eheu, ah, væ: O, heus*, vocandi, Ies. LV. 1. et absque Iod הוֹ־הוֹ, *heu, heu*, Amos V. 16.

הוּךְ Chald. *proficisci, ire, pervenire*, idem quod hebraice הָלַךְ. Infinit. לִמְהָךְ, *ad proficiscendum*, Esr. VII. 13. Futur. עַד יְהָךְ, *donec veniret*, Esr. V. 5. וִיהָךְ, *et perveniat*, Esr. VI. 5.

הוּם *divexavit, turbavit*: præt. וְהָמָם, *et divexabit eos*, Deut. VII. 23. Niph. נָהוֹם, *turbari, perstrepere, tumultuari*: futur. וַתֵּהֹם הַקִּרְיָה, *et tumultuata est civitas*, 1 Reg. I. 45. Hiph. futur. וְאָהִימָה, *et prestrepam*, Psalm. LV. 3. תְּהִימֶנָּה מֵאָדָם, *perstrepent præ hominibus*, Mich. II. 12.

מְהוּמָה, f. *divexatio, turbatio, strepitus, tumultuatio*, 1 Sam. V. 9. יוֹם מְהוּמָה, *dies turbationis* vel *divexa-*

tionis, Ies. XXII. 5. Constr. מְהוּמַת־מָוֶת, *vexatio mortis* vel *letalis*, 1 Sam. V. 11. Plur. מְהוּמוֹת, *vexationes*, 2 Par. XV. 5.

הוֹן הוֹן masc. *substantia*, *opes*: הוֹן יָקָר, *substantiam pretiosam*, Prov. I. 13. *sufficientia*, Proverb. XXX. 15. לְהוֹן, *ad substantiam*, Prov. XXVIII. 22. Affix. מֵהוֹנֶךָ, *de substantia tua*, Proverb. III. 9. Plurale cum affixo, בְּרֹב הוֹנַיִךְ, *multitudine opum tuarum*, Ezech. XXVII. 33.

הָזָה *stertere*, *somnolentum esse*: partic. plural. הֹזִים, *stertentes*, Ies. LVI. 10.

הִי *heu*, *væ*, juxta quosdam, Ezech. II. 10. Hebræi volunt idem esse quod נְהִי. Vide נָהָה.

הִיא f. *illa*, *ista*, *ea*, ac saepissime scribitur cum ו in medio, הוא, et assumit ה ab initio, הַהִיא: plur. הֵן, *ipsæ*, לָהֶן, *ipsis*, אֲלֵיהֶן, *ad ipsas*, Exod. I. 18, 19. Cum ה utrinque הָהֵנָּה, *istas*, 1 Sam. XVII. 28. בָּהֵנָּה, *in eis*, Jer. V. 17. הֲלָהֵן, *an eos*, Ruth I. 13. juxta quosdam, quasi sit fœmininum pro masculino; alii, *an propterea*.

* הֵיכַל, Chaldaicum, vide infra in יכל.

הָיָה *fuit*: præter. הָיִיתָ, *fuisti*, et ejecto altero י, וְהָיִתָ, *et eris*, 2 Sam XV. 33. cum ה paragogico וְהָיִיתָה, *et eris*, 2 Sam. X. 11. Fœm. cum י redundante in fine וְלֹא־הָיִיתִי, *et non fuisti*, Ezech. XVI. 31. Part. fœm. הוֹיָה, *est*, Exod. IX. 3. Infinit. formæ chaldaicæ in Tzere, הֱיֵה, *esse*, Ezech. XXI. 15. Futur. אֶהְיֶה, *ero*; cum apocopa וָאֱהִי, *et fui*, Psal. LXIX. 12. יְהִי אוֹר, *esto lux*, Gen. I. 3. Niph. נִהְיָה, *fieri*, *effici*; et quasi contraria significatione *confici*, quasi *defieri* dicas: ut נִהְיֵיתִי וְנֶחֱלֵיתִי, *confectus fui*, *et ægrotavi*, Dan. VIII. 27. sic וּשְׁנָתוֹ נִהְיְתָה, *et somnus ejus confectus fuit ipsi*, id est, *fractus*, *interruptus*, *excussus*, Dan. II. 1. Partic. fœmin. תַּאֲוָה נִהְיָה, *desiderium effectum*, Prov. XIII. 19.

אֶהְיֶה, *Ehjeh*, *ero*, *sum*, usurpatum ut proprium nomen Dei, ab æterna ejus essentia, Exod. III. 14.

הֵיךְ *quomodo*, idem quod אֵיךְ, commutatis א et ה, 1 Par. XIII. 12. Dan. X. 17.

הֵיכָל, vide mox in הכל.

הֵךְ, Chald. Vide paulo ante in הוך.

הֵימָן, vide in אמן.

הין Hiph. הֵהִין, *paratus fuit*, *paratum se obtulit*; *ultro*, *prompte voluit*: futur. וַתָּהִינוּ לַעֲלֹת, *et parati fuistis*, *voluistis ascendere*, Deuter. I. 41. Deducunt hebraei ab הֵן, *ecce*, eo sensu, quo qui se promptum et paratum offert, dicit, הִנְנִי, *ecce me*, הִנֵּנוּ, *ecce nos*.

הִין, *hin*, mensura liquidorum, quæ continebat duodecim *logos*: *logus* autem sex ova: Menachoth fol. 89. v. 1.

* הֵיתִי Chaldaicum, vide in אָתָא.

הכל הֵיכָל, m. *palatium*; *regia*, *templum*: constr. בְּהֵיכַל הַמֶּלֶךְ, *in palatio regis*, Dan. I. 4. Aff. בְּהֵיכָלוֹ, *in templo ejus*, Psalm. XXVII. 4. Plural. constr. מֵהֵיכְלֵי שֵׁן, *e templis eburneis*, Psal. XLV. 9. Cum affixo, לְהֵיכְלֵיכֶם, *in templa vestra*, Joel III. 5. et forma f. הֵיכָלוֹת, *templa*, Hos. VIII. 14.

. הָכַר *obfirmavit, se*: futurum תַּהְכְּרוּ־לִי, *obfirmabitis vos mihi*, aut *contra me*, Job XIX. 3.

הַכָּרָה, f. *obfirmatio*, *obduratio*: constr. הַכָּרַת פְּנֵיהֶם, *obfirmatio faciei ipsorum*, Ies. III. 9. Quidam *agnitio faciei ipsorum*, et ita est a נָכַר.

הלא הָלְאָה, *ultra, ulterius*, loci et temporis: גֶּשׁ־הָלְאָה, *secede ulterius, illuc, eo*. Gen. XIX. 9. מֵהָלְאָה לְמִגְדַּל, *ab ultra*, id est, *longe ultra turrim*, Gen. XXXV. 21. Hinc verbum; unde part. ex Niphal וְהַנַּהֲלְאָה, *et procul dissitam* vel *disjectam*, Mich. IV. 7.

הָלַךְ *ambulavit, ivit, incessit*: cum אֶל constructum, *adivit, accessit*: cum מִן *abivit, transiit*: cum לִפְנֵי *præcessit*: cum אַחַר *secutus est*. Præter. cum א paragogico, הָהָלְכוּא, *qui venerant*, Jos. X. 24. Secunda fœm. cum י redundante, הָלַכְתִּי, *ivisti*, Jer. XXXI. 21. Particip. fœm. מַדּוּעַ אַתְּי הֹלֶכְתִי, *quare itura es?* 2 Reg. IV. 23. cum י utrobique redundante juxta Masorethas. Infin. הָלוֹךְ וְחָסוֹר, *eundo et deficiendo*, Genes. VIII. 5. Imper. הָלְכוּ, *abite*, Jer. LI. 50. fut. יַהֲלֹךְ, *abit*, Job XVI. 6. Et alia forma, תְּהַלֵּךְ, *ambulabit*, Psalm. LXXIII. 9. Exod. IX. 23. ad formam תִּשְׁכַּב. Niph. præter. נֶהֱלָכְתִּי, *abire*, id est, *evanescere cogor*, Psalm. CIX. 23. Pih. præter. הִלְּכוּ, *ire faciunt* vel *cogunt*, Job XXIV. 10. fut. אֲהַלֵּךְ, *deduco*, Prov. VIII. 20. יְהַלֵּךְ, *præire faciet*, Psalm. LXXXV. 14. Significat etiam simpliciter ut in Kal. Chald. particip. מְהַלֵּךְ, *obambulans*, Dan. IV. 26. Plurale ex Aphel, מַהְלְכִין, *ambulantes*, Dan. III. 25. et IV. 34. Hithp. הִתְהַלֵּךְ, *itavit, obambulavit, continenter, indesinenter ivit*: præt. הִתְהַלֶּךְ־שָׁם, *itaverat eo* vel *illuc*, 1 Sam. XXX. 31.

הֵלֶךְ, m. *itio, ambulatio: viator*, pro אִישׁ הֵלֶךְ, *vir itionis*, 2 Sam. XII. 4. *fluxus*; הֵלֶךְ דְּבַשׁ, *fluxus mellis*, 2 Sam. XIV. 26. Quædam exemplaria in utroque loco habent duplex Sægol.

הֲלָךְ, Chald. *vectigal*, vel ut Aben Esra scribit, מַס הַהֹלְכִים, *tributum transeuntium*, Esr. IV. 13.

הָלִיךְ, masc. *ambulatio, incessus*: plural. cum aff. הֲלִיכַי, *gressus meos*, *vestigia gressuum meorum*, Job XXIX. 6.

הֲלִיכָה, f. idem. Aff. בַּהֲלִיכוֹתָם, *in ambulatione sua*, Nah. II. 6. quod juxta Masorethas scribitur cum ך redundante. Plur. הֲלִיכוֹת אֵלִי, *incessus Dei mei*, Psalm. LXVIII. 25. aff. רָאוּ הֲלִיכוֹתֶיךָ, *viderunt incessus tuos*, ibidem.

מַהֲלָךְ, m. *iter, profectio*: constr. מַהֲלַךְ יוֹם אֶחָד, *itinere diei unius*, Jon. III. 4. Item, *ambulacrum*, Ezech. XLII. 4. Affix. מַהֲלָכְךָ, *iter tuum*. Neh. II. 6.

מַהְלְכִים, m. pl. *viæ, ambulandi loca*, Zach. III. 7.

תַּהֲלֻכוֹת, f. pl. *progressione*, Neh. XII. 31.

הָלַל *insanivit*: part. הוֹלְלִים, *insanientes*, Psalm. V. 6. Futurum אַל תָּהֹלּוּ, *ne insaniatis*, Ps. LXXV. 5. Niph. particip. וּבְכֹל הַנַּהֲלֹלִים, *et in omnibus laudatis arboribus*, Ies. VII. 19. Aben Esra, *in domibus* vel *locis laudatis*, Quidam, *in stultis*, id est, *vilibus et ingloriis arboribus ac lignis*. Pih. הֹלֵל, *insanum reddere*,

infatuare: sæpius *laudare*, *laudibus extollere*, et ita construitur cum accusativo, item cum præpositione, עַל, אֶל, לְ, בְּ. Præter. הִלֵּל, *laudavit*, Ps. X. 3. Part. מְהַלְלִים לְשֵׁם, *laudes dicentes nomini*, 1 Paral. XXIX. 13. Juxta primam significationem altera forma hujus conjugationis hic usurpatur: futurum, יְהוֹלֵל, *insanos* vel *stultos reddit*, Job XII. 17. Ies. XLIV. 25. Eccles. VII. 7. Puh. præt. הוּלָּלוּ, *laudatæ fuerunt*, Psalm. LXXVIII. 63. הָעִיר הַהֻלָּלָה, *civitas laudatissima*, Ezech. XXVI. 17. Particip. מְהֻלָּל, *laudatus*, Ps. XVIII. 4. et ex prima significatione plurale מְהוֹלָלַי, Psalm. CII. 9. מְהוֹלָל, *insanus*, *ad insaniam adactus*, Eccles. II. 2. Fut. יְהֻלַּל, *laudabitur*, Prov. XII. 8. Hiph. *splendere*, *lucere*, *splendere facere*: infin. irregularis, בְּהִלּוֹ, *dum efficit ut splendeat*, Job XXIX. 3. pro בְּהַהֵלּוֹ. Futur. יָהֵל, *splendebit*, Job XXXI. 26. et cum epenthesi וְלֹא יַאֲהִיל, *et non splenderet*, Job XXV. 5. vel א est loco ה characteristicæ conjugationis, levioris pronunciationis causa: תָּהֵל, *splendet*, Job XLI. 10. יָהֵלּוּ, *facient ut splendeat*, Ies. XIII. 10. Hithp. הִתְהַלֵּל, *laudare*, *jactare se*, *laudibus se efferre*, *gloriari*: item ex prima significatione, *insanire*: præt. וְהִתְהֹלְלוּ, *et insaniant*, Jer. XXV. 16. Partic. אִישׁ מִתְהַלֵּל, *vir se jactans*, Prov. XXV. 14. Imper. וְהִתְהֹלְלוּ, *et insanite*, id est, *insano impetu ferimini* vel *agitamini*, Jerem. XLVI. 9.

הֵילֵל, m. *lucifer*, stella matutina, Ies. XIV. 12.

הִלּוּל, m. *laus*, *laudatio*, *laudativum carmen*: plur. קֹדֶשׁ הִלּוּלִים, *sanctitas*, *res sancta laudum*, *quæ* scil. *in laudem ipsius ipsi consecretur* vel *offeratur*, Levit. XIX. 24. וַיַּעֲשׂוּ הִלּוּלִים, *et fecerunt laudationes*, *hymnos* vel *laudativa carmina*, Jud. IX. 27. Kimchi, *lætitias*, *hilaria*, et inde בֵּית הִלּוּלָא, *domus lætitiæ*: Chald. חִנְגִּין, *tripudia*.

הוֹלֵלָה, f. *insania*; plur. הוֹלֵלוֹת, *insaniæ*, *omnimoda insania*, Eccles. I. 17. et II. 12.

הוֹלֵלוּת, f. *insania*, Eccles. X. 13.

הַלְלוּיָהּ, *Hallelujah*, vox composita ex imperativo Pihel הַלְלוּ et nomine divino יָהּ, et valet, *laudate Dominum*.

מַהֲלָל, m. *laus*: et cum affixo לְפִי מַהֲלָלוֹ, *juxta laudem suam*, Prov. XXVII. 21.

תָּהֳלָה, f. *lux*, *splendor*, Job IV. 18. juxta R. Levi: Chaldæus, *laudem*, Aben Esra, *stultitiam*.

תְּהִלָּה, f. *laus*, *laudatio*: עִיר תְּהִלָּה, *civitas laudis*, Jer. XLIX. 25. ubi quædam exemplaria habent תְּהִלַּת, quasi constructum sit pro absoluto. Construct. תְּהִלַּת, Jerem. XLVIII. 2. aff. תְּהִלָּתוֹ, *laus ejus*, Hab. III. 3. plural. תְּהִלּוֹת, *laudes*, Psal. LXXVIII. 4. Rabbini utuntur etiam forma masculina, unde Psalmi Davidis inscribuntur סֵפֶר תְּהִלִּים, *liber laudum*, et per syncopam תִּלִּים, *laudes*.

הָלַם *contudit*, *obtudit*: præter. אָז הָלְמוּ, *tunc obtuderunt*, vel *obtusæ fuerunt*, juxta quosdam, Jud. V. 22. וְהָלְמָה סִיסְרָא, *et obtudit Siseram*, ver. 26.

הוֹלֵם, m. *tusio*: אֶת־הוֹלֶם פָּעַם, *tusionem incudis* vel *super incude*, Ies. XLI. 7.

הֲלוֹם, *huc*, *hic*, Gen. XVI. 13. Jud. XX. 7.

הַלְמוּת, f. *malleus*, *tudes*, Jud. V. 26.

יַהֲלֹם, *adamas*, lapis pretiosus, quia *contundit* ac *confringit* omnes alios lapides, Exod. XXVIII. 18.

מַהֲלֻמוֹת, f. pl. *contusiones*, Prov. XVIII. 6. et XIX. 29.

הֵם pronomen vide in הוּא: et הִמּוֹ pronomen chald. vide ibidem.

הָמָה *tumultuatus fuit*, *strepuit*, *perstrepuit*, *fremuit*: præter. הָמוּ גוֹיִם, *fremuerunt gentes*, Psalmus XLVI. 7. Part. fœm. הֹמִיָּה, *strepera*, Prov. VII. 11. ubi י est loco tertiæ radicalis ה: plurale, בְּרֹאשׁ הֹמִיּוֹת, *in capite tumultuantium*, Prov. I. 21. id est, *turbarum*, *quæ streperæ et tumultuosæ esse solent.*

הֶמְיָה, f. *strepitus*: constr. הֶמְיַת נְבָלֶיךָ, *strepitus nabliorum tuorum*, Ies. XIV. 11.

הָמוֹן, m. *fremitus*, *strepitus*, *sonitus*, *tumultus*: *multitudo*, *turba*: *copia*, *opum* scil. ut Eccles. V. 9. Psal. XXXVII. 16. Et cum א loco ה, הָאָמוֹן, *multitudinem*, *vulgus*, Jerem. LII. 15. Construct. הֲמוֹן גּוֹיִם, *multitudinis gentium*, Gen. XVII. 4. aff. וְאֶל־הֲמֹנוֹ, *et ad multitudinem ejus*, Ezech. XXXI. 2. et cum ה loco ו, הֲמוֹנֹה, *multitudo ejus*, ver. 18. Plurale, הֲמֹנִים, *multitudines*, Joel III. 14. aff. וְכָל־הֲמוֹנֶיהָ, *et omnes copias ejus*, XXXII. 20.

הָמִים, m. pl. *streperi*, *thrasones*: juxta quosdam: unde defectivum, וְלֹא מֵהֶמָהֶם, *neque ex thrasonibus ipsorum*, Ezechiel. VII. 11. pro מֵהֶמִיהֶם: Hebræi putant esse ex geminato pronomine הֵם, quasi וְלֹא מֵהֶם אֲשֶׁר מֵהֶם, *neque ex illis qui ab ipsis sunt*, id est, *liberis*, *posteris*. Sic Chaldæus, וְלָא מִבְּנֵיהוֹן, *neque ex liberis ipsorum*.

הֲמִית, f. *strepitus*, *sonitus*; juxta quosdam; unde cum aff. וְאֶל הֲמִיתוֹ, *et ad strepitum* vel *sonitum ejus*, Prov. XIX. 18. id est, dum clamore et fletu tibi obstrepit filius, ne condonet animus tuus, ne parcito eum castigare: vide etiam in מות in Hiphil.

המל הֲמֻלָּה, הֲמוּלָּה fœm. *tumultus*, *strepitus*: לְקוֹל הֲמוּלָּה, *ad vocem tumultus*, Jer. XI. 16. Sic Ezech. I. 24. Est formæ גְּדֻלָּה.

הָמַם *profligavit*, *quassavit*, *contrivit*: præt. וְהָמַם, *et quassavit*, Ies. XXVIII. 28. וְהַמֹּתִי אֶת־כָּל־הָעָם, *et conteram omnem populum*, Exod. XXIII. 27. Infin. לְהֻמָּם, *ad quassandum eos*, Deut. II. 15. Fut. וַיָּהָם אֵת מַחֲנֵה, *et fudit castra*, Exod. XIV. 24.

הָמַן *multiplicari*: Inf. יַעַן הֲמָנְכֶם, *propter multiplicari vos*, vel potius, *multiplicare*, id est, *eo quod multiplicaveritis*, Ezech. V. 7. Non est, inquit Kimchi, ab הָמוֹן, quia istius formæ nomina Cholem cum affixis retinent. Vide המה.

המס הֲמָסִים, m. pl. *cremia*, *stipulæ*, Ies. LXIV. 1. R. Sal. *res liquidas*, exponit, quæ facile ad ignem liquescunt et consumuntur, et ita esset a מָסַס.

המר unde nomen plur. fœmin. מַהֲמֹרוֹת, *scrobes*, *foveæ*, Ps. CXL. 11.

הֵן *en*, *ecce*: interdum etiam est *an*, *num?* הֶן־עָם, *ecce populus*, Num. XXIII. 24. הֵן הָיְתָה כָּזֹאת, *an fuerit hujusmodi*, Jer. II. 10.

הֵן, Chald. *si*, Dan. III. 15. דִּי הֵן,

quod si, Esr. IV. 13. in continuata sententia repetitum est *sive*: הֵן אִיתַי, *sive futurum est*, וְהֵן לָא, *sive non*, Dan. III. 17, 18.

הֵן, pronomen, vide supra in הִיא.

לָהֵן, Chaldaicum, vide suo loco.

הִנֵּה, *ecce*: affix. הִנּוֹ, *ecce eum*, הִנְּךָ vel הִנְּכָה, *ecce tu*, 2 Reg. VII. 2. הִנְנִי et הִנֵּנִי, *ecce ego*: bis cum Sægol, et utroque Nun Daghessato, הִנֵּנִי בְנִי, *ecce ego fili mi*, Gen. XXII. 7. et XXVII. 1. הִנֶּנּוּ vel הִנֵּנוּ, *ecce nos*, quod postremum ter legitur, Genes. XLIV. 16. et L. 18. Numer. XIV. 40.

הֵנָּה, *huc*: הֵנָּה וָהֵנָּה, *huc et illuc*, Jos. VIII. 20. עַד־הֵנָּה, *usque huc*, *hucusque*, 1 Sam. VII. 12. Hinc contractum עֲדֶנָּה, *hucusque*, Eccles. IV. 2. et inde cum apocopa, עֲדֶן, ver. 3.

הָסָה Pih. *silere*: imper, per apocopam, הַס, *sile*, Zach. II. 13. pro הַסֵּה: plur. הַסּוּ, *silete*, Nehem. VIII. 11. Hiph. futur. per apocopam, וַיַּהַס, *et silere fecit, compescuit*, Num. XXXI. 31. pro וַיַּהֲסֶה.

הָפַךְ *vertit, evertit, convertit, invertit, obvertit, subvertit, mutavit, commutavit, immutavit*: et interdum, *convertere se, verti, mutari*. Pr. הָפַךְ לָבָן, *versus fuit albus*, id est, *mutatus in album*, Lev. XIII. 3. הָפְכוּ, *verterunt se*, Psal. LXXVIII. 9. Partic. cum י paragogico, הַהֹפְכִי, *qui convertit*, Psal. CXIV. 8. Futur. וַתַּהֲפֹךְ וַתֵּלֶךְ, *et vertit se*, id est, *reversa est, et abiit*, 2 Par. IX. 12. Niph. partic. נֶהְפָּךְ, *versus fuit*, Exod. VII. 15. et in Cholem, וְנַהֲפוֹךְ זֹאת, *et conversum fuit illud*, Esth. IX. 1. Simile vide in חתם in Niphal. Fut. וְלֹא־תֵהָפֵךְ, *et non vertas te*, Ezech. IV. 8. Hoph. præt. הָהְפַּךְ, *conversa est*, Job XXX. 15. Hithp. partic. מִתְהַפֵּךְ, *obvertebat se*, Jud. VII. 13. fœmin. הַחֶרֶב הַמִּתְהַפֶּכֶת, *gladii sese vertentis*, id est, *vibrantis* vel *versatilis*, Gen. III. 24. futur. תִּתְהַפֵּךְ, *mutabitur*, Job XXXVIII. 14.

הֶפֶךְ, masc. *diversum, contrarium*: הֶפֶךְ מִן הַנָּשִׁים, *contrarium ab istis mulieribus*, Ezech. XVI. 34. לְהֶפֶךְ, *in contrarium*, ibidem.

הֲפֵכָה, fœm. *subversio*, Genes. XIX. 29.

הֲפַכְפַּךְ, masc. *volubilis, versatilis*, Prov. XXI. 8.

מַהְפֵּכָה, fœm. *subversio*: constr. כְּמַהְפֵּכַת סְדֹם, *sicut subversio Sodomæ*, Deut. XXIX. 22.

מַהְפֶּכֶת, f. *cippus*, sic dictus ab *evertendo* et *contorquendo* sontium corpore, 2 Par. XVI. 10. Jerem. XXIX. 26.

תַּהְפֻּכָה, f. *perversitas*: plurale, דּוֹר תַּהְפֻּכֹת, *generatio perversitatum*, id est, *summe perversa*, Deuter. XXXII. 20.

הֹצֶן m. *currus falcatus*, Ezech. XXIII. 24. Currus bellici genus fuit, juxta Kimchium.

הָרַג *occidit*, *interfecit*: præter. הָרַג אוֹתָם, *occidit eos*, Jud. IX. 24. Niph. infin. בְּהֵהָרֵג הָרֶג, *quum interficientur interfectione*, Ezech. XXVI. 15. pro בְּהֵהָרֵג, et Sægol est propter sequentem gutturalem affectam Kametz: simile vide in עָמַק. Pyh. præt. הֹרַג, *interfectus est*, Ies. XXVII. 7.

הֶרֶג, m. *occisio, interfectio, cædes*:

בְּיוֹם הֶרֶג רָב, *tempore cædis magnæ*, Ies. XXX. 25.

הֲרֵגָה, f. idem: צֹאן הַהֲרֵגָה, *pecus occisionis*, Zach. XI. 4. legitur etiam, Jer. VII. 32. et XIX. 6.

הָרָה *concepit*: præt. וְהָרָה עָמָל, *concepit laborem*, Psal. VII. 15. Infin. הֹרוֹ וְהֹגוֹ, *concipere et loqui*, Ies. LIX. 13. cum ו loco ה, et Cholem ab initio est loco Kametz. Fut. וַתַּהַר לוֹ, *et concepit ea illi*, id est, *ex illo*, Genes. XXXVIII. 18. וַתַּהַר אֶת־מִרְיָם, *et concepit Mirjamum*, id est, *conceptum peperit*, 1 Par. IV. 17. Pyh. præter. הֹרָה גָבֶר, *conceptus est vir*, Job III. 2. id est, *natus*, *in lucem editus*.

הוֹרֶה, m. *genitor*, quasi *faciens concipere*: plurale cum affixo עַל בִּרְכֹת הוֹרַי, *benedictionibus progenitorum meorum*, Gen. XLIX. 26.

הוֹרָה, f. *genetrix*: aff. הוֹרָתָם, *genitrix eorum*, Hos. II. 5.

הָרָה, f. *gravida*, *prægnans*, Gen. XXXVIII. 24. Constr. הֲרַת עוֹלָם, *ut gravidæ perpetuo*, Jerem. XX. 17. Plurale, הָרוֹת, Amos I. 13. Cum affixo וְהָרוֹתֵיהֶם, *et gravidas eorum*, 2 Reg. VIII. 12.

הֲרִיָּה, f. idem: plural. cum affixo וְהָרִיּוֹתָיו יְבֻקָּעוּ, *et prægnantes ejus diffindentur*, Hos. XIV. 1.

הֵרוֹן, m. *conceptus*: aff. וְהֵרֹנֵךְ, *et conceptum tuum*, Gen. III. 16.

הֵרָיוֹן, m. idem, Ruth IV. 12.

הִרְהֵר Chald. *cogitavit*: unde nomen plurale הַרְהֹרִין, *cogitationes*, Dan. IV. 2. In Targum sæpius occurrit. Rabbini dicunt אֵין לְהַרְהֵר אַחַר מַעֲשֵׂי הַשֵּׁם, *non est speculandum post opera Dei*.

*הַרְמוֹן, nomen, idem quod אַרְמוֹן: vide illic.

הָרַס *diruit*, *destruxit*, *demolitus est*: *subvertit*, *perrupit*. Præt. וְעָרָיו הָרַס, *et urbes ejus destruebat*, Ies. XIV. 17. Niph. præter. נֶהֶרְסוּ, *destruantur*, Jer. L. 15. Fut. וְלֹא יֵהָרֵס, *et non destruetur*, Jerem. XXXI. 40. Pih. particip. מְהָרְסַיִךְ, *destruentes te*, Ies. XLIX. 17. Infinit. הָרֵס תְּהָרְסֵם, *demoliendo demolitor eos*, Exod. XXIII. 24.

הֶרֶס, m. *destructio*, Ies. XIX. 18.

הֲרִיסוּת, fœmin. idem. Cum affixo הֲרִיסֻתֵךְ, *destructionis tuæ*, Ies. XLIX. 19. Plur. cum aff. וַהֲרִיסֹתָיו, *et demolitiones ejus*, Amos IX. 11.

הָרָר הרר, masc. *mons*: affix. הֲרָרִי בַּשָּׂדֶה, *montem meum cum agro*, Jerem. XVII. 3. לְהַרְרִי, *in monte meo*, Psalm. XXX. 5. בְּהַרְרָם, *in monte suo*, Genes. XIV. 6. Plurale constructum, הַרְרֵי קֶדֶם, *montium antiquitatis*, id est, *antiquissimorum*, Deut. XXXIII. 15. Aff. וּמֵהֲרָרֶיהָ, *et e montibus ejus*, Deut. VIII. 9.

הַר, m. *mons*; *montana loca*: cum articulo ה notatur cum Kametz: absque eo cum Pathach, quasi illa sit forma absoluta, hæc constructa: עַל הָהָר הַזֶּה, *super montem hunc*, Exod. III. 12. Cum ה locali הָהָרָה, *in montem*, Genes. XII. 8. הַר אֱלֹהִים, *mons Dei*, Ps. LXVIII. 16. Aff. נוּדִי הַרְכֶם, *emigra e monte vestro*, Psal. XI. 1. et deest præpositio מִן. Plurale, הָרִים, *montes*, Genes. VII. 20. et Kametz est loco ejecti Daghesch ex Resch: nam est ex defectivis secunda radicali. Est et הָרַי pro הָרִים, Zach. XVI. 5. cui

simile vide infra in חָלַל in nomine חָלוּן. Construct. הֲרֵי, Ezech. VI. 2. aff. אֶת־הָרָיו, *montes ejus*, Ezech. XXXV. 8.

הֲרָרִי, m. *montanus*, juxta quosdam: aliis י est affixum pronomen, ut in initio radicis positum.

התל Pih. *ludificavit*, *delusit*, *illusit*, et irregulariter sic dicitur, pro הִתֵּל, cui non absimile in פָּקַד in Hithp. Construitur cum præpositione ב: præter. הֵתֶל בִּי, *illusit mihi*, Genes. XXXI. 7. Infin. cum futuro, כְּהָתֵל בֶּאֱנוֹשׁ תְּהָתֵלּוּ בוֹ, *secundum illudere*, vel *sicut illuditis homini*, *illudetis ei?* Job XIII. 9. Regularis forma, וַיְהַתֵּל בָּהֶם, *illudebat eis*. 1 Reg. XVIII. 27. Pyh. præter. לֵב הוּתַל, *animus illusus*, Ies. XLIV. 20.

הֲתֻלִּים, m. pl. *ludificationes*, *illusiones*, Job XVII. 2.

מַהֲתַלּוֹת; f. pl. idem, Ies. XXX. 10.

התת Pih. הוֹתֵת, *prava moliri*, *insidiari*, *machinari*. Futur. תְּהוֹתְתוּ, *prava*, vel *ærumnas machinabimini*, Psalm. LXII. 4. Aben Esra et R. Sal. deducunt a nomine plurali הַוּוֹת, de quo in הָוָה; ita ut ת servile transeat in radicale. Sic et Kimchi תחשבו הוות, *cogitabitis prava*.

ו.

וָו m. *uncinus*, *uncus*, a quorum forma litera ו et figuram et nomen habet. Tales sunt unci, in quibus januæ versantur. Plur. עָשָׂה וָוִים, *fecit uncos*, Exod. XXXVIII. 28. Constructum, וָוֵי הָעַמֻּדִים, *uncos columnarum*, Exod. XXVII. 10. Aff. וָוֵיהֶם, *unci earum*, Exod. XXVI. 37.

ז

זְאֵב m. *lupus*, Gen. XLIX. 27. Plurale, כִּזְאֵבִים, *sicut lupi*, Ezech. XXII. 27. Constructum, זְאֵבֵי עֶרֶב, *lupi vesperæ*, id est, *vespertini*. Soph. III. 3.

זֹאת. pronomen fœmininum, vide infra in זֶה.

זבב זְבוּב, m. *musca*, Ies. VII. 18. Plurale constr. זְבוּבֵי מָוֶת, *muscæ mortis*, Eccles. X. 1.

זבד *dotare*, *donare*: præt. זְבָדַנִי אֱלֹהִים, *donavit me Deus*, Genes. XXX. 20.

זֶבֶד, m. *dos*, *donum*, *donatio*: זֶבֶד טוֹב, *donatione bona*, Gen. XXX. 20.

זבח *mactavit*, *sacrificavit*: priore significatione exstat Gen. XXXI. 54. 1 Sam. XXVIII. 24. 1 Reg. XIX. 21. Pih. præter. זִבַּח, *sacrificavit*, 2 Par. XXXIII. 22. particip. מְזַבֵּחַ, *sacrificabat*, 1 Reg. III. 3.

זֶבַח, m. *sacrificium*, *sacrificatio*, *victima*, Hos. VI. 6. *mactatio*, *mactatilia animalia*: זֶבַח גָּדוֹל, *mactationem magnam*, Ezech. XXXIX. 17.

Aff. עַל־זִבְחִי, *ad mactationem meam*, ibid. Plur. וַיִּזְבַּח זְבָחִים, *et sacrificavit sacrificia*, Gen. XLVI. 1. Constr. לְזִבְחֵי אֱלֹהֵיהֶן, *ad sacrificia deorum suorum*, Numer. XXV. 2. Affix. וְדַם־זְבָחֶיךָ, *et sanguis sacrificiorum tuorum*, Deut. XII. 27.

זִבְחָה, f. *sacrificatio*: plurale cum aff. מִזִּבְחוֹתָם, *propter sacrificationes suas*, Hos. IV. 19.

מִזְבֵּחַ, m. *altare*, quasi *sacrificatorium*: constr. מִזְבַּח אֲדָמָה, *altare terræ*, hoc est, *terreum*, Exod. XX. 24. Aff. אֶת־מִזְבְּחוֹ, *altare ejus*, Jud. VI. 33. Plurale, שִׁבְעָה מִזְבְּחֹת, *septem altaria*, Num. XXIII. 1. Aff. אֶת־מִזְבְּחֹתֶיךָ, *altaria tua*, 1 Reg. XIX. 10.

זָבַל *habitavit*, *cohabitavit*: futur. יִזְבְּלֵנִי, *habitabit mecum*, Gen. XXX. 20. pro יִזְבּוֹל עִמִּי.

זְבֻל, זְבוּל, m. *habitaculum*, 1 Reg. VIII. 13. de templo Salomonis. Inde et de cœlo dicitur, quod est proprium habitaculum Dei, Ies. LXIII. 15. et stellarum, Hab. III. 11.

זְבוּלָה, fœm. idem, Hab. III. 11. R. Sal. tamen ה in fine vult esse loco ל in principio, quod locum denotare solet, pro לִזְבוּל; vel בִּזְבוּל, *in habitatione*.

זְבַן Chald. *emit*, *redemit*: part. plur. זָבְנִין, *redimentes estis*, *redimitis*, Dan. II. 8. Pahel זַבֵּן, *vendere*.

זָג m. *cortex*, *cutis exterior uvarum*: מֵחַרְצַנִּים וְעַד זָג, *ab acinis*, vel *acinorum nucleis*, *usque ad cutem*, Num. VI. 4. Sic R. Salomon. Aben Esra notat, quosdam sapientum dicere חַרְצַנִּים esse *exterius*, זָג *interius uvarum*; alios contrarium sentire. Hoc petitum ex codice Talmudico Nazir, cap. 6. fol. 34. ubi ita legitur: Quid sunt חַרְצַנִּים et quid sunt זַגִּים? חַרְצַנִּים sunt *exterius acinorum*, et זַגִּים sunt *interius*, dixit R. Jehuda. At R. Jose respondens, dixit: Ne erres ut jumentum: *exterius campanæ* dicitur זוּג, et *interius* עִנְבָּל, id est, *plectrum*, *malleus* sive *clavus interior*. Jonathan paraphrastes sequitur priorem interpretationem; vertit enim, מִקְּלוּפִין וְעַד זָגִין גּוּאִין דְּעִנְבָּא, a corticibus usque ad acinos interiores uvæ. Hinc intelliges R. Salomonis glossam.

זֶה m. *hic*, *iste*, *hoc*, *istud*: cum ה ab initio, הַזֶּה: cum ב fit adverbium, בָּזֶה, *in hoc*, sc. *loco*, id est, *hic*, Num. XXII. 19. Sic מִזֶּה, *ex hoc*, sc. *loco*, id est, *hinc*: et geminatum in eadem sententia est *hinc*, *inde*: ut מִזֶּה אֶחָד וּמִזֶּה אֶחָד, *hinc unus et illinc alter*, Exod. XVII. 12. Deficit quandoque præpositio: ut, עֲלוּ זֶה, *ascendite hac*, Num. XIII. 18. id est, בָּזֶה הַדֶּרֶךְ, *per hanc viam*: item, כָּזֶה, *juxta hoc*, Jud. XVIII. 3. Quandoque per *jam* exponi potest, vide Numer. XIV. 22. et XXII. 25. Per ellipsin pronominis אֲשֶׁר exponenda sunt hæc et similia: וְזֶה אָהַבְתִּי, *et hic* (pro *hi*, *quos*) *dilexi*, Job XIX. 19. אֶל־מְקוֹם זֶה, *ad locum hunc* vel *istum*, (quem) *fundasti ipsis*, Psalm. CIV. 8. Vide et Prov. XXIII. 22.

זֹה, fœm. *hæc*, *ista*, *hoc*, *istud*: מַה זֹּה עֹשָׂה, *ecquid ista facit?* Eccles. II. 2. כָּזֹה וְכָזֶה, *secundum hoc et secundum hunc*, id est, *hæc et talia mihi fecit*, Jud. XVIII. 4.

זוּ, זוֹ, idem est quod præcedens, et Vau est loco He: וְעֵדֹתִי זוֹ, *et testimonium meum hoc*, Ps. CXXXII.

12. dicitur et זוֹ utroque genere: עַם זוּ, *populum hunc*, Ies. XLIII. 21. fœm. Psal. X. 2.

זֹאת, *hæc, hoc, ista, istud:* cum א in medio, loco ה: זֹאת הָאָרֶץ, *hæc terra*, Deut. XXXIV. 4. כָּזֹאת וְכָזֹאת, *sicut hoc et sicut hoc*; id est, *hæc et talia mecum locuta est*, 2 Reg. V. 8.

זָהָב masc. *aurum*, metonymice *aureus numus:* ut, וְשֵׁשֶׁת אֲלָפִים זָהָב, *et sex millia auri*, id est, *aureorum*, 2 Reg. V. 5. Metaphorice *serenitas, serenum, aurescens lux*, ut Varro dixit, *aurescit aer*. de L. L. lib. 6. מִצָּפוֹן זָהָב יֶאֱתֶה, *ab aquilone venit aurea lux*, Job XXXVII. 22. id est, *serenitas purissima:* nam venti aquilonares dispellunt nubes: Aben Esra, זוֹהַר הַשָּׁמַיִם, *splendor cœli*, qui similis est colori auri. Item *limpidus*, *aureus liquor*, Zach. IV. 12. Constr. וּזֲהַב הָאָרֶץ, *et aurum terræ*, Gen. II. 12. Cum affixo, זְהָבוֹ, *auri sui*, Ies. II. 20. Talmudici septem genera auri numerant in Ioma fol. 44. 2. primum, זָהָב generale est: secundum, זָהָב טוֹב, *aurum bonum*, Gen. II. 12. quod distinctum ab auro vulgari: tertium, זָהָב אוֹפִיר, *aurum Ophir*, de quo in אפר: quartum, זָהָב מוּפָז, 1 Reg. X. 18. vide פָּזַז: quintum, זָהָב שָׁחוּט, 2 Par. IX. 15. vide שָׁחַט: sextum, זָהָב סָגוּר, 1 Reg. VI. 20. vide סָגַר: septimum: זָהָב פַּרְוָיִם, *aurum Parvajim*, 2 Paral. III. 6. sic dictum, quod simile sit לדם הפרים, *sanguini juvencorum*. Hæc illi: sed sunt plura, veluti בֶּצֶר, חָרוּץ, כֶּתֶם, quæ vide suis locis.

זהם Pih. *fastidivit*, *detestatus est*, tamquam sordidum et immundum: præterit. fœminin. cum affixo, וְזִהֲמַתּוּ חַיָּתוֹ לָחֶם, *et fastidivit vita ejus panem*, Job XXXIII. 20. In Targum est *polluere*, *inquinare:* polluta *abominabilia* sunt.

זהר Hiph. הִזְהִיר, *splenduit, fulsit:* metaphorice, *monuit*, *admonuit*; *præmonuit*, *commonefecit:* præt. וְהִזְהִיר אֶת־הָעָם, *et monuit populum*, Ezech. XXXIII. 3. Fut. יַזְהִירוּ כְּזֹהַר, *splendebunt sicut splendor*, Dan. XII. 3. Niph. præt. נִזְהָר, *admonitus*, Ezech. III. 21. Infin. לֹא יָדַע לְהִזָּהֵר, *nescit admoneri*, Eccles. IV. 13.

זֹהַר, m. *splendor*, Dan. XII. 3. Ezech. VIII. 2.

זְהִירִין, Chald. m. pl. *moniti*, *cauti:* וּזְהִירִין הֱווֹ, *cauti estote*, Esr. IV. 22.

* זוּ, זוֹ, vide paulo ante in זֶה.

* זוּז, vide infra in זִיז.

זוב *fluxit*, *effluxit*, *profluxit:* specialiter etiam dicitur de fluxu seminis virilis et sanguinis menstrui muliebris: part. זָב, *fluens*, id est, *gonorrhœa affectus*, Levit. XV. 2. et sic ver. 13. זָב עִמְקֵךְ, *fluens est* vel *fluit vallis tua*, Jer. XLIX. 4. Fœm. זָבָה, *fluens*, *profluvio affecta*, Levit. XV. 19. constr. זָבַת חָלָב, *fluens lacte*, Exod. III. 8. Futur. יָזוּב, *fluxerit*, *profluxerit*, Lev. XV. 25.

זוֹב, m. *fluxus*, *profluvium*, Levit. XV. 25. aff. מִזּוֹבוֹ, *e profluvio suo*, ver. 13.

זוד *superbivit*, *superbe*, *arroganter egit:* præt. זָדוּ, *superbe egerunt:* Exod. XVIII. 11. fœm. זָדָה, *superbe egit*, Jes. L. 29. Hiph. præter. הֵזִידוּ, *superbiverunt*, Neh. IX. 10. Chald. inf. לַהֲזָדָה, *ad superbe agendum*, Dan. V. 20. Fut. יָזִיד, *superbe*

arroget sibi, Deut. XVIII. 20. יָזִידוּן, *superbiant*, Deut. XVII. 13.

זֵד, *superbus*, *arrogans*, Proverb. XXI. 24. Plur. זֵדִים, *superbi*, Ies. XIII. 11. Et substantive, *superbiæ*, *superba facta*: וּמִזֵּדִים, *et a superbiis*, id est, *superbe factis*, *contumaciis*, Psal. XIX. 13.

זֵדוֹנִים, m. pl. *superbi*, מַיִם הַזֵּדוֹנִים, *aquæ superbæ*, vel ut Vulgata, *intolerabiles*, Ps. CXXIV. 5.

זָדוֹן, m. *superbia*, Prov. XI. 12. Constr. זְדוֹן לִבֶּךָ, *superbia cordis tui*, Jer. XLIX. 16. Aff. יָדַעְתִּי אֶת־זְדֹנְךָ, *novi superbiam tuam*, 1 Sam. XVII. 28.

זוה זָוִיּוֹת, f. pl. *anguli*, Zachar. IX. 15. כְּזָוִיּוֹת, *sicut anguli*, id est, *angulares*, vel *antarii lapides*, Psalm. CXLIV. 12.

מְזָוִים, m. pl. idem: et metonymice *cellæ*, *promptuaria*, *penuaria angulorum*: aff. מְזָוֵינוּ, *promptuaria nostra*, Psal. CXLIV. 13.

זוז מְזוּזָה, f. *postis*, Exod. XXI. 6. Constr. אֶל־מְזוּזַת הַבַּיִת, *super postem domus*, Ezech. XLV. 19. Aff. וּמְזוּזָתָם אֵצֶל מְזוּזָתִי, *et postis eorum juxta postem meum*, Ezech. XLIII. 8. Plur. עַל־מְזֻזוֹת, *super postes*, Deut. VI. 9.

זִיז, m. *splendor*, *radians ac movens se*, Ies. LXVI. 11. Apud Rabbinos זוז, *moveri*, *movere se*: לָא זָז מִשָּׁם, **non movit se inde**. Vide et infra in radice זיז.

זול *vile esse*, *vilipendere*: *prodigere*, *profundere*: particip. plurale, הַזָּלִים זָהָב מִכִּיס, *vilipendentes aurum de crumena*, id est, *tanquam vile prodigentes*, Ies. XLVI. 6. Hiph. præter. הִזִּילוּהָ, *vilipendunt eam*, Thren. I. 8. cum Daghesch præter normam, pro הֵזִילוּהָ: simile vide in לוז in Hiphil.

זוֹלֵל, m. *vilis*: fœmin. כִּי הָיִיתִי זוֹלֵלָה, *quod sim vilis*, Thren. I. 11. Aliam significationem vide in זָלַל.

זֻלָּה, *vilitas*, *res vilis*: plur. כְּרֻם זֻלּוּת, *quum extolluntur vilia*, Psalm. XII. 9. ubi vocalis longa in Daghesch et brevem, euphoniæ causa, mutata est. Quædam exemplaria habent זַלּוּת ex forma singularis numeri, quæ posset esse a זָלַל.

זון Chald. *alere*, *pascere*, *sustentare*. Futur. Ithp. יִתְּזִין, *aletur*, Dan. IV. 9.

זַן, m. *alimentum*, juxta quosdam: מְפִיקִים מִזַּן אֶל־זַן, *proferentes de alimento in alimentum*, Psal. CXLIV. 13. id est, *omnis generis alimentum*. Sic irregulariter est cum Pathach. Vide infra זַן suo loco proprio.

זוֹנָה, f. *caupona*, *hospita*, quasi *cibatrix* dicta, estque sicut טוֹבָה a טוֹב, *bonum esse*. בֵּית אִשָּׁה זוֹנָה, *in domum mulieris cauponæ*, Jos. II. 1. Targum, אִתְּתָא פּוּנְדְּקִיתָא, *mulieris hospitæ*. Nam פּוּנְדָּק, *hospitium* a græco πανδοχεῖον. R. Salomon, מוֹכֶרֶת מִינֵי מְזוֹנוֹת, *vendens species ciborum*. Sic et Kimchi, etsi etiam aliam interpretationem adducat, de qua mox in radice זנה. R. Anschel germanice reddit, *ein speiserin*, *ein gastgeberin*. Sic communiter hebræi. Vide amplius in זָנָה.

מָזוֹן, masc. *alimentum*, *commeatus*, *esca*, *cibus*: לֶחֶם וּמָזוֹן *panem et commeatum*, Genes. XLV. 23. מָזוֹן

לָרוֹב, *commeatum copiosum*, 2 Paral. XI. 23. Chald. וּמָזוֹן לְכוֹלָּא בֵיהּ, *et cibus erat pro omnibus in ea*, Dan. IV. 9.

מוּזָנִים, m. pl. *bene pasti*, Jerem. V. 8. Sic Kimchi et alii. Masorethæ legunt מְיֻזָּנִים, *armati*, scil. membro genitali, ut R. Salomon explicat, a יָזַן, quod idem cum זַיִן, *armare*, de quo infra.

זוּעַ *movere*, *commovere se*. Part. וְלֹא זָע, *neque movebat se*, Esth. V. 9. Futurum שֶׁיָּזֻעוּ, *quo commovebunt se*, Eccles. XII. 3. Chald. *tremere*: particip. זָאֲעִין, *trementes*, Dan. V. 19. quod legendum juxta Masorethas זָיְעִין, cui simile in דּוּן. Pih. particip. ex geminatis literis, מְזַעְזְעֶיךָ, *commoventes te*, Hab. II. 7.

זַעֲוָה, fœm. *commotio*, Ies. XXVIII. 19. et literis transpositis לְזַעֲוָה, *in commotionem*, Deut. XXVIII. 25.

זוּר *alienari*, *abalienare se*: Item *premere*, *comprimere*: *comprimi*, *exprimi*: præter. זָרוּ, *alienati sunt*, Ps. LXXVIII. 30. Et cum Cholem זֹרוּ, *abalienant se*, Ps. LVIII. 4. לֹא זֹרוּ, *non comprimuntur* vel *exprimuntur*, Ies. I. 6. ut scil. chirurgi vulnera hiantia comprimere vel exprimere solent, pus ex iis *abalienando*; quæ possent etiam esse ex Pyhal. רוּחִי זָרָה, *spiritus meus alienus est*, Job XIX. 17. Particip. præteritum sive Pahul, וְהַזּוּרֶה, *et quod compressum fuerit*, Ies. LIX. 5. in Sægol loco Kametz, cui simile vide in לוּן: quidam a זָרָה deducunt: vide illic. Futurum, וַיָּזַר אֶת־הַגִּזָּה, *et compressit vellus*, Jud. VI. 38. vel *asperserat*, a זָרָה. Aff. תְּזוּרֶהָ, *comprimet illud*, Job XXXIX. 15. Niph. præter. נָזֹרוּ, *abalienarunt se*, Ies. I. 4. Pih. זוֹרֵר, *sternutare*; futur. וַיְזוֹרֵר, *et sternutavit*, 2 Reg. IV. 35. Hoph. particip. מוּזָר, *alienus factus sum*, Psalm. LXIX. 9.

זָר, m. *alienus*, *extraneus*, Levit. XXII. 10. Plural. זָרִים, *alieni*; Jer. II. 25. Fœm. זָרָה, *aliena*; Prov. V. 20. plur. פִּי זָרוֹת, *os alienarum*, Prov. XXII. 14. Aben Esræ, Exod. XXI. 8. זָר dicitur, qui non est de familia ejusdem tribus.

זָרָא, m. *fastidium*, *nausea*, *ejectamentum*: quod tamquam *alienum* fastidimus; aut cum fastidio ejicimus, Num. XI. 20. cum א loco ה; cui simile in חגג.

מָזוֹר, m. *vulnus*, *ulcus*, sic dictum quod *comprimi* soleat, Obad. ver. 7. Item *curatio*, *sanatio vulneris*, Jerem. XXX. 13. Aff. אֶת־מְזֹרוֹ, *ulcus suum*, Hos. V. 13.

* מַמְזֵר quod hic adducunt, vide in מזר.

זוח Niph. נָזַח, *tolli*, *attolli*, *extolli*, *efferri*, *auferri*. Futur. וְלֹא־יִזַּח, *neque attollitor*, *auferlor*, *removetor*, Exod. XXVIII. 28. In Targum, זְחִיחֵי לִבָּא, *elati animo*, Job XXXVI. 13. זְחוּחָא, *elatio*, *superba*, Thren. III. 39.

זָחַל *timuit*, *veritus fuit*: præter. זָחַלְתִּי, *veritus sum*, Job XXXII. 6. Hinc Chaldæi dicunt דְּחַל. Item *repere*, *reptare*, *serpere*. Part. כְּזֹחֲלֵי אֶרֶץ, *sicut reptilia terræ*, Mich. VII. 17. זֹחֲלֵי עָפָר, *serpentum pulveris*, Deut. XXXII. 24. chaldaice, דְּזָחֲלִין בְּעַפְרָא, *quæ reptant in terra*. Et nomen זְחִיל, *tinea*, in Targum, Job XIII. 28.

זִיו Chald. *splendor*: affix. זִיוִי,

splendor meus, Dan. IV. 33. וְזִיוִי, *et splendor ejus*, Dan. II. 31. Plural. זִיוָיךְ, *splendores tui*, Dan. V. 10. זִיוֹהִי, *splendores ejus*, Dan. V. 6. זִיוַי, *splendores mei*, Dan. VII. 28.

זִו m. *Sif*, mensis Aprilis nomen, 1. Reg. VI. 1. sic dictus, quod sit in eo זִינָא לְאִילָנִים, *splendor arboribus*. Tyriorum vel Sidoniorum vocabulum esse existimant, sicut et *Bul* et *Ethanim*, quæ in eodem libro occurrunt, ut suis locis dictum.

זִיז mascul. *fera*, Psal. L. 11. et LXXX. 14. R. Salomon *reptile* interpretatur a זוּז, *movere se*: Aben Esra, *aves, volatilia*: Chaldæus, *gallus sylvestris*, cujus tali pedum in terra stant, et caput in cœlum usque pertingit. Inde fabula Talmudica in Bava bathra fol. 73. 2. quam in Synagoga Judaica recensuimus cap. 36.

זִין Chald. *armatura*, *arma*: מָנֵי זֵינָא, *instrumenta armorum*, 1 Reg. X. 22. Plur. זֵינִין, Cant. IV. 4. Hinc videtur esse hebraice וְהַזֹּנוֹת, *et arma*, 1 Reg. XXII. 38. et alterum אֲזֵנִים, unde אֲזֵנֶךָ, *arma tua*, Deut. XXIII. 14. Sic in Targum בְּבֵית אֲזֵנִין, *in domo armorum*, Ies. XLIX. 2. et זַיֵּן, *armare*: אִזְדַּיַּן, *armatus fuit*.

זִיק m. *scintilla*, *flamma*: *malleolus*, *fasciculus*, *laqueus piceus*. Plur. הַיֹּרֶה זִקִּים, *qui jaculatur scintillas*; *tela scintillantia*, aut *malleolos*, Prov. XXVI. 18. et Daghesch est loco vocalis longæ: fœm. מְאַזְּרֵי זִיקוֹת, *accingitis scintillas*, Ies. L. 11. וּבְזִיקוֹת, *et in flammis*, ibid. Vide et זקק.

זַיִת c. *olea*, *oliva*, *olivetum*, Gen. VIII. 11. Construct. אֶרֶץ־זֵית שֶׁמֶן, *terram oleæ olei*, id est, *oleosam*, Deut. VIII. 8. Cum affixo. זֵיתְךָ, *oleam tuam*, Deut. XXIV. 20. Plur. זֵיתִים, *oleæ*, Deut. XXVIII. 40. Affix. זֵיתֵיהֶם, *oleas eorum*, Neh. V. 11.

זָכָה *purus*, *mundus fuit*: *purum habuit* seu *pronuntiavit*. Fut. הַאֶזְכֶּה, *num purum habebo?* Mich. VI. 11. תִּזְכֶּה, *mundus sis*, Psalm. LI. 6. Pih. præter. זִכִּיתִי לְבָבִי, *purificavi cor meum*, Psal. LXXIII. 13. futur. יְזַכֶּה־נַּעַר, *purificabit puer*, Psalm. CXIX. 9. Hithp. imperat. הִזַּכּוּ, *purificate vos*, Ies. I. 16. pro הִזְדַּכּוּ, de qua anomalia vide Thesaurum nostrum Grammaticum lib. 1. cap. 16. ad præteritum.

זָכוּ, f. Chald. *puritas*, Dan. VI. 22. per apocopam usitatam literæ ת.

זָכַךְ *purus*, *mundus fuit*: præt. זַכּוּ, *puri sunt*, Job XV. 15. Hiph. præter. וַהֲזִכּוֹתִי, *et emundavero*, Job IX. 30.

זַךְ, m. *mundus*, *purus*, Lev. XXIV. 2. ubi cum Kametz; et Prov. XVI. 2. est cum Pathach. Fœmin. וּלְבֹנָה זַכָּה, *et thus purum*, Exod. XXX. 34.

זְכוּכִית, f. *gemma nitidissima*, Job XXVIII. 17. Aben Esra, *lapis pretiosus nitidus*: Rabbinis, *vitrum*, a puritate.

זָכַר *recordatus fuit*, *meminit*, *memor fuit*: *odoratus fuit*, quando de sacrificiis usurpatur. Construitur communiter cum accusativo, tam conjuncto quam disjuncto, quandoque cum dativo. Præter. זְכַרְתַּנִי, *recorderis mei*; Gen. XL. 14. זָכַרְתִּי לָךְ, *recordor tui*, Jerem. II. 2. Imperat. זְכוֹר לִי אַתָּה, *recordare mei tu*, Ps. XXV. 7. Futur. יִזְכּוֹר כָּל־מִנְחֹתֶךָ, *odoretur omnia sacrificia tua*, Psalm.

XX. 4. Niph. נִזְכַּר, *memorari*, *commemorari*, *in memoria esse*, *memoriam fieri*: item *masculum nasci*, ex nomine derivato. Præter. וְנִזְכַּרְתֶּם, *et memoria vestri fiet*, Numer. X. 9. futur. וְלֹא יִזָּכֵר, *et non memorabitur*, Psalm. LXXXIII. 5. Et secundum aliam significationem, כָּל־מִקְנְךָ תִּזָּכָר, *omne pecus tuum quod masculum nascetur*, Exod. XXXIV. 19. Hiph. הִזְכִּיר, *recordari fecit*, *memoravit*, *commemoravit*, *memoriam constituit*; *in memoriam revocavit*, *memoriam celebravit*: ad sacrificia relatum quandoque per *adolere* reddunt: Præt. הִזְכַּרְתַּנִי אֶל פַּרְעֹה, *memoriam facias mei apud Pharaonem*, Genes. XL. 14. partic. מַזְכִּיר לְבֹנָה, *adolens thus*, Ies. LXVI. 3. מַזְכִּיר, *monens*, *a memoria*, *a commentariis*, 2 Sam. VIII. 16. Infinit. יַעַן הַזְכַּרְכֶם, *eo quod in memoriam revocatis*, Ezech. XXI. 24.

זֶכֶר זֵכֶר, m. *memoria*, *memoriale*, *odor*: aff. זִכְרוֹ אָבַד, *memoria ejus periit*, Job XVIII. 17. Et secundum aliam significationem, זִכְרוֹ, *odor ejus*, Hos. XIV. 8.

זָכָר, m. *mus*, *masculus*, quasi patris et paternæ familiæ *memoriale* et *monimentum*; nam מִשְׁפַּחַת אֵם אֵינָהּ קְרוּיָה מִשְׁפָּחָה, *familia matris non vocatur familia*. Aut a *memoria*; nam ea magis valet et ingenii est præstantioris, quam mulier. Unde Ovidius:

Fortius ingenium suspicor esse viris.

Plural. הַזְּכָרִים, *masculi*, Exod. XIII. 12.

זְכוּר, m. *mas*, *masculinum*, quasi *masculatum* dicas: aff. כָּל־זְכוּרְךָ, *omne masculinum tuum*, *omnis mas tuus*, Exod. XXIII. 17. כָּל־זְכוּרָהּ, *omnem marem ejus*, Deut. XX. 13.

זִכָּרוֹן, m. *memoria*, *monimentum*, Exod. XXXIX. 7.

זִכְרוֹן, m. *memoria*, Eccles. I. 11. aff. זִכְרוֹנְךָ, *memoriam tui*, Ies. LVII. 8. Plurale cum aff. זִכְרוֹנֵיכֶם, *memoriæ vestræ*, Job XIII. 11. Fœmininum, סֵפֶר הַזִּכְרֹנוֹת, *liber memoriarum* sive *rerum memorabilium*, Esth. VI. 1.

אַזְכָּרָה, f. *suffimentum*, *odoramentum*: לְאַזְכָּרָה, *in memoriale suffimentum*, Levit. XXIV. 7. Cum affixo, אַזְכָּרָתָהּ, *suffimentum memoriale ejus*, Num. V. 26.

זלג מַזְלֵג, m. *fuscina*, 1 Sam. II. 14. Plur. וְאֶת־הַמִּזְלָגוֹת, *et fuscinas*, Exod. XXXVIII. 3. aff. וּמִזְלְגוֹתָיו, *et fuscinulas ejus*, Exod. XXVII. 3.

זלל זוֹלֵל, m. *epulo*, *comessator*, Deut. XXI. 20. Prov. XXIII. 21. מְזוֹלֵל vide supra in זוּל. Plurale, וְרֹעֶה זוֹלְלִים, *et pascens comessatores*, Prov. XXVIII. 7. Constr. בְּזֹלְלֵי בָשָׂר, *cum comessatoribus carnis*, Prov. XXIII. 20. Fœmininum זוֹלְלָה.

זֻלָּה, vide supra in זוּל.

Verbum נִזֹּלוּ vide in נָזַל.

זַלְזַלִּים, m. *flagella in vitibus*, Ies. XVIII. 5. dicta, quasi *epulones humoris*.

זַלְעָפָה f. *prester*, *procella*, celerrima proprie ac gravissima, Psal. CXIX. 53. Plur. וְרוּחַ זִלְעָפוֹת, *et ventus presterium*, id est, *procellosissimus*, Psalm. XI. 6. Constr. מִפְּנֵי זַלְעֲפוֹת רָעָב, *propter procellas famis*, Thren. V. 10. id est, *famem vehementissimam*.

זלת זוּלַת, *præter*, *nisi*, *excepto*: et in Pathach quasi forma constructa,

quæ et in aliis particulis occurrit, זוּלַת, *præter*, 2 Reg. XXIV. 14. Cum י paragogico, זוּלָתִי כָּלֵב, *præter Caleb*, Deut. I. 36. et cum affixo, זוּלָתִי, *præter me*, Hos. XIII. 4. זוּלָתְךָ, *præter te*, Ies. LXIV. 4.

זָמַם *cogitavit*, *molitus fuit*, tam in bonum, quam in malum. Præter. זָמַם, *cogitavit*, Deuter. XIX. 19. זָמַמְתִּי, *cogitavi*, Zach. VIII. 14. et defectivum זַמֹּתִי, *cogitavi*, Psalm. XVII. 3. Particip. זוֹמֵם לַצַּדִּיק, *cogitat justo*, Psal. XXXVII. 12.

זָמָם, m. *cogitatio*; et in malum, *scelus*, *scelerata cogitatio*: aff. זְמָמוֹ, *sceleratam cogitationem ejus*, Psalm. CXL. 9.

זִמָּה, f. *cogitatio*, *scelus*, Levit. XVIII. 17. Constr. זִמַּת נְעוּרָיִךְ, *sceleris adolescentiæ tuæ*, Ezech. XXIII. 21. Aff. זִמָּתֵךְ, *scelus tuum*, Ezech. XVI. 58. כְּזִמַּתְכֶנָה, *secundum scelus vestrum*, Ezech. XXIII. 48. ubi ה in fine paragogicum est: simile fuit supra in גֵּוָה: vide etiam כסת. Plur. זִמֹּתַי נִתְּקוּ, *cogitationes meæ avulsæ sunt*, Job XVII. 11.

מְזִמָּה, f. *cogitatio*, *sollertia*, ut in Proverbiis Salomonis passim accipitur: et *scelus*: לִמְזִמָּה, *ad scelus*, id est, *scelerate*, Psalm. CXXXIX. 20. Geminato ה fœminino, cujus prius semper in ת transit, מְזִמָּתָה, *scelus gravissimum*, Jer. XI. 15. cui simile supra in אֵימָתָה, et in יְשׁוּעָתָה. Affix. מְזִמָּתוֹ, *cogitatio ejus*, Jerem. LI. 11. Plural. אִישׁ מְזִמּוֹת, *virum scelerum*, id est, *sceleratum*, Prov. XII. 2. aff. כָּל־מְזִמּוֹתָיו, *omnes cogitationes ejus*, Psal. X. 4.

זְמַן Chald. *parare*, *præparare*. Præter. Hithp. הִזְדְּמִנְתּוּן, *præparatis vos*, Dan. II. 9. Vide de eo Thesaurum nostrum Grammaticum cap. 16. Hebraice participium ex Pyhal לְעִתִּים מְזֻמָּנִים, *paratis*, *designatis*, *constitutis temporibus*, Nehem. X. 35. fœmin. בְּעִתִּים מְזֻמָּנוֹת, *temporibus constitutis*, Neh. XIII. 31.

זְמָן, m. *tempus*, proprie *condictum et determinatum*, Eccles. III. 1. Affix. וְכִזְמַנָּם, *et secundum condictum tempus eorum*, Esth. IX. 27. Plur. cum affix. בִּזְמַנֵּיהֶם, *condictis temporibus eorum*, Esth. IX. 31. Chald. masc. זְמַן, זִמְנָא, idem Dan. VII. 12. et 22. Plural. זִמְנִין, *tempora*, Dan. VI. 11. עִדָּנַיָּא וְזִמְנַיָּא, *tempora ac tempestates*, Dan. II. 21.

זָמַר *putavit*, *præcidit*. Futur. תִּזְמֹר כַּרְמֶךָ, *putabis vineam tuam*, Levit. XXV. 3. Niph. futurum לֹא יִזָּמֵר, *non putabitur*, Ies. V. 6. Pih. זַמֵּר, *psallere*; notat modulationes artificiosas, certis *cæsuris* et numeris *incisas*. Construitur cum dativo et accusativo. Infinit. וּלְזַמֵּר לְשִׁמְךָ, *et psallere nomini tuo*, Psalm. XCII. 2. Futur. אֲזַמְּרָה שִׁמְךָ, *psallam nomini tuo*, Psal. IX. 3. יְזַמֶּרְךָ, *psallat tibi*, Psal. XXX. 13.

זָמִיר, m. *cantus*, *psalmodia*: *minuritio*, *minurizatio*; *cantus avium varie incisus*, *qualis est philomelæ*, Cant. II. 12. Constr. זְמִיר עָרִיצִים יַעֲנֶה, *cantum violentorum* sive *tyrannorum humiliabit*, juxta Aben Esram, Ies. XXV. 5. quasi dicat, *faciet Deus ne tyranni amplius de justis triumphent.*

זֶמֶר, masc. *camelopardalis*, Deut. XIV. 5. Judæis in versione germanica est *rupicapra*, *ein gems*.

זַמָּר, m. Chald. *cantor*, *musicus*: plur. זַמָּרַיָּא, *cantoribus*, Esr. VII. 24.

זְמָרָא, Chald. *musica*: כָּל זְנֵי זְמָרָא, *omnis generis musices*, Dan. III. 5.

זְמֹרָה, fœm. *palmes, surculus, propago*, sic dicta quod *putari* solet, Num. XIII. 23. אֶת־הַזְּמוֹרָה, *surculos*, Ezech. VIII. 17. Constr. וּזְמֹרַת זָר, *et palmite extraneo*, Ies. XVII. 10. Plur. cum aff. וּזְמֹרֵיהֶם, *et palmites eorum*, Nah. II. 3.

זִמְרָה, f. *psalmodia, cantus, carmen, psalmodica instrumenta*: et in ת loco ה, וְזִמְרָת, *et carmen*, Ies. XII. 2. Psal. CXVIII. 14. Constr. מִזִּמְרַת הָאָרֶץ, *de cantione terræ*, Genes. XLIII. 11. id est, *de rebus laudatissimis terræ, quæ decantari solent.*

זְמִירָה, f. *cantio, psalmus*: plural. זְמִירוֹת, *cantiones*, Job XXXV. 10.

מִזְמוֹר, m. *psalmus*, Psal. III. 1.

מְזַמְּרוֹת, *psalteria, instrumenta musica*, 1 Reg. VII. 50. 2 Reg. XII. 14. Jer. LII. 18. 2 Par. IV. 22.

מַזְמֵרוֹת, f. pl. *falces putatoriæ*, Ies. XVIII. 5. Aff. וּמַזְמְרוֹתֵיכֶם, *et falces vestras*, Joel IV. 10.

זַן Chald. *species*: pro hebræo מִין sæpe in Targum ponitur. Plural. constructum, כֹּל זְנֵי, *omnes species*, Dan. III. 5. Hinc, juxta quosdam in hebræo, מִזַּן אֶל־זַן, *de specie in speciem*, id est, *omnis generis commeatus, varia annonæ genera*, de quo etiam supra in זון. Plural. וּזְנִים, *et species*, 2 Par. XVI. 14.

זָנָב m. *cauda*, Jud. XV. 4. Aff. זְנָבוֹ, *caudam suam*, Job XL. 12. Plurale terminationis fœmin. sed generis masc. בֵּין־שְׁנֵי הַזְּנָבוֹת, *inter duas caudas*, Jud. XV. 4. Constr. זַנְבוֹת, Ies. VII. 4.

זִנֵּב, Pih. *decaudare, cauda truncare*. Præteritum וְזִנַּבְתֶּם אוֹתָם, *et decaudabitis eos*, id est *extremos cædetis*, Jos. X. 19. Futur. וַיְזַנֵּב, *et decaudavit*, id est, *in postrimo agmine cecidit*, Deut. XXV. 18.

זָנָה *scortatus est*. Construitur cum præpositionibus, מִן, בְּ, אֵת, אַחֲרֵי, עַל, אֶל. Inf. לִזְנוֹת אֶל־בְּנוֹת מוֹאָב, *scortari cum filiabus Moab*, Num. XXV. 1. ubi אֶל idem est, quod עִם. Futurum per apocopam, וַתִּזֶן, *et scortata est*, Jerem. III. 8. Pyh. præt. זוּנָּה, *scortatio peracta fuit*, Ezech. XVI. 34. Hiph. præt. הִזְנֵית, *scortaris*, Hos. V. 3. infin. הַזְנֵה הִזְנוּ, *scortando scortati sunt*, Hos. IV. 18. כְּהַזְנוֹת, *sicut scortata est*, 2 Paral. XXI. 13. Et transitive, לְהַזְנוֹתָהּ, *faciendo ut scortetur ipsa*, Lev. XIX. 29. Futur. per apocopam, וַיֶּזֶן, *et scortari fecit*, 2 Par. XXI. 11.

זוֹנָה, f. *scortum, meretrix*: אִשָּׁה זֹנָה, *mulierem meretricem*, Levit. XXI. 7. Sic etiam græci interpretes acceperunt, Jos. II. 1. reddentes ἡ πόρνη. Id imitati apostoli, ad Hebræos XI. 31. Jac. II. 25. Vide זון. Plur. נָשִׁים זֹנוֹת, *mulieres meretrices*, 1 Reg. III. 16. וְהַזֹּנוֹת ex alia significatione vide in זון.

זְנוּת, f. *scortatio*, Hos. IV. 11. Plural. formæ masculinæ cum affix. זְנוּתֵיכֶם, *scortationes vestras*, Num. XIV. 33. בִּזְנוּתֵךְ, *in scortationibus tuis*, Jer. III. 2.

זְנוּנִים, m. pl. *scortationes*, Hos. I. 2. Constr. זְנוּנֵי, 2 Reg. IX. 22. Aff. וְתָסֵר זְנוּנֶיהָ, *et auferat scortationes suas*, Hos. II. 2.

תַּזְנוּת, f. *scortatio*: aff. תַּזְנוּתָם, *scortationem suam*, Ezech. XXIII. 8.

Plur. formæ masc. cum aff. תַּזְנוּתַיִךְ, *scortationes suas*, Ezech. XXIII. 7.

זָנַח *deseruit*, *rejecit*, *repulit*. Præter. זָנַח יִשְׂרָאֵל, *deseruit Israel*, Hos. VIII. 3. Futur. לֹא יִזְנַח, *non rejicit*, Thren. III. 31. Hiph. præter. אֲשֶׁר הִזְנִיחַ, *quæ abjecerat*, 2 Par. XXIX. 19. Cum epenthesi, וְהֶאֶזְנִיחוּ, *et retro abjecerunt*, Ies. XIX. 6. יַזְנִיחֲךָ, *rejiciet te*, 1 Par. XXVIII. 9.

* זְנוּנִים, vide paulo ante in זָנָה.

זִנֵּק Pih. *exsiliit*, *subsiliit*: futur. יְזַנֵּק, *exsiliet*, Deut. XXXIII. 22.

* זְעָה, vide in יָזַע.

* זַעֲוָה, vide in זוּעַ.

זָעַךְ Niph. נִזְעַךְ, *exstingui*: præt. נִזְעָכוּ, *exstinguuntur*, Job XVII. 1. idem quod דָּעַךְ, commutatis ז et ד, more chaldæorum.

זָעַם *indignatus fuit*: *detestatus fuit*, *sprevit*. Construitur cum accusativo et præpositione עַל. Præter. cum futuro, אֶזְעֹם לֹא זָעַם יְהוָֹה, *detestarer quem non detestatur Dominus*, Num. XXIII. 8. וְזָעַם עַל בְּרִית, *et indignabitur contra fœdus*, Dan. XI. 30. Particip. præteritum constructum, זְעוּם יְהוָֹה, *detestabilis Domino*, Proverb. XXII. 14. Fœm. זְעוּמָה, *detestabile est*, Mich. VI. 10. Imper. irregularis, זֹעֲמָה, *detestare*, Num. XXIII. 7. Niph. part. נִזְעָמִים, *indignabundi*, Prov. XXV. 23.

זַעַם, m. *indignatio*, *ira*, Ies. X. 25. Aff. כְּלֵי זַעְמוֹ, *vasa indignationis ejus*, Ies. XIII. 5.

זָעַף *indignatus*, *turbatus fuit*: Particip. plural. זֹעֲפִים, *turbati*, vel *mœsti*, Gen. XL. 6. Infin. וּכְזַעְפּוֹ, *et cum indignaretur ipse*, 2 Par. XXVI. 19. Futurum וַיִּזְעַף, *et indignatus fuit*, ibidem.

זָעֵף, masc. *indignabundus*, 1 Reg. XX. 43.

זַעַף, m. *indignatio*, *æstus*, Mich. VII. 9. Aff. מִזַּעְפּוֹ, *ab æstu suo*, Jon. I. 15.

זָעַק *clamavit*, *exclamavit*. Præterit. זָעַקְתִּי אֵלֶיךָ, *clamavi ad te*, Ps. CXLII. 6. Infin. מִזְּעֹק, *a clamando*, 1 Sam. VII. 8. imper. זַעֲקִי עִיר, *exclama civitas*, Ies. XIV. 31. Chald. præt. זְעִק, *inclamavit*, Dan. VI. 20. Niph. נִזְעַק, *conclamari*, *convocari*: præter. נִזְעַקְתָּ, *convocatus es*, Jud. XVIII. 23. fut. וַיִּזָּעֵק, *et convocatus est*, Jud. VI. 34. Hiph. הִזְעִיק, *clamare effecit*, *accersivit*, *convocavit*: infinitiv. לְהַזְעִיק, *ad convocandum*, 2 Sam. XX. 5. imper. הַזְעֶק־לִי, *convoca mihi*, 2 Sam. XX. 4. futur. יַזְעִיקוּ, *efficiunt ut clament*, Job XXXV. 9.

זְעָקָה, fœm. *clamor*, Esth. IV. 1. Constr. זַעֲקַת סְדֹם, *clamor Sedom*, Gen. XVIII. 20. Affix. לְזַעֲקָתִי, *clamori meo*, Job XVI. 18.

זְעֵר *modicum*, *pauxillum*, *pauculum*, *paulisper*: זְעֵיר שָׁם זְעֵיר שָׁם, *pauculum hic*, *pauculum illic*, Ies. XXVIII. 10. כַּתַּר־לִי זְעֵיר; *exspecta*, *sustine me paulisper*, Job XXXVI. 2. Verbum זְעַר in Targum, *minui*, *diminui*; *parum*, *parvum esse* vel *fieri*: זְעֵיר, *minuere*, *diminuere*: אַזְעֵר, *parvus*: זְעֵרוּת, *paucitas*: זְעוּרָא, *minorennitas*, *pueritia*.

זְעֵירָה, Chald. fœm. *parvum*, Dan. VII. 8.

מִזְעָר, idem: וְנִשְׁאַר אֱנוֹשׁ מִזְעָר,

et remanebit homo pusillus, id est, *perpauci reliqui fient*, Ies. XXIV. 6.

זֶפֶת f. *pix*, Exod. II. 3. וַתַּחְפְּרָה בְזֶפֶת, נֶהְפְּכוּ נְחָלֶיהָ לְזֶפֶת, *et convertentur flumina ejus in picem*, Ies. XXXIV. 9.

זָקֵן *senuit, consenuit*: præterit. כִּי זָקֵן, *quum senuisset*, Gen. XXVII. 1. אָנֹכִי זָקַנְתִּי, *ego senui*, Jos. XXIII. 2. Futur. וַיִּזְקַן, *et senuit*, 2 Paral. XXIV. 15. Hiph. futur. יַזְקִין, *senuerit*, Job XIV. 8.

זָקֵן, m. *senex*, Ies. III. 2. Constr. זְקַן בֵּיתוֹ, *senem domus suæ*, Genes. XXIV. 2. Plur. נְעָרִים וּזְקֵנִים, *pueros et senes*, Ies. XX. 4. לַזְּקֵנִים, *senioribus*, Ruth IV, 9. Constr. אֶת־זִקְנֵי יִשְׂרָאֵל, *seniores Israel*, Exod. III. 16. Affix. וּזְקֵנָיו, *et seniores ejus*, Jos. VIII. 33. Fœm. זְקֵנִים וּזְקֵנוֹת, *senes et anus*, Zach. VIII. 4.

זֹקֶן, masc. *senium, senectus*: כָּבְדוּ מִזֹּקֶן, *graves erant præ senio*, Genes. XLVIII. 10.

זָקָן, c. *barba*: זָקָן גְּדוּעָה, *barba rasa*, Ies. XV. 2. ubi fœmin. Constr. זְקַן עֲמָשָׂא, *barbam Amasæ*, 2 Sam. XX. 9. Affix. עַד יְצַמַּח זְקַנְכֶם, *donec refloreseat barba vestra*, 2 Sam. X. 5. ubi mascul. אֶת־פְּאַת זְקָנָם, *latus barbæ suæ*, Lev. XXI. 51.

זִקְנָה, f. *senectus*, Ies. XLVI. 4. Construct. לְעֵת זִקְנַת שְׁלֹמֹה, *tempore senectutis Salomonis*, 1 Reg. XI. 4. Aff. אַחֲרֵי זִקְנָתָהּ, *post senectutem ejus*, Gen. XXIV. 36.

זְקֻנִים, m. pl. *senectus*: בֶּן זְקֻנִים, *filius senectutis*, Genes. XXXVII. 3. Affix. לִזְקֻנָיו, *in senectute ejus*, Genes. XXI. 2.

זָקַף *erexit*: part. זֹקֵף כְּפוּפִים, *erigens incurvatos*, Psal. CXLVI. 8. Chald. partic. Pehil זְקִיף, וּזְקִיף, *et erigetur*, Esr. VI. 11.

זָקַק *fudit, effudit, liquavit*: futur. יָזֹקּוּ, *liquant*, Job XXVIII. 1. יָזֹקּוּ מָטָר *fundebant pluviam*, Job XXXVI. 27. Pih. זִקֵּק, *liquavit, liquando purgavit, defæcavit*: præter. וְזִקַּק אֹתָם, *liquabit vel defæcabit eos*, Mal. III. 3. Pyh. particip. זָהָב מְזֻקָּק, *aurum defæcatum*, 1 Paral. XXVIII. 18. Plur. שְׁמָרִים מְזֻקָּקִים, *fæcium fusarum, expurgatarum sive defæcatarum*, Ies. XXV. 6.

זִקִּים, m. pl. *catenæ, compedes*: בַּזִּקִּים, *cum catenis*, Psalm. CXLIX. 8. אֲסוּרִים בַּזִּקִּים, *vincti compedibus*, Job XXXVI. 8. Et cum א quiescente, אָסוּר בָּאזִקִּים, *vinctus catenis*, Jer. XL. 1. מִן־הָאזִקִּים, *a catenis istis*, ver. 4. Chaldaicum est; unde pro נְחֻשְׁתַּיִם, 2 Sam. III. 34. Targum habet לְזִקִּין דִּנְחָשׁ, *compedibus chalybeis*: et זְקַק, *vincire, ligare*: וּמַלְכֵיהוֹן זְקִיקִין, *et reges ipsorum vincti fuerunt*, Ies. XL. 11.

זָרַב *diffluere, diffundi*. Pyh. fut. בְּעֵת יְזֹרְבוּ, *quo tempore diffluunt*, Job VI. 17. Amplius non reperitur. Talmudici habent, דְּמִזְדָּרֵב זְעֵירָא, *ut diffluat*, vel *effundatur parum*: לְאִזְדַּרְבוּיֵי, *ad effundendum*. זַרְבָּאָה, *affluentia*, Prov. XV. 16. in Targum: זַרְבּוּב, *fusorium, fistula canthari*.

זָרָה *ventilavit, sparsit, dispersit*: partic. זֹרֶה אֶת־גֹּרֶן, *ventilans aream sive in area*, Ruth III. 2. Infin. לֹא לִזְרוֹת, *non ad ventilandum*, Jer. IV. 11. Imper. זְרֵה הָלְאָה, *disperge illuc*, Num. XVII. 2. Futur. וָאֶזְרֵם.

בְּמִזְרֶה, *et ventilabo eos ventilabro*, Jer. XV. 7. Per apocopam, וַיִּזֶר, *et dispersit*, Exod. XXXII. 20. Niph. infin. בְּהִזָּרוֹתֵיכֶם, *quum dispersi fueritis*, Ezech. VI. 8. Futur. וַיִּזָּרוּ, *et dispersi sunt*, Ezech. XXXVI. 19. Pih. præt. וְזֵרָם, *et disperget eos*, 1 Reg. XIV. 15. Et alia significatione, *cingere*, unde זֵרִיתָ, *cingis, circumplecteris*, Psalm. CXXXIX. 3. Partic. מְזָרֵה יִשְׂרָאֵל, *dispergens Israelem*, Jerem. XXXI. 10. Plural. וּמִמְּזָרִים קָרָה, *et a dispergentibus frigus*, Job XXXVII. 9. Id est, *ventis aquilonaribus*, qui nubes *dispellunt* et frigus efficiunt, ut R. Levi explicat. Pyh. particip. præsens, זֹרֶה, *quæ ventilata fuerit*, Ies. XXX. 24. Et cum Schurek loco Cholem, ut quidam volunt, וְהַזּוּרֶה, *et qui adspergitur*, Ies. LIX. 5. de quo vide etiam in זור. Futur. יְזֹרֶה, *spargitur*, Job XVIII. 15. Hiph. futur. וַתְּזָרֵנִי, vide in אזר.

זֵר, m. *limbus*, *corona*, a *cingendo*, Exod. XXV. 24. Aff. מִתַּחַת לְזֵרוֹ, *infra limbum ejus*, Exod. XXX. 4.

זָרָא, *dispersio* juxta quosdam, Num. XI. 20. Vide et supra in זור.

זָרִים, m. *ventilatores*, Ies. LI. 2.

מִזְרֶה, m. *ventilabrum*, Jerem. XV. 7.

זַרְזִיף m. *irrigatio*, juxta Aben Esram, Psalm. LXXII. 6. vel *stillæ*, *stillatio*, juxta R. Salomonem.

זַרְזִיר masc. *accinctus*: זַרְזִיר מָתְנַיִם, *accinctus lumbis*, scilicet *equus*, Prov. XXX. 31. id est, *generosus*, *pugnax*, *sternax*, *ad malitiam strenuus*, a verbo זְרַז, quod chaldaice est *cingere*, *accingere*: R. Levi *vertagus lælaps*, id est, *canis venaticus*; *tener lumbis*, hoc est, *alacer et habilis ad cursum et venationem*, Chaldæus, אַכְּבָא, *gallus*.

זָרַח *ortus*, *exortus fuit*: futur. יִזְרַח שֶׁמֶשׁ, *orietur sol*, 2 Sam. XXIII. 4.

זֶרַח, m. *ortus*: aff. לְנֹגַהּ זַרְחֵךְ, *ad splendorem ortus tui*, Ies. LX. 3.

אֶזְרָח, m. *indigena*, quasi ibi, ubi vivit, *oriundus*, Levit. XVI. 29. כְּאֶזְרָח רַעֲנָן, *sicut arbor indigena virens*, Psalm. XXXVII. 35. Constr. וּכְאֶזְרַח הָאָרֶץ, *et sicut indigena terræ*, Exod. XII. 48.

מִזְרָח, m. *ortus*, *oriens*, pars mundi orientalis: לַמִּזְרָח, *ad orientem*, Neh. III. 26. Constr. מִזְרַח שֶׁמֶשׁ, *ad ortum solis*, Deut. IV. 47.

זָרַם *inundavit*: præt. זְרַמְתָּם, *inundasti eos*, Psal. XC. 5. Pih. præt. זֹרְמוּ מַיִם עָבוֹת, *exundarunt aquas nubes*, Psal. LXXVII. 18. ubi Cholem est loco Tzere.

זֶרֶם, m. *inundatio*, Hab. III. 10.

זִרְמָה, f. *fluxus*: constr. et cum aff. וְזִרְמַת סוּסִים זִרְמָתָם, *et sicut fluxus equorum fluxus eorum*, Ezech. XXIII. 20.

זָרַע *seminavit*, *sevit*: præter. אִם־זָרַע, *quum sevisset*, Jud. VI. 3. זָרְעוּ חִטִּים, *seminarunt tritica*, Jer. XII. 13. Niph. præter. נִזְרַעְתֶּם, *seminabimini*, Ezech. XXXVI. 9. נִזְרְעָה זָרַע, *seretur semine*, Num. V, 28. Futur. זֶרַע זֵרוּעַ אֲשֶׁר יִזָּרֵעַ, *semen sativum, quod seminari solet*, Lev. XI. 37. Pyh. præter. אַף בַּל־זֹרָעוּ, *etiam non sati sunt*, Ies. XL. 24. Hiph. particip. מַזְרִיעַ זֶרַע, *sementans semen*, Genes. I. 11. Futur. כִּי תַזְרִיעַ, *quum seminificaverit*, Levit. XII. 2.

זֶרַע, m. *semen*, *sementis*: זֶרַע אַחֵר,

semen aliud, Gen. IV. 25. Cum affixo, זַרְעוֹ־בוֹ, *semen ejus in eo*, Gen. I. 11. Plural. cum affix. וְזַרְעֵיכֶם, *et semina* vel *sata vestra*, 1 Sam. VIII. 15. Chald. בִּזְרַע אֲנָשָׁא, *semine humano*, Dan. II. 43.

כְּזֶרַע, זֶרַע, idem: construct. כְּזֶרַע גַּד, *sicut semen coriandri*, Num. XI. 7.

זֵרוּעַ, m. *sativum*, Levit. XI. 37. Plural. cum affixo זֵרוּעֶיהָ, *sata sua*, Ies. LXI. 11.

זְרוֹעַ, c. sed f. sæpius, *brachium*, *lacertus*, *armus*, Deut. XXXIII. 20. אֶת־הַזְּרֹעַ בְּשֵׁלָה, *armum coctum*, Num. VI. 19. Affix. וְנַחַת זְרֹעוֹ, *et descensum brachii sui*, Ies. XXX. 30. Plural. וּזְרֹעִים, *et brachia*, Dan. XI. 31. Construct. זְרֹעֵי יָדָיו, *brachia manuum ejus*, Genes. XLIX. 24. Affix. בֵּין זְרֹעָיו, *inter brachia ejus*, 2 Reg. IX. 24. Et forma fœm. זְרֹעוֹת עוֹלָם, *brachia æterna*, Deut. XXXIII. 27. Affix. וְשִׁבַּרְתִּי אֶת־זְרֹעֹתָיו, *et conteram brachia ejus*, Ezech. XXX. 22.

זֵרֹעִים, m. pl. *legumina*, Dan. I. 12.

זֵרְעֹנִים, m. pl. idem, Dan. I. 16.

אֶזְרוֹעַ, f. *brachium*, Jer. XXXII. 21. Affix. וְאֶזְרֹעִי, *et brachium meum*, Job XXXI. 22.

מִזְרָע, m. *sementis*: constr. מִזְרַע יְאֹר, *sementis rivorum*, Ies. XIX. 7.

זָרַק *sparsit*, *aspersit*, *conspersit*, *inspersit*: præt. וַחֲצִי הַדָּם זָרַק, *et dimidium sanguinis sparsit*, Exod. XXIV. 6. Pyh. לֹא זֹרַק, *non fuit aspersa*, Num. XIX. 13.

מִזְרָק, m. *crater*, quia ex eo *aspersiones* fiebant: מִזְרָק אֶחָד, *crater unus*, Num. VII. 13. Plur. כַּמִּזְרָקִים, *quasi crateres*, Zach. XIV. 20. Constr. מִזְרְקֵי כֶסֶף, *crateres argentei*, Num. VII. 84. בְּמִזְרְקֵי יַיִן, *in crateribus vini*, Amos VI. 6. Et fœmin. וְאֶת־הַמִּזְרָקוֹת, *et crateres*, 1 Reg. VII. 40. Affix. וּמִזְרְקֹתָיו, *et crateres ejus*, Exod. XXVII. 3.

זֶרֶת m. *spithama*, mensura digitorum extensorum, continens dimidium cubiti majoris sive sacri, qui constabat *sex palmis*: unde *spithama* fuit *trium palmorum*, sive duodecim digitorum, ut notat Kimchi in libro Radicum. זֶרֶת אָרְכּוֹ, *spithama longitudo ejus*, Exod. XXVIII. 16. זֶרֶת הָאֶחָד, *spithama unius*, Ezech. XLIII. 13.

ח

חבא Hiph. הֶחְבִּיא, *abscondit*, *abdidit*, *occultavit*: præter. הֶחְבִּיאָנִי, *abscondit me*, Ies. XLIX. 2. Fœmin. cum duplicata litera fœmin. gen. הֶחְבְּאָתָה, *abscondit*, Jos. VI. 17. Simile vide in פלא. Futur. וָאַחְבִּא, *et occultavi*, 1 Reg. XVIII. 13. Hoph. præt. הָחְבָּאוּ, *abduntur*, Ies. XLII. 22. Niph. נֶחְבָּא, *abscondi*, *abscondere se*, *latitare*, *delitescere*: præter. כִּי נֶחְבָּא, *quia absconderat sese*, Jud. IX. 5. לָמָּה נַחְבֵּאתָ לִבְרֹחַ, *quare abscondisti te fugiendo?* Gen. XXXI. 27. id est, *ut quid clam fugisti?* Part.

נֶחְבָּאִים, *absconditi, latitantes*, Ios. X. 17. Infin. נֶחְבָּה לֹא יוּכַל, *latitare non poterit*, Jer. XLIX. 10. cum ה loco א, et characteristica conjugationis, נ. Pyh. præt. חֻבָּאוּ, *occultantur*, Job XXIV. 4. Hithp. præt. הִתְחַבְּאוּ, *absconderant sese*, 1 Sam. XIV. 11. Part. מִתְחַבֵּא, *latitans*, 2 Reg. XI. 3.

מַחְבָא, masc. *absconsio*: constr. מַחְבָא, Ies. XXXII. 2.

מַחֲבֹאִים, m. pl. *latibula, latebræ*, 1 Sam. XXIII. 23.

חָבַב *dilexit*: part. חֹבֵב עַמִּים, *diligis populos*, Deuter. XXXIII. 3. Infinit. בְּחֻבִּי, *in diligere me*, id est, *præ dilectione mei*, Job XXXI. 33. Targum, בְעִטְפִי, *in sinu meo*, et sic Vulgata latina. Sic certe חוּבָא vel חֻבָּא sumitur in Jonathane et Targum hierosol. in legem, pro hebræo חֵיק, ut Exod. IV. 6, 7. Dicitur ergo sic *sinus* a חבה vel חבא, quia in eo aliquid *recondere* solemus.

חָבָה *latitavit, abscondit se*: imperat. fœmin. חֲבִי כִמְעַט־רֶגַע, *latita quasi exiguo momento*, Ies. XXVI. 20.

חֶבְיוֹן, m. *absconsio*, Hab. III. 4.

מַחֲבַת, vide infra in חבת.

חלד חֶלֶד m. *ævum, tempus, terra; cessans, instabilis et transiens*, quasi cum חֶדֶל per literarum transpositionem conveniat: זְכָר־אֲנִי מֶה־חָלֶד, *recordare, ego cujus temporis sim*, Psal. LXXXIX. 48. id est, *quantulum ævum meum sit*: כָּל־יֹשְׁבֵי חָלֶד, *omnes habitatores terræ*, Psal. XLIX. 2. Juxta chaldæum et R. Salomonem, qui scribit terram sic vocari, quia senescit et fit חֲלוּדָה, *rubiginosa*, Psal. XXX. 24. Nam חָלַד, *rubiginosum esse* vel *fieri*, apud Rabbinos. Aff. וְחֶלְדִּי, *et tempus meum*, Psal. XXXIX. 6.

חֹלֶד, m. *mustela*: הַחֹלֶד וְהָעַכְבָּר, *mustela et mus*, Levit. XI. 29.

חלה *ægrotavit, ægrotus, æger, infirmus fuit.* Præter. כִּי חָלָה, *quod ægrotaret*, Ies. XXXIX. 1. Partic. fœm. construct. חוֹלַת אַהֲבָה אָנִי, *ægra amore ego sum*, Cant. II. 5. Futur. וַיֶּחֱלָא, *et ægrotavit*, 2 Par. XVI. 12. cum א loco ה, ex forma quiescentium tertia. Per apocopam, וַיָּחַל, *et ægrotavit*, 2 Reg. I. 2. pro וַיֶּחֱלֶה. Niph. נֶחֱלָה, *ægritudine, morbo affici, infirmari*: præterit. וְנֶחֱלֵיתִי, *et ægritudine affectus fui*, Dan. VIII. 27. נֶחֱלוּ, *infirmi fuerint*, Jer. XII. 13. Part. fœm. בְּיוֹם נַחֲלָה, *in die ægræ* scil. מַכָּה, *plagæ*, Ies. XVII. 11. ut Aben Esra notat; juxta illud, נַחְלָה מַכָּתֶךָ, *ægra est plaga tua*, Nah. III. 19. item, Jer. XIV. 17. Plurale, הַנַּחְלוֹת, *omnes ægræ*, Ezech. XXXIV. 21. Pih. חִלָּה, *ægrotare fecit, morbo affecit*, Deuter. XXIX. 21. Infinit. חַלּוֹתִי הִיא, *infirmare meum illud est*, id est, *hoc me infirmum reddit*, Psal. LXXVII. 11. Alias semper jungitur nomini פָּנִים, *facies*, estque *precari, deprecari, obtestari aliquem*: præt. חִלִּיתִי פָנֶיךָ, *deprecor faciem tuam*, Psal. CXIX. 58. Imper. per apocopam חַל־נָא, *deprecare quæso faciem Domini*, 1 Reg. XIII. 6. Pyh. præter. חֻלֵּיתָ, *infirmatus fuisti*, Ies. XIV. 10. Hiph. הֶחֱלָה, præter. per apocopam הֶחֱלִי, *morbo affecit*, Ies. LIII. 10. pro הֶחֱלִיא, ad formam quiescentium tertia radicali א: hæc enim inter se

frequenter commutantur: הֶחֱלֵיתִי, *ægritudine affeci*, Mich. VI. 13. Part. fœm. מַחֲלָה לֵב, *ægrum effecit cor*, Prov. XIII. 12. Hoph. הָחֳלֵיתִי, *ægrotus factus sum*, 1 Reg. XXII. 34. Hithp. infin. לְהִתְחַלּוֹת, *ut morbo conflictaretur*, 2 Sam. XIII. 2. Imper. per apocopam, הִתְחַל, *ægrotum age*, ver. 5. et sic futurum, וַיִּתְחַל, *et ægrotum egit*, *ægrotum se simulavit*, ver. 6.

חֳלִי, m. *morbus*, *infirmitas*, *ægritudo*: וָחֳלִי רָע, *et infirmitas mala*, Eccles. VI. 2. In pausa, וִידוּעַ חֹלִי, *et expertus morbum*, Ies. LIII. 3. Aff. חָלְיוֹ, *ægritudo ejus*, 1 Reg. XVII. 17. Plur. וָחֳלָיִם רָעִים, *et morbos pessimos*, Deut. XXVIII. 59. בָּחֳלָיִים, *infirmitatibus*, 2 Par. XXI. 15. Aff. חֳלָיֵנוּ, *morbos nostros*, Ies. LIII. 4.

חֲלִי, m. *ornamentum*, *monile*, Prov. XXV. 12. Plurale, חֲלָאִים, *ornamenta*, *monilia*, Cant. VII. 1.

חֶלְיָה, f. idem: aff. חֶלְיָתָהּ, *monili suo*, Hos. II. 13.

מַחֲלָה, masc. *morbus*, *infirmitas*: constr. בְּמַחֲלָה מֵעֶיךָ, *morbo intestinorum tuorum*, 2 Paral. XXI. 15. Aff. מַחֲלֵהוּ, *ægritudinem ipsius*, Prov. XVIII. 14.

מַחֲלָה, f. idem, Exod. XXIII. 25. 1 Reg. VIII. 37.

מַחֲלַת, *Machalath*, habet formam constructam antecedentis nominis, usurpatur tamen tamquam absolutum in titulo Psalmi LIII. et LXXXVIII. R. Salomon dicit esse instrumentum musicum sic appellatum: Aben Esra putat esse initium alicujus suavissimi carminis tunc decantari soliti. Vide etiam in חָלַל inter nomina.

מַחֲלוּיִם, m. pl. *morbi*, 2 Paral. XXIV. 25.

מְמוֹתֵי תַחֲלֻאִים, m. pl. idem: מְמוֹתֵי תַחֲלֻאִים, *mortibus ægritudinum*, id est, *ægerrimis*, Jer. XVI. 4. Constr. תַּחֲלוּאֵי רָעָב, *ægritudines famis*, id est, *ob famem*, Jerem. XIV. 18. Aff. וְאֶת תַּחֲלֻאֶיהָ, *et infirmitates ejus*, Deuter. XXIX. 21.

חֲלַט Chald. *excidit*, *præcidit*; unde particip. ex Aphel in Targum, צוּרְעָא מַחְלְטָא, *lepra exscindens*, *erodens*, Levit. XIII. 15. in Jonathane. Hinc est; *præcise et proprie aliquid facere*, *proprium facere*, *appropriare*: *præcise*, *simpliciter*, *proprie*, *absolute dijudicare*, *adjudicare*, *cognoscere*, *pronunciare*: unde וִיסָאֵיבִנֵּיהּ וְיַחְלְטִנֵּיהּ, *et impurabit eum*, *et propriabit eum*, Levit. XIII. 11. in Jonathane, id est, *impurum*, *et præcise*, *proprie ac simpliciter leprosum pronunciabit*. מְצֹרָע מוּחְלָט, *leprosus absolute*: לַחֲלִיטִין, *ad præcisiones*, *præcise*. Hinc capiendum illud hebraice, וְהָאֲנָשִׁים יְנַחֲשׁוּ וַיְמַהֲרוּ וַיַּחְלְטוּ הֲמִמֶּנּוּ, *et homines isti experiebantur*, *festinabant*, *et propriabant*, *an ex ipso esset res ista*, 1 Reg. XX. 33. id est, festinabant ut experimento cognoscerent, et proprie ac præcise explorarent. Sæpius non reperitur in Bibliis.

חלך חֵלְכָה, m. *pauper*, *afflictus*, Ps. X. 8, 14. Kimchi in lib. Rad. vult ה esse paragogicum, ab absoluto חֵלֶךְ formæ תֵּבֵל: inde retracto accentu חֵלְכָה, vers. 14. Masora numerat inter ea, in quibus כָה est affixum; et sic Chaldæus accepit illud vers. 14. nam vertit עַנְיָיךְ *afflicti tui*: at versu 8. simpliciter מִסְכְּנַיָּא, *pauperes*. Plurale cum א, חֶלְכָּאִים, *pauperes*, Ps. X. 10. nempe עֲנִיִּים vel עֲנָוִים, ut Chaldæus vertit. Si a præcedenti est, tunc redundat Daghesch, et א est pro ה.

Masorethæ legunt divisim חֵל כָּאִים et ideo כּ daghessatum est. Est autem חֵל כָּאִים, *turba attritorum:* nam a כָּאָה dicitur הִכְאָה, *attrivit*, נִכְאָה, *attritus fuit.* Inde כָּאָה, *attritus*, *pauper*, instar בָּלָה, unde בָּלִים. Sic et singulare possit esse quasi חֵל כָּאֵה, *viribus attritus.*

חָלַל *perforari, perfodi, confodi: vulnerari, saucium fieri: tripudiare, saltare.* Præt. וְלִבִּי חָלַל, *et cor meum saucium est*, Psalm. CIX. 22. Part. וְשָׁרִים כְּחוֹלְלִים, *et cantantes æque ac tripudiantes*, Psalm. LXXXVII. 7. Infin. לָחוּל, *ad saltandum*, Jud. XXI. 21. et Schurek est loco Cholem, cui simile vide in בָּרַר, et infra in חָקַק. Hinc etiam juxta quosdam, חַלּוֹתִי הִיא, *vulnerari meum, confodi meum*, id est, *letale vulnus meum est*, Psalm. LXXVII. 11. et חַלּוֹת est irregulare sicut חַנּוֹת eodem Psalmo ver. 10. a חָנַן. Niphal suum significatum habet a Pihel, unde illi subjectum. Pih. חִלֵּל vel חוֹלֵל, *profanare, confodere: tibicinare, tibiis canere: saltare.* Præt. חִלֵּל בְּרִיתוֹ, *profanat fœdus suum*, Psalm. LV. 21. Particip. בְּיַד מְחַלְלֶךָ, *in manu confodientis te*, Ezech. XXVIII. 9. Plur. מְחַלְּלִים בַּחֲלִלִים, *tibicinantes tibiis*, 1 Reg. I. 40. Fœmininum alterius formæ, מִן הַמְּחֹלְלוֹת, *ex saltantibus*, Jud. XXI. 23. Alias semper in hac conjugatione est *profanare.* Pyh. particip. הַמְחֻלָּל, *quod profanatum est*, Ezech. XXXVI. 23. Plurale, מְחֻלְלֵי חֶרֶב, *confossi gladio*, Ezech. XXXII. 26. Niph. præt. כִּי־נִחָל, *quum profanatur*, Ezech. XXV. 3. Infinit. לְבִלְתִּי הֵחֵל, *ut non profanaretur*, Ezech. XX. 9. in Tzere loco Pathach. לְהֵחַלּוֹ, *ad profanandum se*, Levit. XXI. 4. Futur. וָאֵחַל, *et profanor*, Ezech. XXII. 26. Hiph. הֵחֵל, *incipere;* et bis, *profanare.* Præterit. כִּי־הֵחֵל, *quum cœpisset*, Genes. VI. 1. futurum, אַחֵל, *profanabo*, Ezech. XXXIX. 7. לֹא יַחֵל, *non profanabit*, Num. XXX. 3. cum Pathach, ad differentiam alterius significationis, ut אָחֵל תֵּת, *incipiam dare*, Deut. II. 25. Hoph. præt. אָז הוּחַל, *tunc cœptum est*, Genes. IV. 26.

חֹל, m. *profanum, commune:* לֶחֶם חֹל, *panis profanus*, vel *communis*, 1 Sam. XXI. 4. בֵּין הַקֹּדֶשׁ וּבֵין הַחֹל, *inter sacrum et profanum*, Lev. X. 10.

חָלָל, m. *confossus;* Deuter. XXI. 1. *profanus*, Ezech. XXI. 19. Constr. בַּחֲלַל־חֶרֶב, *in confossum gladio*, Num. XIX. 16. Plur. וְדַם־חֲלָלִים, *et sanguinem confossorum*, Numer. XXIII. 24. Constr. חַלְלֵי־חֶרֶב מֵחַלְלֵי רָעָב, *confossi gladio, quam confossi fame*, Thren. IV. 9. Aff. מַכְאוֹב חֲלָלֶיךָ, *dolorem confossorum tuorum*, Psalm. LXIX. 27. Fœmin. אִשָּׁה זֹנָה וַחֲלָלָה, *mulierem meretricem et profanam*, Lev. XXI. 7.

חָלִיל, m. *tibia, fistula*, sic dicta quod *perforata* et *concava* sit; unde et חָלוּל Rabbinis *concavum* est: תֹּף וְחָלִיל, *tympanum et tibia*, Ies. V. 12. Plural. כַּחֲלִלִים, *tamquam tibiæ*, Jer. XLVIII. 36.

חָלִילָה, *absit*, vox abominantis aliquid tamquam profanum: חָלִילָה לְךָ, *absit tibi*, Genes. XVIII. 25. חָלִילָה לַעֲבָדֶיךָ, *absit a servis tuis*, Genes. XLIV. 7.

חַלָּה, f. *placenta*, κολλύρα vel κολ-

λυ?ις, Num. XV. 20. Constructum, וְחַלַּת לֶחֶם, *et collyram panis*, Levit. VIII. 26. Plurale, וְחַלּוֹת מַצּוֹת, *et placentæ azymæ* sive *infermentatæ*, Levit. II. 4.

חַלּוֹן, c. *fenestra*, Genes. VIII. 6. sic dicta, quod sit quasi *foramen* vel *perforatio parietis*. Plural. וְחַלּוֹנִים, *et fenestræ*, Ezech. XL. 25. Et irregulariter חַלּוֹנָי pro eodem, Jerem. XXII. 14. cui simile vide infra in חָרֵר in nomine חֹר. Constr. חַלּוֹנֵי, quod tamen pro absoluto חלונים ponitur, 1 Reg. VI. 4. Aff. בְּחַלּוֹנֵינוּ, *per fenestras nostras*, Jer. VI. 21. Et forma fœm. חַלּוֹנוֹת, Ezech. XL. 29.

מָחוֹל; m. *chorus*, Psalm. CXLIX. 3. Construct. בִּמְחוֹל מְשַׂחֲקִים, *cum choro ludentium*, Jer. XXXI. 4. Affix. מְחוֹלֵנוּ, *chorus noster*, Thren. V. 15. Fœm. מְחוֹלָה; unde constr. כִּמְחֹלַת, Cant. VII. 1. Plural. וּמְחֹלֹת, *et choros*, Exod. XXXII. 19. וּבִמְחֹלֹת, *et cum choris*, Exod. XV. 20.

מְחִלּוֹת, f. pl. *fossæ, cavernæ*, Ies. II. 19.

מַחֲלַת, f. *Machalath*, Psal. LIII. 1. in titulo. Quidam volunt esse generale nomen instrumentorum musicorum, quæ *excavata* et *perforata* sunt, ac inflari solent, et dicuntur *pneumatica*, ut *tibiæ, tubæ, buccinæ*. Vide etiam in חָלָה inter nomina. Eodem modo ab hac radice deducunt נְחִילוֹת, pro נְחִלּוֹת, sensu eodem: at forma grammatica repugnat. Vide in נָחַל.

תְּחִלָּה, f. *initium, principium*, Gen. XIII. 3. Construct. תְּחִלַּת חָכְמָה, *principium sapientiæ*, Prov. IX. 10.

חָלַם *somniare*: et ex chaldaica significatione, *convalescere*, *revalescere*, *augescere*, vel *pinguescere*. Præter. חָלַמְתִּי חֲלוֹם, *somniavi somnium*, Genes. XXXVII. 9. Futurum, וַיַּחַלְמוּ חֲלוֹם, *et somniarunt somnium*, Genes. XL. 5. יַחְלְמוּ בְנֵיהֶם, *revalescant nati earum*, Job XXXIX. 4. Hiph. particip. plural. אֲשֶׁר אַתֶּם מַחְלְמִים, *quæ vos facitis* vel *curatis somniari*, Jerem. XXIX. 8. et est irregulare, pro מַחֲלִימִים; cui simile vide in עָזַר. Futurum, וְתַחֲלִימֵנִי, *et revalescere facies me*, Ies. XXXVIII. 16. id est, *sanabis*, qua significatione apud Syros frequens; et אֶתְחַלַּם, *sanari*, in Novo Testam. obvium.

חֲלוֹם, m. *somnium*: Aff. וָאֵרֶא בַּחֲלוֹמִי, *et vidi in somnio meo*, Gen. XLI. 22. Plural. חֲלוֹמוֹת, et cum aff. בַּחֲלוֹמֹתָם, *somniis suis*, Jerem. XXIII. 27.

חֵלֶם, m. Chald. *somnium*: חֵלֶם חֲזֵית, *somnium vidi*, Dan. IV. 2. Emph. פְּשַׁר חֶלְמָא, *interpretationem somnii*, ver. 3. Aff. חֶזְוֵי חֶלְמִי, *visiones somnii mei*, Dan. IV. 6. Plur. חֶלְמִין, etc.

חַלָּמוּת f. *vitellus*: בְּרִיר חַלָּמוּת, *in albumine vitelli*, Job VI. 6.

אַחְלָמָה, fœm. *amethystus*, Exod. XXVIII. 19. Lapis pretiosus est, sic dictus, quod gestantibus *somnia* inducit, scribit Aben Esra.

חַלָּמִישׁ, m. *silex, petra durissima*. Quandoque nomen *rupis*, ad auxesin adjunctum sibi habet: חַלָּמִישׁ לְמַעְיְנוֹ־מָיִם, *petram durissimam in fontem aquarum*, Psalm. CXIV. 8. מִצּוּר הַחַלָּמִישׁ, *e rupe petræ*, id est, *durissima*, Deut. VIII. 15. Et forma constructa, מֵחַלְמִישׁ צוּר, *de petra rupis*, Deut. XXXII. 13.

חָלַף *mutavit; mutatus, innovatus fuit: præteriit, transivit, pertransivit, permeavit: exscidit, conscidit.* Præter. מָטָר חָלַף, *pluvia præteriit*, Cant. II. 11. וְחָלְפָה רַקָּתוֹ, *et pertransivit tempora ejus*, Jud. V. 26. scil. *paxillo*, vel *pertransire fecit paxillum per tempora ejus*, ut Kimchi in commentario explicat, et similiter paraphrastes Chaldæus. Fut. יַחֲלוֹף, *exscindet, concidet*, Ies. II. 18. Chald. יַחְלְפוּן, *præteribunt*, Dan. IV. 13. Pih. futurum, וַיְחַלֵּף שִׂמְלֹתָו, *et mutavit vestes suas*, 2 Sam. XII. 20. Hiph. præter. וְהֶחֱלִף אֶת־מַשְׂכֻּרְתִּי, *et mutavit mercedem meam*, Genes. XXXI. 7. Imper. וְהַחֲלִיפוּ שִׂמְלֹתֵיכֶם, *et mutate vestimenta vestra*, Genes. XXXV. 3. Futurum, עוֹד יַחֲלִיף, *adhuc innovabit*, scilicet *ramos suos*, hoc est, *repullulabit*, Job XIV. 7: aut intransitive, *innovabit se, innovabitur*. קַשְׁתִּי בְּיָדִי תַחֲלִיף, *arcus meus in manu mea innovabit se*, Job XXIX. 20.

חֵלֶף, *pro, vice*, notat unius rei pro altera commutationem: חֵלֶף עֲבֹדָתָם, *pro ministerio ipsorum*, Numer. XVIII. 21.

חֲלוֹף, m. *transitus*: כָּל־בְּנֵי חֲלוֹף, *omnium filiorum transitus*, Proverb. XXXI. 8. sive *excisionis*, qui e vita exscindi debent et morti adjudicantur; sive *omnium mortalium*, quorum vita levis *transitus* est ad mortem.

חֲלִיפָה, f. *mutatio, immutatio, vicissitudo*: aff. עַד בּוֹא חֲלִיפָתִי, *donec veniat immutatio mei*, Job XIV. 14. R. Levi, כְּרִיתָתִי, *excisio mei*, id est, מִיתָתִי, *mors mea*, ut Aben Esra habet. Plur. חֲלִיפוֹת, *mutationes*, Ps. LV. 20. חֲלִיפוֹת, *mutationibus*, 1 Reg. V. 14. id est, *permutatim, alternatim, per vices*: חֲלִפוֹת שְׂמָלוֹת, *mutationes* vel *mutatoria vestium*, Gen. XLV. 22. id est, *alias, novas* et *recentes*; et sic quoque Jud. XIV. 19.

מַחֲלָפִים, m. pl. *cultri mactatorii*, ab *incidendo* dicti, juxta Kimchium, Esr. I. 9.

מַחְלְפוֹת, f. pl. *cincinni*, Jud. XVI. 13. sic dicti, scribit Kimchi, quia facile *mutantur*, et cito albescunt.

חָלַץ *exuit, extraxit: eruit, liberavit, expedivit;* et semel intransitive, *eruit, subtraxit se*. Præt. חָלַץ מֵהֶם, *eruit, subtraxit se ab eis*, Hos. V. 6. חָלְצוּ שַׁד, *extrahunt mammas*, Thren. IV. 3. Particip. Pahul, חָלוּץ, *expeditus*, Num. XXXII. 21. הֶחָלוּץ לַצָּבָא, *expeditus ad militiam*, 1 Par. XII. 23. Constr. חֲלוּץ צָבָא, *expeditus militiæ*, Numer. XXXII. 27. חֲלוּץ הַנָּעַל, *exutus calceo*, Deuter. XXV. 10. Futur. וְנַעַלְךָ תַּחֲלוֹץ, *et calceum tuum exues*, Ies. XX. 2. Niph. נֶחֱלַץ, *liberari, expediri, expeditum esse*: præter. מִצָּרָה נֶחֱלָץ, *ab angustia liberatur*, Prov. XI. 8. Imp. הֵחָלְצוּ מֵאִתְּכֶם, *expediti estote ex vobis*, Num. XXXI. 3. id est, *expediant se*, vel *expedite* ex vobis. Pih. חִלֵּץ, *liberavit, eruit, eripuit*: præter. וְחִלֵּץ אֶת הָאֲבָנִים, *eruit lapides*, Lev. XIV. 43. Imper. חַלְּצָה נַפְשִׁי, *erue animam meam*. Psalm. VI. 5. Hiph. futur. וְעַצְמֹתֶיךָ יַחֲלִיץ, *et ossa tua expedita reddet*, Ies. LVIII. 11.

חֲלִיצָה, fœmin. *extractio, exuviæ*: aff. אֶת־חֲלִיצָתוֹ, *extractionem ejus*, 2 Sam. II. 21. id est, *exuvias*. Plur. cum affix. אֶת־חֲלִיצוֹתָם, *exuvias eorum*, Jud. XIV. 19.

חֲלָצַיִם, m. d. *lumbi*, sic dicti, quod circa eos *expediamur* et accingamur ad militiam, Jes. XXXII. 11. Affix.

אֵזוֹר חֲלָצָיו, *cingulum lumborum ejus*, Ies. V. 27.

מַחֲלָצוֹת, f. pl. *mutatoriæ vestes*, vestimenta festiva et splendida, quorum diebus sacris ac festis usus est, Zach. III. 4. Ies. III. 22.

חלק *partitus*, *impertitus est*, *distribuit, divisit, dispertivit;* et semel, *læve*, *molle esse :* ut, חָלְקוּ, *lævia* vel *mollia sunt*, id est, *blanda*, Psal. LV. 22. חִלְּקוּ אֶת־נַחֲלָתָם, *diviserunt hæreditatem* vel *possessionem eorum*, Jos. XVIII. 2. Niph. futur. יֵחָלֵק אֶת־הָאָרֶץ, *dividetur terra*, Numer. XXVI. 53. וַיֵּחָלֵק עֲלֵיהֶם, *et distribuit se contra eos*, Gen. XIV. 15. id est, *distributis suis copiis* irruit in eos. Pih. præterit. וְאֶת־אַרְצִי חִלֵּקוּ, *et terram meam distribuerunt, partiti sunt*, Joel IV. 2. Pyh. præt. וְחֻלַּק שְׁלָלֵךְ, *et dividetur spolium tuum*, Zach. XIV. 1. Futur. בַּחֶבֶל תְּחֻלָּק, *funiculo dividetur*, Amos VII. 17. Hiph. הֶחֱלִיק, *emollivit*, *lævigavit*; *blanditus fuit*. Præter. הֶחֱלִיק אֵלָיו, *blanditur ad se*, id est, *sibi*, Psalm. XXXVI. 3. אֲמָרֶיהָ הֶחֱלִיקָה, *dicta sua emollit, dictis suis blanditur*, Prov. II. 16. Particip. מַחֲלִיק פַּטִּישׁ, *lævigans*, *expoliens malleo*, Ies. XLI. 7. מִמַּחֲלִיק לָשׁוֹן, *quam qui lenificat* sive *blanditur lingua*, Prov. XXVIII. 23. Infinit. intransitive, לַחֲלֹק מִשָּׁם, *ut divideret se inde*, Jer. XXXVII. 12. id est, *leniter* et *placide* se *subduceret*, præ metu populi, juxta Kimchium : Chaldæus, *ad dividendam hæreditatem suam ab eis*. Hithp. הִתְחַלְּקוּ אוֹתָהּ, *partientur eam sibi*, vel ut Kimchi in Com. notat, *partientur se* (in) *ea*, Jos. XVIII. 5. nam conjugatio hæc semper intransitiva est.

חֵלֶק, masc. *pars*, *portio*, *possessio:* חֵלֶק כְּחֵלֶק, *partem sicut partem*, id est, *partes æquales*, Deut. XVIII. 8. Affix. חֶלְקִי יְהוָה, *portio mea Dominus*, Psalm. LXXIII. 26. Plural. חֲלָקִים, *partes*, Jos. XVIII. 5. Chald. חֲלָק, *portio*, Esr. IV. 16. Aff. חֲלָקֵהּ, *pars ejus*, Dan. IV. 12.

חָלָק, m. *lævis, mollis, glaber: blandus*, *blandiens :* אִישׁ חָלָק, *vir lævis, glaber*, Gen. XXVII. 11. וּפֶה חָלָק, *et os molle*, id est, *blandum*, Prov. XXVI. 28.

חֶלְקָה, fœm. *pars*, *portio*, *lævitas*, *blandities :* חֶלְקָה אַחַת, *portio una*, Amos IV. 7. Construct. וְעַל־חֶלְקַת צַוָּארָיו, *et super lævitatem* seu *glabritiem colli ejus*, Genes. XXVII. 16. Affix. אֶת־חֶלְקָתִי, *portionem meam*, Jer. XII. 10. Plur. חֲלָקוֹת, *blanditiæ*, *blanda*, Ies. XXX. 10. Et cum Daghesch, בַּחֲלַקּוֹת, *cum blanditiis*, Dan. XI. 32.

חֲלֻקָּה, fœm. *partitio :* construct. חֲלֻקַּת בֵּית אָב, *partitio domus paternæ*, 2 Par. XXXV. 5.

חַלֻּקִים, m. pl. *læves:* construct. חַלֻּקֵי אֲבָנִים, *læves lapidum*, id est, *læves lapides*, 1 Sam. XVII. 40.

חֲלָקִים, m. pl. *lævitates :* constr. בְּחַלְּקֵי־נַחַל, *inter lævitates torrentis*, Ies. LVII. 6. id est, *lapides læves*. Singulare potest esse חֵלֶק.

חֲלַקְלַקּוֹת, f. pl. *lubricitates*, *blanditiæ*, Ps. XXXV. 6. Dan. XI. 21, 34.

מַחֲלֹקֶת, f. *partitio*, *distributio*, *divisio :* affix. מַחֲלֻקְתּוֹ, *distributio ejus*, 1 Par. XXVII. 4. Plur. מַחְלְקוֹת, *distributiones*, 1 Par. XXVI. 19. Aff. עַל מַחְלְקוֹתָם, *per distributiones suas*, 2 Par. XXXI. 2. Chald. בְּמַחְלְקָתְהוֹן, *in distributionibus suis*, Esr. VI. 18.

חָלַשׁ *debilitavit*, *debilis vel debilitatus fuit:* part. חוֹלֵשׁ עַל־גּוֹיִם, *debilis es supra gentes*, Ies. XIV. 12. Futur. וַיֶּחֱלָשׁ, *et debilitatur*, Job XIV. 10. Et activum, וַיַּחֲלֹשׁ, *et debilitavit*, *debilem reddidit*, *fregit*, Ex. XVII. 13.

חַלָּשׁ, *debilis*, Joel IV. 10.

חֲלוּשָׁה, f. *debilitas*, Ex. XXXII. 18.

חמא חֶמְאָה, f. *butyrum*, Gen. XVIII. 8. Construct. חֶמְאַת בָּקָר, *butyrum armenti*, Deut. XXXII. 14. Hinc contractum, בְּחֵמָה, *in* vel *cum butyro*, Job XXIX. 6. pro בְּחֶמְאָה. R. Sal. scribit Gen. XVIII. 8. חֶמְאָה est pinguedo lactis, quam colligunt de superficie ejus: ex ea fit *butyrum:* est ergo significatio *butyri* metonymica.

מַחֲמָאוֹת, f. pl. *butyrina*, scil. verba, id est, *mollia*, *blanda*, Psalm. LV. 22. et מ primum est formativum, ut R. Salomon scribit. Kimchi in libro Rad. putat esse præpositionem pro מַחֲמָאוֹת, *præ butyris*, cui formæ punctatio repugnat.

חָמַד *desideravit*, *concupivit:* præter. חָמְדוּ לָהֶם, *desiderant sibi*, Prov. I. 22. Niph. particip. אוֹצָר נֶחְמָד, *thesaurus desideratissimus*, Prov. XXI. 20. Plural. הַנֶּחֱמָדִים מִזָּהָב, *desideratissima magis quam aurum*, Psalm. XIX. 11. Pih. præt. חִמַּדְתִּי, *summe desideravi*, Cant. II. 3.

חֶמֶד, m. *desiderium:* בַּחוּרֵי חֶמֶד, *juvenes desiderii*, id est, *desideratissimi*, Ezech. XXIII. 6.

חָמוּד, m. *desiderabile*, *res desiderabilis:* aff. חֲמוּדוֹ, *desiderabile ejus*, Psalm. XXXIX. 12. בַּחֲמוּדוֹ, *cum re desiderabili sua*, Job XX. 20. Plural. וַחֲמוּדֵיהֶם, *et desiderabilia eorum*, Ies. XLIV. 9. Fœm. חֲמוּדוֹת, *desiderabilia*, Esr. VIII. 27. כִּי חֲמוּדוֹת אָתָּה, *nam desideria tu es*, Dan. IX. 23. pro *vir desideriorum*, ut plene dicitur, Dan. X. 11. id est, *omnium desiderabilium virorum desideratissimus*.

חֶמְדָּה, f. idem: אֶרֶץ חֶמְדָּה, *terram desiderii*, id est, *desideratam*, Ies. III. 19. Constr. חֶמְדַּת כָּל־הַגּוֹיִם, *desiderium omnium gentium*, Hag. II. 7. Aff. חֶלְקַת חֶמְדָּתִי, *partem desiderii mei*, Jer. XII. 10.

מַחְמָד, m. *desiderium*, 1 Reg. XX. 6. plur. כֻּלּוֹ מַחֲמַדִּים, *totus ipse est desideria*, id est, *desideratissimus*, Cant. V. 16. Constr. מַחֲמַדֵּי בִטְנָם, *desideria uteri ipsorum*, id est, *liberos desideratissimos*, Hos. IX. 16. Affix. מַחֲמַדַּי, *desideria mea*, Joel IV. 5. id est, *desideratissima quæque*.

מַחֲמוּדִים, m. pl. idem. Affix. מַחֲמֻדֶּיהָ, *res desiderabiles suas*, Thren. I. 7.

חמה חָם, m. *socer*, et est ut אָב ab אָבָה: aff. אֶל־חָמִיהָ, *ad socerum suum*, Gen. XXXVIII. 25.

חָמוֹת, f. *socrus:* aff. חֲמוֹתָהּ, *socrus ejus*, Ruth II. 19.

חוֹמָה, f. *murus*, Levit. XXV. 30. Constr. לְחוֹמַת נְחֹשֶׁת, *in murum æneum*, Jerem. XV. 20. Aff. חוֹמָתָהּ, *ad murum ejus*, Nah. II. 5. Plural. חוֹמוֹת, *muri*, Ies. XXVI. 1. Aff. חֹמֹתַיִךְ, *muros tuos*, Deut. XXVIII. 52. Duale, בֵּין הַחֹמֹתַיִם, *inter muros duos*, Ies. XXII. 11.

חמט חֹמֶט, m. *limax*, *testudo:* aliis est *lacerta*, aliis aliud, Lev. XI. 30.

חָמַל *pepercit*, *clementia usus fuit:* construitur cum עַל et אֶל.

Præter. חָמַל עַל־עַמּוֹ, *clementia usus est erga populum suum*, 2 Par. XXXVI. 15. Infin. לְחֶמְלָה עָלַיִךְ, *clementia utendo erga te*, Ezech. XVI. 5. cum ה paragogico. Potest et nomen esse: nomina enim verbalia sæpe suorum verborum structuram imitantur. Simile vide in חָמַץ. Fut. אִישׁ אֶל־אָחִיו לֹא יַחְמֹלוּ, *quisque in fratrem suum non utetur clementia*, Ies. IX. 19.

חֶמְלָה, f. *clementia*, quasi *ignoscentiam* vel *parsionem* dicas. Constr. בְּחֶמְלַת יְהוָה עָלָיו, *propter clementiam Domini erga eum*, Gen. XIX. 16. propterea quod clementia uteretur Dominus erga eum. Affix. וּבְחֶמְלָתוֹ, *et clementia sua*, Ies. LXIII. 9.

מַחְמָל, m. *indulgentia*, Ezech. XXIV. 21.

חמם *calefactus fuit*, *caluit*, *concaluit*, *incaluit*: quandoque construitur cum ל vel dativo. Præter. וְחַם הַשֶּׁמֶשׁ, *et quum incalesceret sol*, Exod. XVI. 21. וְחַם לָהֶם, *calescit illis*, Eccles. IV. 11. et sic 1 Reg. I. 2. Infin. לַחְמֹם, *ad calescendum*, Ies. XLVII. 14. pro לְחֻמָּם, et Kametz est propter pausam. Niph. partic. הַנֵּחָמִים, *qui incalescunt*, Ies. LVII. 5. Futur. וּלְאֶחָד אֵיךְ יֵחָם, *et uni quomodo incalescet?* Eccles. IV. 11. Pih. futur. תְּחַמֵּם, *calefaciet*, Job XXXIX. 14. Hithp. futur. יִתְחַמָּם, *calefactus fuerit*, Job XXXI. 20.

חַם, m. *calidus*, Jos. IX. 12. Plur. בְּגָדֶיךָ חַמִּים, *vestimenta tua calida*, Job XXXVII. 17.

חֹם, m. *calor*, *æstus*: וְקֹר וָחֹם, *frigusque et æstus*, Gen. VIII. 22. Affix. בְּחֻמּוֹ, *in calore ejus*, Job VI. 17.

חוּם, m. *fuscum*, quasi ex calore adustum, Gen. XXX. 32.

חַמָּה, f. *calor*, *sol*, a calefaciendo, Job XXX. 28. Aff. מֵחַמָּתוֹ, *a calore ejus*, Psal. XIX. 7.

חַמָּנִים, m. pl. *subdiales statuæ*, quasi *solares* vel *soli expositæ*, Ies. XXVII. 9. Aff. חַמָּנֵיכֶם, *subdiales statuas vestras*, Lev. XXVI. 30. ubi R. Salomon: idola erant, quæ ponebant super tecta, et quia soli erant exposita, appellabant ea חַמָּנִים. Idem scribit Ezech. VI. 4. et Aben Esra: בָּתִּים, *domus*, vel *sacella* erant facta instar curruum, id est fornicata, ad cultum solis. Ies. XVII. 8. Vide 2 Paral. XXXIII. 4. et XXXIV. 4. et 2 Reg. XXIII. 11. et 12.

חמס *abstulit*, *abripuit violenter*, *violentia usus fuit*; *violentiam*, *vim fecit*, *injuria affecit*. Præt. חָמְסוּ תוֹרָתִי, *vim faciunt legi meæ*, vel *injuria afficiunt legem meam*, Ezech. XXII. 26. Futur. יַחְמֹס, *violenter auferet*, *vi abripiet*, Job XV. 33. Thren. II. 6. עָלַי תַּחְמֹסוּ, *quas contra me violenter rapitis*, id est, inique comminiscimini, Job XXI. 27. Niph. præt. נֶחְמְסוּ עֲקֵבָיִךְ, *et violenter auferentur vestigia tua*, id est, *soleæ tuæ*, Jer. XIII. 22. hoc est, discalceata ibis in captivitatem. Confer Ies. XX.

חָמָס, m. *vis*, *violentia*, *injuria*, *rapina*: עֵד חָמָס, *testis injuriæ*, id est, *iniquus*, *injurius*, Exod. XXIII. 1. Constr. וַחֲמַס־אֶרֶץ, *et violentiam terræ*, Hab. II. 8. Aff. חֲמָסוֹ, *injuria ejus*, Psalm. VII. 17. Plurale, מֵאִישׁ חֲמָסִים, *a viro violentiarum*, id est, *violentissimo*, Psal. CXL. 2.

תַּחְמָס, m. *hirundo*, juxta quosdam, Levit. XI. 16. Kimchi in libro Rad. scribit, quod sit avis immunda, sic dicta, quod alias aves *violenter rapit*. Avis rapax juxta Jonathanem,

ut *noctua*, *bubo*. Aliis *struthio* Thren. IV. 3. Job XXXIX. 17.

חָמֵץ *fermentatus fuit:* præt. כִּי לֹא חָמֵץ, *quum nondum fermentata esset*, Exod. XII. 39. Partic. vide inter nomina. Infin. עַד־חֻמְצָתוֹ, *usque ad fermentari ejus*. id est, dum fermentata sit, Hos. VII. 4. ab absoluto חֻמְצָה. Vide simile in חָמַל. Fut. טֶרֶם יֶחְמָץ, *antequam fermentaretur*, Exod. XII. 34. Hithp. futurum metaphorice, כִּי יִתְחַמֵּץ לְבָבִי, *quum exacerbabatur animus meus*, Psal. LXXIII. 21.

חָמֵץ, m. *fermentatum*, Ex. XII. 15.

חֹמֶץ, m. *acetum*, quasi vinum *fermentatum* vel *acidum* dictum, Num. VI. 3.

חוֹמֵץ, m. *præfractus*, *violentus*, *oppressor*, *præfracte et violenter agens*, quasi חֹמֵס, צ et ס inter se permutatis, Psal. LXXI. 4.

חָמוּץ, m. *conspersus*, *tinctus* vel *infectus*, *madefactus*. Constr. חֲמוּץ בְּגָדִים, *madefactus vestibus*, Ies. LXIII. 1, metaphora a massa conspersa.

חָמוֹץ, m. *oppressus*, Ies. I. 17.

חָמִיץ, m. *merum*, *pabulum*, proprie *subacidum*: בְּלִיל חָמִיץ יֹאכֵלוּ, *farraginem meram comedent*, Ies. XXX. 24.

חֻמְצָה, f. *fermentatio*, vide ante in Kal.

מַחְמֶצֶת, f. *fermentatum*, Exod. XII. 20.

חָמַק *discessit*, *subduxit se: circuivit se subducendo*. Præter. חָמַק עָבַר, *subduxit se*, *præteriit*, Cant. V. 6. Hithp. futur. עַד־מָתַי תִּתְחַמָּקִין, *quousque subduces te?* Jer. XXXI. 22.

חַמּוּק, m. *ambitus*, *circumductus:* plur. construct. חַמּוּקֵי יְרֵכַיִךְ, *ambitus femorum tuorum*, Cant. VII. 4.

חָמַר *turbari*, *turbidum*, *lutosum esse* vel *fieri:* item *bituminare*. Præt. וְיַיִן חָמַר, *et vinum turbidum est*, Psal. LXXV. 9. juxta Aben Esram. R. Salomon, *vinum vinosum:* nam chaldaice *vinum* appellatur חַמְרָא. Futurum, יֶחְמְרוּ מֵימָיו, *lutosæ fient aquæ ejus*, Psal. XLVI. 4. Ex alia significatione, וַתַּחְמְרָה, *et bituminavit*, *bitumine oblevit eam*, Ex. II. 3. quæ a nomine חֵמָר, *bitumen*, petita est. Pyh. ex geminatis duabus radicalibus, præter. פָּנַי חֳמַרְמְרָה, *facies mea lutulenta*, *squalida facta est a fletu*, Job XVI. 16. quod juxta Masorethas legendum in fine רוּ, ut illud, מֵעַי חֳמַרְמָרוּ, *viscera mea turbantur*, turbida fiunt ut aqua æstuans et fluctuans, Thren. I. 20. R. Sal. explicat *aduri*.

חֹמֶר, m. *lutum*, Ies. XLV. 9. *cæmentum*, *intritum*, Gen. XI. 3. Item *acervus*, unde חֹמֶר מַיִם רַבִּים, (ad) *acervum aquarum multarum*, Hab. III. 15. Plural. חֳמָרִים, *acervi*, Exod. VIII. 10. Fuit et חוֹמֶר, *chomer* mensura maxima, quæ et כּוֹר, *corus* vocatur, continens decem *bathos* sive *ephas*, quæ ejusdem fuerunt mensuræ, Ezech. XLV. 11, 14. De *epha* est traditio in jure hebræorum: האיפה שלש סאין, *epha trium est* sein *sive* satorum: Menachoth c. 8. in principio Misnæ. Totidem etiam bathus in liquidis. Ergo *chomer* sive *corus*, continuit triginta *sata:* nam ter decies sunt triginta. Quantum סאה, *sea* sive *satum* continuerit, vide illic. *Chomeris* hujus mentio, Lev. XXVII. 16. Num. XI. 32. Ies. V. 10. Hos. III. 2.

חֵמָר, m. *bitumen*, Exod. II. 3.

חֶמֶר, m. *merum*, *vinum meracum*

rubens, quasi *luteum* dictum, vel quod cerebrum *turbet*: כֶּרֶם חֶמֶר, *vinea rubentis vini*, Ies. XXVII. 2. *etiam sanguinem uvarum bibisti* חָמֶר, *merum*, Deut. XXXII. 14. Chald. חֲמַר וּמְשַׁח, *vinum et oleum*, Esr. VI. 9. Emph. חַמְרָא שָׁתֵה, *vinum bibebat*, Dan. V. 1.

חֲמוֹר, m. *asinus*, Jud. XV. 15. R. Bechai scribit, Genes. II. sic dici a חוֹמֶר, id est, *modiis* et *acervis* frumenti portandis. Item *acervus*, Jud. XV. 16. חֲמוֹר לֶחֶם, *asinum panis*, 1 Sam. XVI. 20. id est, *onustum pane*, ut Kimchi explicat In Com. Aff. לַחֲמֹרוֹ, *asino suo*, Gen. XLII. 27. Plur. וְצֶמֶד חֲמֹרִים, *et par asinorum*, Jud. XIX. 3. Duale a forma fœminina, חֲמֹרָתַיִם, *acervos duos*, Jud. XV. 16. Aff. אֶת־חֲמֹרֵיהֶם, *asinos eorum*, Gen. XXXIV. 28.

יַחְמוּר, m. *dama*, juxta quosdam, Deut. XIV. 5. Quidam *bubalum* interpretantur. Kimchi in libro Rad. scribit esse animal simile capræ magnæ.

חָמֵשׁ f. *quinque*: חָמֵשׁ שָׁנִים, *quinque annos*, Genes. V. 6. Constr. חֲמֵשׁ מֵאוֹת שָׁנָה, *quinque centum*, id est, *quingentos annos*, Gen. XI. 11. Plurale significat *decies quinque*, id est, *quinquaginta*: חֲמִשִּׁים אִישׁ, *quinquaginta viros*, 1 Reg. XVIII. 4. Aff. וַחֲמִשָּׁיו, *cum quinquaginta suis* sc. hominibus vel militibus, 2 Reg. I. 9. Mascul. חֲמִשָּׁה אֲנָשִׁים, *quinque viros*, Gen. XLVII. 2. Constr. חֲמֵשֶׁת, Jos. X. 5. Huic competit idem pluralis, qui ante.

חֹמֶשׁ, masc. *quinta pars*, Genes. XLVII. 26. אֶל־הַחֹמֶשׁ, *ad quintam partem* sive *costam lateris*, 2 Sam. II. 23.

חֲמִישִׁי, m. *quintus*, Genes. I. 23. vel cum Daghesch בַּחֹדֶשׁ הַחֲמִשִּׁי, *mense quinto*, Zach. VII. 3. Fœmin. חֲמִשִּׁית vel חֲמִישִׁית, *quinta*, Neh. VI. 5. *quinta pars*, Gen. XLVII. 24. Affix. וְאֶת־חֲמִישִׁתוֹ, *et quintam partem ejus*, Lev. V. 16. Affix. וַחֲמִשִׁתָיו *et quintas partes ejus*, Levit. V. 24. Est ex forma singul. et plur. compositum, quo Aben Esra scribit significari *minus quam plura*, id est, *duo* sive *duas quintas*. Subtile id magis, quam probabile.

חֲמֻשִׁים, m. pl. *quini*, *quino ordine* qui militaris erat, Exod. XIII. 18. Hebræi scribunt, idem esse quod חֲלוּצִים, *expediti*, *accincti*.

חִמֵּשׁ, verbum in Pihel, *quintavit*, sicut dicitur *decimavit*: præt. וְחִמֵּשׁ אֶת־אֶרֶץ, *et quintabit terram*, id est, *quintam proventuum accipiet*, Gen. XLI. 34. hoc est, *quintam terræ imponat solvendam*.

חֵמֶת masc. *uter*, *lagena*: מִן־הַחֵמֶת, *ex utre*, Genes. XXI. 15. Et alia forma, וְחֵמַת מַיִם, *et utrem aquæ*, ver. 14. חֲמַת מִיָּיִן, *utre vini*, Hos. VII. 5. Affix. חֲמָתְךָ, *utrem tuum*, Hab. II. 15. quod est a חֵמָה: vide יָחַם.

חָנָה *castrametatus est*, *castra posuit*: *resedit*. Construitur absolute et cum præpos. אֶל, עַל et לְ: præt. וְחָנִיתִי לְבֵיתִי, *et castra ponam ad domum meam*, Zach. IX. 8. וְחָנִיתִי עָלַיִךְ, *et castrametabor contra te*, Ies. XXIX. 3. Part. cum affixo חֹנֵךְ, *castrametantis contra te*, pro חֹנֶה עָלַיִךְ, Psal. LIII. 6. Inf. הִנֵּה חֲנוֹת הַיּוֹם, *ecce (tempus) castrametandi hodie*, Jud. XIX. 9. id est, diversandi;

hospitandi tempus nunc est: ita enim per עֵת, *tempus*, R. Salomon supplet.

חֲנִית, fœm. *hasta*, *lancea*, quod in *castris* ejus maximus usus esset: חֶרֶב וַחֲנִית, *gladius aut hasta*, 1 Sam. XIII. 22. Affix. וַחֲנִיתוֹ, *et hasta ejus*, 1 Sam. XIX. 9. Plur. אֶת־הַחֲנִיתִים, *lanceas*, 2 Paral. XXIII. 9. Et forma fœm. cum aff. וַחֲנִיתוֹתֵיהֶם, *et hastas suas*, Ies. II. 4.

חֲנֻיּוֹת, f. pl. *cellulæ*, *mansiunculæ*, Jer. XXXVII. 16. Singulare חָנוּת, *hospitium*, *diversorium*, in quo castra nostra ponimus, hospitamur, et quiescimus: apud Rabbinos frequentissimum.

מַחֲנֶה, c. *castra*, *acies*. הַמַּחֲנֶה הַנִּשְׁאָר, *acies illa quæ reliqua facta fuerit*, ubi masculinum, et אֶל־הַמַּחֲנֶה הָאַחַת, *ad aciem unam*, ubi fœmin. Gen. XXXII. 9. Constr. מַחֲנֵה מִדְיָן, *castra Midjan*, Jud. VII. 8. Affix. בְּקֶרֶב מַחֲנֶךָ, *in medio castrorum tuorum*, Deut. XXIII. 15. Duale, מַחֲנַיִם, *Machanajim*, id est, *castra duo*, nomen proprium loci, a duobus castris sic dicti, angelorum scil. et Jacobi, Genes. XXXII. 2. Cum ה locali, מַחֲנַיְמָה, *in Machanajim*, 2 Sam. XVII. 24. Plur. הַבְּמַחֲנִים, *num in castris?* Num. XIII. 20. מַחֲנֶיךָ, *castra tua*, Deut. XXIII. 24. Et forma fœm. בְּשַׁעֲרֵי מַחֲנוֹת, *in portis castrorum*, 2 Par. XXXI. 2.

תַּחֲנוֹת, f. *metatio: mansio*. Affix. תַּחֲנֹתִי, *metatio mea*, 2 Reg. VI. 8. et Cholem est loco Schurek, scribit Kimchi.

חָנַט *condivit aromatibus* quod *balsamare* dicunt: item *edidit*, *protrusit*, *protulit:* prætor. הַתְּאֵנָה חָנְטָה פַגֶּיהָ, *protulit grossulos suos*, Cant. II. 13. Particip. יְמֵי הַחֲנֻטִים, *dies aromatibus conditorum* vel qui aromatibus condiri solent, Genes. L. 3. Infinit. לַחֲנֹט אֶת־אָבִיו, *ut aromatibus condirent patrem suum*, ver. 2. Futur. וַיַּחַנְטוּ, *et aromatibus condiverunt*, ibidem.

חִטָּה, f. *triticum*, sic dictum, quod ex folliculis suis *protrusum* emineat; et est pro חִנְטָה, ut ex lingua chaldaica apparet. אֶרֶץ חִטָּה, *terram tritici*, Deuter. VIII. 8. Plurale בִּימֵי קְצִיר־חִטִּים, *in diebus messis tritici*, id est, *triticeæ*, Genes. XXX. 14. Et in Nun, קַח לְךָ חִטִּין, *accipe tibi tritica*, Ezech. IV. 9. Constr. בְּחִטֵּי מִנִּית, *in tritico Minnith*, Ezech. XXVII. 17. Chald. חִנְטִין, *tritica*, Esr. VI. 9.

חָנַךְ *initiavit*, *primum imbuit*, *instruxit: dedicavit:* præterit. וְלֹא חֲנָכוֹ, *et non initiavit eam*, Deut. XX. 5. Imp. חֲנֹךְ לַנַּעַר עַל־פִּי דַרְכּוֹ, *initia puerum pro ratione viæ ipsius*, Prov. XXII. 6. id est, primum *imbue*, *instrue*, *institue*. Futur. וַיַּחְנְכוּ אֶת־בֵּית הָאֱלֹהִים, *et dedicaverunt domum Dei*, 2 Par. VII. 5.

חֲנֻכָּה, f. *initiatio*, *dedicatio:* לַעֲשׂוֹת חֲנֻכָּה, *ad faciendum dedicationem*, Nehem. XII. 27. וּבַחֲנֻכַּת חוֹמַת, *et ad dedicationem muri*, ibid. Chald. לַחֲנֻכַּת צַלְמָא, *ad dedicationem imaginis*, Dan. III. 2.

חֲנִיכִים, m. pl. *initiati*, *instructi:* aff. חֲנִיכָיו, *instructos suos*, Genes. XIV. 14. scil. *servos domesticos*.

חֲנָמַל m. *grando major*, *lapides magni grandinis*, juxta Aben Esram, Ps. LXXVIII. 47.

חָנַן *gratiam fecit, misericors, gratiosus fuit, gratiose largitus est, misertus fuit.* Construitur cum accus. rei et personæ, et præpos. לְ. Præter. וְחַנֹּתִי אֶת־אֲשֶׁר אָחֹן, *gratiosus ero cui fuero gratiosus*, Exod. XXXIII. 19. Infinit. הֲשָׁכַח חַנּוֹת, *an oblitus est gratiam facere?* Ps. LXXVII. 10. cui similem formam vide in שְׁמֹם. Fut. irregul. חָנוֹן יָחְנְךָ, *gratiam faciendo gratiam faciet tibi*, Ies. XXX. 19. et sic Gen. XLIII. 29. Nun autem debebat esse daghessatum, ut dicitur וִיחֻנֶּךָּ, *et gratiam faciat tibi*, Num. VI. 25. Chald. infinit. בְּמִחַן עֲנָיִן, *gratiam faciendo pauperibus afflictis*, Dan. IV. 24. Niph. præt. anomalum, מַה־נֵּחַנְתְּ, *quam gratiosa tibi eris, quam gratulaberis tibi*, Jerem. XXII. 23. deficit Daghesch, ut ante in futuro Kal. Pihel particip. מְחוֹנֵן, *gratiam faciens*, Prov. XIV. 21. Infin. עֵת לְחֶנְנָהּ, *tempus est gratiam faciendi ei*, Psalm. CII. 14. ubi Sægol est loco Pathach, et ex נ abest Daghesch, pro לְחַנְּנָהּ. Hoph. futur. יֻחַן, *grata fiet*, Ies. XXVI. 10. Hithp. *precari, deprecari*, proprie *pro gratia*, vel *ut gratia fiat*: infinit. לְהִתְחַנֶּן־לוֹ, *ad deprecandum eum*, Esth. IV. 8. Chald. part. וּמִתְחַנַּן, *et deprecantem*, Dan. VI. 12.

חֵן, m. *gratia*: מָצָא חֵן, *invenit gratiam*, Gen. VI. 8. Et in Chirek, וְחִין עֶרְכּוֹ, *et gratiam dispositionis ejus*, Job XLI. 4. Aff. וַיִּתֵּן חִנּוֹ, *et dedit gratiam ejus*, id est, לוֹ, *ipsi*, Gen. XXXIX. 21. id est, *conciliavit ipsi gratiam.*

חַנּוּן, m. *gratiosus, clemens*, Exod. XXII. 26.

חִנָּם, *gratis, immerito, frustra, absque causa*, Gen. XXIX. 15. Exod. XXI. 11.

חֲנִינָה, f. *gratia*, Jer. XVI. 13.

תְּחִנָּה, f. *precatio, deprecatio, supplicatio*, 1 Reg. VIII. 54. Construct. אֶל־תְּחִנַּת עַבְדְּךָ, *ad deprecationem servi tui*, ibid. ver. 30. Cum affixo, וְאֶל־תְּחִנָּתוֹ, *et ad deprecationem ejus*, ibid. ver. 28.

תַּחֲנוּנִים, m. pl. *deprecationes, preces*, Zach. XII. 10. Construct. תַּחֲנוּנֵי, Jerem. III. 21. Aff. וְאֶל־תַּחֲנוּנָיו, *et ad deprecationes ejus*, Dan. IX. 17. Fœm. בְּקוֹל תַּחֲנוּנוֹתָי, *voci deprecationum mearum*, Psalm. LXXXVI. 6.

חָנֵף *contaminatus, profanatus fuit, profane egit, profanus fuit*; et interdum active, *contaminavit, profanavit: hypocrisi uti; hypocritam agere.* Præter. חָנֵפוּ, *profani sunt, profane agunt*, Jerem. XXIII. 11. וְהָאָרֶץ חָנְפָה, *etiam ipsa terra contaminata* vel *profanata est*, Ies. XXIV. 5. Fut. cum inf. חָנוֹף תֶּחֱנַף הָאָרֶץ, *contaminando contaminaretur terra ista*, Jerem. III. 1. וַתֶּחֱנַף אֶת־הָאָרֶץ, *et contaminavit terram*, Jerem. III. 9. Hiph. יַחֲנִיף אֶת־הָאָרֶץ, *contaminabit terram*, Num. XXXV. 33. יַחֲנִיף בַּחֲלַקּוֹת, *contaminabit, hypocrisin exercebit blanditiis*, Dan. XI. 32.

חָנֵף, m. *profanus, impurus, hypocrita*: כֻּלּוֹ חָנֵף, *totus est hypocrita*, Ier. IX. 17. Plur. חֲנֵפִים, *hypocritæ*, Ies. XXXIII. 14. Constr. חַנְפֵי־לֵב, *hypocritæ corde*, Job XXXVI. 13.

חֹנֶף, m. *hypocrisis*, Ies. XXXII. 6.

חֲנֻפָּה, f. idem, Jer. XXIII. 15.

חִנֵּק Pih. *strangulavit*: partic. מְחַנֵּק לְלִבְאֹתָיו, *strangulans leuncu-*

lis suis, Nah. II. 13. Niph. futur. וַיֵּחָנַק, *et strangulavit se*, 2 Sam. XVII. 23.

מַחֲנָק, m. *strangulatio*, Job VII. 15.

חֶסֶד m. *benignitas*, *beneficentia*, *beneficium*, *misericordia*: Item, *probrum*, ex chald. linguæ usu, ubi pro חֶרְפָּה poni solet. עֹשֶׂה חֶסֶד, *exercens benignitatem*, Deut. V. 10. חֶסֶד הוּא, *probrum est*, Levit. XX. 17. וְחֶסֶד לְאֻמִּים, *et probrum nationum*, Prov. XIV. 34. Cum affixo חַסְדּוֹ, *benignitas ejus*, Psalm. CVI. 1. Plural. קָטֹנְתִּי מִכֹּל הַחֲסָדִים, *minor*, id est, *impar sum omnibus his beneficiis*, Genes. XXXII. 11. Construct. זָכְרָה לְחַסְדֵי דָּוִיד, *recordare benignitatem, Davidis*, id est, *erga Davidem*, 2 Par. VI. 42. Aff. כְּרֹב חֲסָדָו, *secundum multitudinem benignitatum suarum*, Psal. CVI. 45.

חִסֵּד, Pih. *probro afficere*, quomodo in Targum sæpe usurpatur, pro hebræo חֵרֵף. Futur. פֶּן־יְחַסֶּדְךָ, *ne probro afficiat te*, Prov. XXV. 10. Sic syriace, דִּמְחַסְדִין לְכוֹן, *quum exprobraverint vobis*, Matth. V. 11. מֶתְחַסְדִינַן, *probris afficimur*, 1 Tim. IV. 10. Hithp. עִם־חָסִיד תִּתְחַסָּד, *cum benigno benignum te exhibebis*, Psal. XVIII. 26.

חָסִיד, m. *benignus*, *beneficus*, *misericors*: item *sanctus*, qui pie et sancte vivit, si de hominibus dicatur, et erga alios *beneficus* est: כִּי־גָמַר חָסִיד, *nam desiit beneficus*, Psalm. XII. 2. אָבַד חָסִיד, *periit beneficus*, Mich. VII. 2. אִישׁ חָסִיד, *vir benignus*, *misericors*, Prov. XI. 17. מִגּוֹי לֹא־חָסִיד, *a gente non benigna*, id est, *maligna*, *crudeli*, *immisericordi*, Psal. XLIII. 1. כִּי חָסִיד אֲנִי, *nam benignus ego sum*, Jer. III. 12. Affix. לְאִישׁ חֲסִידֶךָ, *viro benefico tuo* vel *sancto tuo*, Deut. XXXIII. 8. לֹא תִתֵּן חֲסִידְךָ, *non permittes sanctum tuum*, vel *benignum tuum*, *erga quem tu benignus es*, Psal. XVI. 10. Plur. בִּקְהַל־חֲסִידִים, *in congregatione sanctorum*, Psal. CXLIX. 1. לֹא־יַעֲזֹב אֶת־חֲסִידָיו, *non derelinquet sanctos suos*, Psal. XXXVII. 28.

חֲסִידָה, f. *ciconia*, Jerem. VIII. 7. a *beneficentia*: nam genetricum senectam ciconiæ invicem educant: colla inter avolandum imponunt præcedentibus: fessos duces ad terga recipiunt, scribit Plinius lib. 10. cap. 23. Apud Talmudicos in Cholin, c. 3. fol. 63. legitur » *quare vocatur nomen ejus* חֲסִידָה? *eo quod exercet* חֲסִידוּת, beneficentiam *erga socios suos* » *alimentum cum illis communicando*, ut scholiastes addit.

חָסָה *confugit*, *recepit se ad aliquem*, sub cujus protectione tutus sit, ut pulli sub alis gallinarum: inde est, *speravit*, *confisus est*, *fiduciam habuit*: construitur cum præpos. בּ, et quandoque תַּחַת. Præterit. וְחָסָה בוֹ, *et sperabit in eo*, *recipiet se ad eum*, Psalm. LXIV. 11. Infin. לַחֲסוֹת תַּחַת־כְּנָפָיו, *ad recipiendum te sub alas ejus*, Ruth II. 12.

חָסוּת, f. *receptus*, *refugium*, Ies: XXX. 3.

מַחְסֶה vel מַחֲסֶה, masc. idem. וּמִבְּלִי מַחְסֶה, *et absque perfugio* vel *obtectione*, Job XXIV. 8. Construct. מַחְסֵה כָזָב, *receptum fallaciæ*, id est *fallacem*, Ies. XXVIII. 17. Aff. מַחְסֵהוּ, *receptus ejus*, Psal. XIV. 6.

חָסַל *absumpsit*, *consumpsit*:

futur. כִּי יַחְסְלֶנּוּ, *quia consumet illud locusta*, Deut. XXVIII. 38.

חָסִיל, m. *bruchus*, ab *absumendo*, 1 Reg. VIII. 37.

חָסַם *obturavit*, *capistravit*: part. וְחֹסֶמֶת הִיא, *et obturat illa*, scil. ora vel nares prætereuntium, Ezech. XXXIX. 11: Fut. לֹא תַחְסוֹם, *ne obturato os*, *ne capistrato*, Deut. XXV. 4.

מַחְסוֹם, masc. *capistrum*, Psalm XXXIX. 2.

חֲסַן Chald. *fortis*, *robustus fuit*: in Aphel אַחְסֵן, *apprehendit*, *possedit*. Præter. הֶחֱסִנוּ, *possederunt*, Dan. VII. 22. Futur. וְיַחְסְנוּן מַלְכוּתָא, *et possidebunt regnum*, Dan. VII. 18.

חִסְנָא, chaldaice, *robur*, *potentia*, Dan. II. 37. Aff. בִּתְקַף חִסְנִי, *robore potentiæ meæ*, Dan. IV. 27.

חֲסִין, masculin. *robustus*, Psalm. LXXXIX. 9.

חָסֹן, m. idem, Amos II. 9. Ies. I. 31.

חֹסֶן, m. *robur*, Ies. XXXIII. 6. item *thesaurus*, *opes*, *facultates*, quæ *robur* et *firmamentum* hominis sunt, Ezech. XXII. 25. Proverb. XV. 6. Hinc verbum in Niphal, unde futur. לֹא יֵאָצֵר וְלֹא יֵחָסֵן, *non reponetur in thesaurum neque recondetur*, Ies. XXIII. 18. Synonyma sunt.

חֲסַף חַסְפָּא, Chald. *lutum*, proprie figuli, *argilla*, *testa argillacea*: מִנְּהֵן דִּי חֲסַף, *ex eis*, id est, *partim ex luto*, Dan. II. 33. דִּי פַרְזְלָא וְחַסְפָּא, *ex ferro et ex luto*, id est, *ferreos* et *luteos*, ver. 34.

מְחֻסְפָּס, masc. *rotundum*, Exod. XVI. 14. id est, עָגוּל, juxta Aben Esram.

חָסֵר *defuit*, *defecit*, *destitutus fuit*, *caruit*, *eguit*, *indiguit*: præter. לֹא חָסַרְתָּ דָּבָר, *non eguisti ulla re*, *non defuit tibi quidquam*, Deuter. II. 7. חָסַרְנוּ כֹל, *eguimus omnibus*, Jer. XLIV. 18. Infin. הָלוֹךְ וְחָסוֹר, *eundo et deficiendo*, Gen. VIII. 5. id est, *magis magisque deficiebant et minuebantur*. Pih. חִסֵּר, *destituit*, *defraudavit*, *minuit*, *imminuit*: part. וּמְחַסֵּר אֶת־נַפְשִׁי מִטּוֹבָה, *destituo animam meam bono*, Eccles. IV. 8. Futurum, וַתְּחַסְּרֵהוּ מְעַט, *et deficere fecisti eum parum ab angelis*, Psal. VIII. 6. id est, *minorem paulisper fecisti eum*. Hiph. præterit. הַמַּמְעִיט לֹא הֶחְסִיר, *qui minus colligebat*, *non eguit*, Exod. XVI. 18. Futur. וּמַשְׁקֵה צָמֵא יַחְסִיר, *et potum sitientis deficere facit*, id est, *subtrahit*, Ies. XXXII. 6.

חֹסֶר, m. *inopia*, *penuria*, *defectus*: וְחֹסֶר לֶחֶם, *et penuria panis*, Amos IV. 6. וּבְחֹסֶר כֹּל, *et in penuria omnium rerum*, Deut. XXVIII. 48.

חָסֵר, idem: constr. בַּחֲסַר־לֵב יָמוּתוּ, *defectu animi*, *dementia moriuntur*, Prov. X. 21. Et adjective, ut sequitur.

חֶסֶר, masc. idem, Job XXX. 3. כִּי חֶסֶר יְבֹאֶנּוּ, *quod inopia obveniet ei*, Prov. XXVIII. 22.

חָסֵר, m. *deficiens*, *destitutus*, *carens*, *egens*, *indigens*; מָה־אַתָּה חָסֵר עִמִּי, *cujus tu indigens es apud me?* 1 Reg. XI. 22. Constr. וַחֲסַר לָחֶם, *et carens* vel *indigens pane*, 2 Sam. III. 29.

חַסִּיר, Chald. idem: וְהִשְׁתְּכַחַתְּ חַסִּיר, *et inventus es deficiens*, Dan. V. 27.

חֶסְרוֹן, masc. *defectus*, Eccles. I. 15.

מַחְסוֹר, m. *egestas, indigentia, penuria*, Jud. XVIII. 10. Affix. כָּל־מַחְסוֹרְךָ עָלַי, *omnis penuria tua sit super me*, Jud. XIX. 20. Plural. וּמַחְסוֹרֶיךָ כְּאִישׁ מָגֵן, *et egestates tuæ*, id est, *maxima egestas tua*, *ut vir clypeatus*, scil. *advenit*, Proverb. XXIV. 34.

חָפָה *texit, occultavit, operuit*: præt. וְחָפוּ רֹאשָׁם, *et operient caput suum*, Jer. XIV. 3. Particip. רֹאשׁ לוֹ חָפוּי, *caput ipsi erat opertum*, 2 Sam. XV. 30. Niph. partic. fœm. נֶחְפָּה בַכֶּסֶף, *tecta argento*, Psal. LXVIII. 14. Pih. præter. חִפָּה זָהָב, *obtexit auro*, 2 Par. III. 9. futur. per apoc. וַיְחַף אֶת־הַבַּיִת, *et obtexit domum*, ver. 7. Et cum א loco tertiæ radicalis, וַיְחַפְּאוּ, *et occultarunt*, 2 Reg. XVII. 9.

חָפַז *trepidavit, contremuit, acceleravit cum tremore*: infin. אָמַרְתִּי בְחָפְזִי, *dixi in festinando me*, id est, in *festinatione* mea, vel *trepidatione*, Psalm. XXXI. 23. qua phrasi Judæi utuntur in fine suarum epistolarum, pro eo quod latine dicimus, *scripsi raptim*. Futur. וְאַל־תַּחְפְּזוּ, *neque trepidate*, Deut. XX. 3. Niph. præt. נִבְהֲלוּ נֶחְפָּזוּ, *conturbati sunt, trepidarunt*, Psalm. XLVIII. 6. Particip. נֶחְפָּז לָלֶכֶת, *acceleratus ad eundum*, 1 Sam. XXIII. 26. id est, *accelerabat abitum*. Futur. יֵחָפֵזוּן, *trepide surripuerunt se*, Psal. CIV. 7.

חִפָּזוֹן, m. *festinatio*, Exod. XII. 11.

חֹפֶן חפן, m. *pugillus, pugnus*: duale, מְלֹא חָפְנַיִם, *præ plenitudine utriusque pugni*, Eccles. IV. 6. Constr. אֶל־חָפְנֵי, *in pugnos*, Ezech. X. 7. Affix. וּמְלֹא חָפְנָיו, *et plenitudinem pugillorum suorum*, id est, *plenos pugillos suos*, Lev. XVI. 12.

חָפַף *texit, protexit; obtexit, operuit*: partic. חוֹפֵף עָלָיו, *obtegens super eum*, id est, *protegens*, Deut. XXXIII. 12.

חוֹף, m. *portus*, quasi navium *protectio*, Jos. IX. 1.

חַף, *nitidus, mundus, tectus ab immundicie*, Job XXXIII. 9.

חֻפָּה, f. *obtectio, protectio*, Ies. IV. 5. item *thalamus*, nuptialis proprie: aff. מֵחֻפָּתוֹ, *de thalamo suo*, Psal. XIX. 6. וְכַלָּה מֵחֻפָּתָהּ, *et sponsa de thalamo suo*, Joel II. 16.

חָפֵץ *voluit, optavit, desideravit, deamavit: delectatus, oblectatus, bene affectus fuit: placuit, complacuit.* Construitur cum accusativo et ablativo mediante præpositione בְּ. Præt. חָפֵץ בְּבַת יַעֲקֹב, *deamavit filiam Jacobi*, Gen. XXXIV. 19. Fut. יַחְפֹּץ זְנָבוֹ כְמוֹ אָרֶז, *cum volet, cauda ejus est ut cedrus*, sc. *arrecta* et *immobilis*, Job XL. 17. hyperbole: Aben Esra יַעֲמִיד, *erigit, arrigit* caudam suam: R. Levi et Aben Esra, *celeriter movet, motitat*, quasi a חָפַז per commutationem ז et צ, quia sunt literæ homogeneæ.

חָפֵץ, m. *volens, desiderans, qui delectatur re aliqua*: לֹא אֵל חָפֵץ רֶשַׁע, *non Deus volens improbitatem*, Psalm. V. 5. Plural. אֲשֶׁר אַתֶּם חֲפֵצִים, *quem vos desideratis*, Mal. III. 1. Construct. חֲפֵצֵי צִדְקִי, *qui delectantur justitia mea*, Psalm. XXXV. 27. Fœmin. בְּנֶפֶשׁ חֲפֵצָה, *animo cupido*, 1 Par. XXVIII. 9.

חֵפֶץ, m. *voluntas, desiderium, studium, delectatio, oblectatio, oblectamentum, optatum*: eleganter construi-

tur cum præpositione ב, ut verbum ipsum: אֵין חֵפֶץ לַמֶּלֶךְ בְּמֹהַר, *non est oblectatio regi in dote*, 1 Sam. XVIII. 25. Affix. מִמְּצוֹא חֶפְצְךָ, *ut non invenias voluntatem tuam*, Ies. LVIII. 13. id est, *obsequaris libidini tuæ*, cupita exsequaris. Plur. וְכָל־חֲפָצִים, *et omnia desideria, desiderata oblectamenta, quæcumque expetuntur*, Prov. VIII. 11. Aff. כָּל־חֲפָצֶיךָ, *omnia desideria tua*, Prov. III. 15.

חָפַר *fodit, effodit, perfodit*, metaphorice *pervestigavit, perscrutatus est*: item *erubuit, puduit, pudore perfusus fuit; probro, ignominia affectus* aut *confusus fuit*. Præter. חָפַר אֹכֶל, *pervestigat cibum*, Job XXXIX. 29. בּוֹשָׁה וְחָפְרָה, *erubescet et pudebit eam*, Jer. XV. 9. Part. חֹפֵר גּוּמָּץ, *fodiens fossam*, Eccles. X. 8. In Hiphil nunc transitivum, nunc intransitivum est: præt. הֶחְפִּיר לְבָנוֹן, *pudebat Libanum*, Ies. XXXIII. 9. Partic. בֵּן מֵבִישׁ וּמַחְפִּיר, *filius pudefaciens et probris afficiens*, Prov. XIX. 26. Futur. וְיַחְפִּיר, *et pudefacit*, Proverb. XIII. 5. לֹא תַחְפִּירִי, *non eris ignominia confusa*, Ies. LIV. 4.

*חֲפֹר פֵּרוֹת, f. pl. *talpæ*, Ies. II. 20. ab *effodienda terra* sic dicti. Scribitur ut duæ dictiones, sed opinio mea est, inquit Aben Esra, esse tantum unicam. Masorethæ de isto nihil notarunt. חֲפִירָא et per aphæresin פִּירָא, *fossa*, apud Talmudicos. Unde חֲפַרְפֶּרֶת vel חֲפַרְפֵּרָה, *talpa*.

חפש חֹפֶשׁ, m. *libertas*, Ezech. XXVII. 20. Aff. חֻפְשָׁה לֹא נִתַּן־לָהּ, *libertas ejus non datur ei*, Lev. XIX. 20. deficiente Mappik, ut Masorethæ observarunt. Kibbutz est loco Kametz chatuph, pro חָפְשָׁהּ.

חָפְשִׁי, m. *liber, manumissus*, Exod. XXI. 5. יֵצֵא לַחָפְשִׁי חִנָּם, *exibit pro libero gratis*, Exod. XXI. 2. et sic, לַחָפְשִׁי יְשַׁלְּחֶנּוּ, *pro libero dimittet eum*, ver. 27. Plural. חָפְשִׁים, *liberi*, Ies. LVIII. 6.

חָפְשִׁית, *libertas*: בְּבֵית הַחָפְשִׁית, *in domo libertatis*, 2 Reg. XV. 5. id est, *libera, solitaria*, a reliquis domibus semota, juxta legem de leprosis, Levit. XIII. 46. Scribitur et חָפְשׁוּת, 2 Par. XXVI. 21. quod tamen Masorethæ tradunt legendum חָפְשִׁית.

חֻפָּשׁ, Pyh. *libertate donari*: præter. לֹא חֻפָּשָׁה, *non fuit libertate donata*, Levit. XIX. 20.

חָפַשׂ *scrutatus, perscrutatus est, pervestigavit*: partic. חֹפֵשׂ כָּל־חַדְרֵי, *pervestigans omnia penetralia*, Prov. XX. 27. Niph. præter. אֵיךְ נֶחְפְּשׂוּ, *quomodo pervestigata sunt*, Obad. ver. 6. Pih. præteritum, וְחִפַּשְׂתִּי אֹתוֹ, *et perscrutabor eum*, 1 Sam. XXIII. 23. Imper. חַפְּשׂוּ וּרְאוּ *pervestigate et videte*, 2 Reg. X. 23. Pyh. particip. חֵפֶשׂ מְחֻפָּשׂ, *perscrutatio perscrutata*; Psalm. LXIV. 7. Futur. יְחֻפַּשׂ אָדָם, *pervestigabitur homo*, Prov. XXVIII. 12. In Hithp. *mutare se, dissimulare se mutato habitu*: præterit. הִתְחַפֵּשׂ, *dissimulavit se*, 2 Paral. XXXV. 22. Futur. יִתְחַפֵּשׂ לְבוּשִׁי, *mutavit se*, vel *mutatum est vestimentum meum*, Job XXX. 18.

חֵפֶשׂ, m. *perscrutatio*, Psal. LXIV. 7.

חָצַב *cecidit, excidit, incidit*: præter. יֶקֶב חָצַב, *torcular excidit*, Ies. V. 2. Partic. cum י paragogico, חֹצְבִי, *cædens*, Ies. 22. 16. Simile vide in הָפַךְ et אָסַר. Niph. futur. בְּצוּר יֵחָצְבוּן, *in rupe exciderentur*,

Job XIX. 24. Pyh. præt. חֲצַבְתֶּם, *excisi estis*, Ies. LI. 1. Hiph. partic. fœm. הַמַּחְצֶבֶת, *quæ excidit*, Ies. LI. 9.

מַחְצֵב, *excisio*: וְאַבְנֵי מַחְצֵב, *et lapides excisionis*, id est, *cæduos*, 2 Reg. XII. 13.

חָצָה *dimidiavit*, *divisit*, *distribuit*, *partitus est*. Præter. וְחָצִיתָ אֶת־הַמַּלְקוֹחַ, *et divides capturam* vel *prædam*, Numer. XXXI. 27. Niph. futurum per apocopam, וַתֵּחָץ, *et dividetur*, Dan. XI. 4.

חֲצִי, m. *dimidium*, *pars dimidiata*: in pausa notatur cum Tzere in penultima, cum alia similis formæ soleant notari cum Sægol. Sed et a חֲלִי dicitur חֳלִי cum vocali longa. וְאַמָּה וָחֵצִי, *et cubitus et dimidius*, id est, *sesquicubitus*, Exod. XXV. 10. לֹא הֻגַּד לִי הַחֵצִי, *non fuit mihi nunciatum dimidium*, 1 Reg. X. 7. Constr. בַּחֲצִי הַשָּׁמָיִם, *in medio cœli*, Jos. X. 13. Aff. חֶצְיוֹ, *dimidium ejus*, Jos. VIII. 33.

חֲצוֹת, f. idem: כַּחֲצוֹת הַלַּיְלָה, *circiter medium noctis*, Exod. XI. 4.

מֶחֱצָה, f. *dimidia pars*, Numer. XXXI. 36. Constr. מֶחֱצַת הָעֵדָה, *dimidia pars cœtus*, ver. 43.

מַחֲצִית, f. idem, Exod. XXX. 13. Aff. מַחֲצִיתוֹ, *dimidium ejus*, Exod. XXX. 23.

חצן חֹצֶן, m. *brachium*, *lacertus*, Ies. XLIX. 22. Aff. חָצְנִי נָעַרְתִּי, *lacertum meum excussi*, Neh. V. 13. ubi R. Salomon *alam*, *axillam* interpretatur. וְחִצְנוֹ, *aut lacertum suum*, Psalm. CXXIX. 7. quod est a forma חֹצֶן. Aben Esra, *oram vestimenti*, in Nehemia.

minus certum tempus, Exod. IX. 5. קְרִאֵי מוֹעֵד, *vocati cœtus*, Num. XVI. 2. id est, *præcipui e cœtu convocati*: וַיֹּאכְלוּ אֶת־הַמּוֹעֵד, *et comederunt sollemnitatem*, 2 Par. XXX. 22. id est, *sacrificia sollemnitatis*, ut Kimchi interpretatur in libro Rad. Affix. שִׁחֵת מוֹעֲדוֹ, *perdidit conventum suum*, Thren. II. 6. h. e. *locum conventus* et *congregationis* populi sui. Plur. בַּמּוֹעֲדִים, *in sollemnitatibus*, Ezech. XLVI. 9. וּלְמוֹעֲדִים, *et in tempestates* vel *stata tempora*, Gen. I. 14. Constr. מוֹעֲדֵי יְהוָֹה, *sollemnitates Domini*, Levit. II. 2. כָּל־מוֹעֲדֵי־אֵל, *omnes conventus*, id est, *conventuum loca synagogas*, Ps. LXXIV. 8. Aff. בְּמוֹעֲדָיו, *in cœtibus ejus*, Ies. XIV. 31. בְּקֶרֶב מוֹעֲדֶיךָ, *in medio cœtuum tuorum*, *synagogarum tuarum*, Ps. LXXIV. 4. et fœm. וְלַמּוֹעֲדוֹת, *et statis temporibus*, 2 Par. VIII. 13.

מוּעָדָה, f. *conventus*: עָרֵי הַמּוּעָדָה, *civitates conventus*, Jos. XX. 9.

יָעָה *ejecit*, *removit*, *pala* vel *furcillis* proprie. Præt. וְיָעָה בָרָד, *et excernet* vel *removebit grando*, Ies. XXVIII. 17.

יָעִים, m. pl. *palæ*, Ex. XXXVIII. 3. instrumentum ad removendum cinerem ab altari. R. Sal. scribit Ex. XXVII. fuisse simile operculo ollæ ex ære fusili tenui, cum capulo oblongo. Aff. וְיָעָיו, *et palas ejus*, Ex. XXVII. 3.

יָעַז *robustus*, *robore præditus*. Niph. partic. אֶת־עַם נוֹעָז, *populum robore præditum*, Ies. XXXIII. 19. Convenit cum עָזַז. R. Sal. hic et Ps. CXIV. 1. facit idem cum לוֹעֵז *barbarus*, commutatis ל et נ, ut fit in לִשְׁכָּה, et נִשְׁכָּה *cubiculum*. R. David deducit ab עזז, et intelligit *Chasdim*, sive Chaldæos, *populum robustissimum*, et *sermonis peregrini*, syri scilicet, quem non intelligebant nisi pauci Judæi.

יָעַט *amicivit*: præterit. מְעִיל צְדָקָה יְעָטָנִי, *pallio justitiæ amicivit me*, Ies. LXI. 10.

יְעַט, Chald. *consilium iniit* vel *dedit*, *consuluit*, ab hebræo יָעַץ, commutatis צ et ט. Ithpah. præterit. אִתְיָעַטוּ, *consilium inierunt*, Dan. VI. 8.

יָעֲטִין, m. pl. Chald. *consiliarii*: aff. יָעֲטוֹהִי, *consiliarii ejus*, Esr. VII. 14.

עֵטָא, f. *consilium*, Dan. II. 14.

יעל Hiph. הוֹעִיל, *profuit*, *profecit*, *utile fuit*: præter. מָה־הוֹעִיל, *quid profuit* (*sculptile*,) Hab. II. 18. Particip. וְאֵין בָּם מוֹעִיל, *et non in eis utile existens* vel *utilitatem afferens*, Jer. XVI. 19. id est, *inutilia*.

יַעֲלָה, f. *rupicapra*: construct. וְיַעֲלַת־חֵן, *et rupicapra gratiæ*, id est, *gratiosa*, Prov. V. 19.

יְעֵלִים, m. pl. *rupicapræ*, 1 Sam. XXIV. 3. Constr. יַעֲלֵי סָלַע, *capreæ rupis*, id est, *rupicapræ*, Job XXXIX. 1. Possit ad עָלָה referri, ut sic ab *ascendendo* dictæ sint.

בְּלִיַּעַל, *nequam*, *nullius utilitatis*. Vide in עלל.

יַעַן *propter*, *propterea*, *eo quod*, *quandoquidem*, *quia*. Quidam referunt ad עָנָה, *respondit*, quod *redditionem* et quasi *responsionem quamdam causæ* denotet: יַעַן־טִמֵּאת, *eo quod impurasti*, Ezech. III. 11. יַעַן מָשַׁח יְהוָֹה אֹתִי, *eo quod unxit Dominus me*, Ies. LXI. 1. Et cum aliis vocibus, יַעַן אֲשֶׁר עָשִׂיתָ, *eo quod fecisti*, Gen. XXII. 16. יַעַן כִּי, *propterea quod*, Num. XI. 20. יַעַן מֶה, *propter quid? quamobrem?* Hag. I.

9. יַעַן בֵּיתִי, *propter domum meam*, ibid. Et per pleonasmum, יַעַן וּבְיַעַן, *quia et quandoquidem*, Lev. XXVI. 43. Ezech. XIII. 10.

יַעֲנָה, vide in עָנָה.

יָעַף *lassus*, *lassatus*, *fatigatus*, *defessus fuit*: præter. וְיָעֵפוּ, *ac defatigatæ fuerint*, Jerem. LI. 58. Fut. לֹא יִיעַף, *non lassatur*, Ies. XL. 28.

יָעֵף, m. *fessus*, *lassus*, *defessus*: נוֹתֵן לַיָּעֵף כֹּחַ, *dans lasso robur*, Ies. XL. 29. Plur. לַאֲנָשֶׁיךָ הַיְּעֵפִים, *viris tuis defessis*, Jud. VIII. 15.

יְעָף, m. *lassitudo*, Dan. IX. 21. Vide et עוּף.

תּוֹעָפוֹת, f. pl. *vires*, Job XXII. 25. Constructum, וְתוֹעֲפוֹת הָרִים, *et vires montium ei*, Psalm. XCV. 4. כְּתוֹעֲפֹת רְאֵם לוֹ, *ut vires unicornis ipsi sunt*, Num. XXIII. 22. sic Targum et Hebraei. In Psalmo tamen R. Salomon *altitudines* exponit: et, *altitudines montium* per hypallagen pro, *montes altitudinum*, id est, *altissimi*, quasi *montes lassitudinum* dicti, quod *lassitudinem pariant*, dum conscenduntur.

יָעַץ *consilium iniit*, *consilium cepit*, *consilium dedit*, *consuluit*. Præt. מִי יָעַץ זֹאת, *quis cepit consilium hoc*, Ies. XXIII. 8. זִמּוֹת יָעָץ, *sceleratas cogitationes secum consultat*, Ies. XXXII. 7. יְעָצָנִי, *consilium dedit mihi*, Psalm. XVI. 7. Particip. אֲשֶׁר הוּא יוֹעֵץ עָלָיו, *quod ipse consulturus est super eum*, Ies. XIX. 17. Passim in nomen transit: pro *consiliario*: הַלְיוֹעֵץ, *num pro consiliario*, 2 Par. XXV. 16. Cum aff. אִם־יוֹעֲצֵךְ, *num consiliarius tuus periit?* Mich. IV. 9. Et fœmin. יוֹעַצְתּוֹ, *consiliaria ejus*, 2 Par. XXIII. 3. Particip. Pahul: הָעֵצָה הַיְּעוּצָה, *consilium quod initum fuit*, Ies. XIV. 26. Niph. præter. אֶת־מִי נוֹעָץ, *cum quo communicavit consilium*, Ies. XL. 14. נוֹעֲצוּ יַחְדָּו, *consultant pariter*, Psalm. LXXI. 10. Hithp. futur. וְיִתְיָעֲצוּ, *et consultant*, Psal. LXXXIII. 4.

עֵצָה, f. *consilium*: לִי עֵצָה, *mihi vel meum est consilium*, Prov. VIII. 14. Construct. אֶת־עֲצַת הַזְּקֵנִים, *consilium senum*, 1 Reg. XII. 8. Aff. לַעֲצָתוֹ, *consilio ejus*, Ps. CVI. 13. Plur. עֵצוֹת, *consilia*, Deut. XXXII. 28. בְּרֹב עֲצָתָיִךְ, *in multitudine consiliorum tuorum*, Ies. XLVII. 13. Simile fuit supra in חָמֵשׁ ad fœmininum ejus, et in אָחוֹת.

מוֹעֵצוֹת, f. pl. *consilia*, *consultationes*, Prov. XXII. 20. Cum affixo בְּמוֹעֲצוֹתֵיהֶם, *cum consiliis suis*, Psalm. LXXXI. 13.

יַעַר m. *sylva*: item *favus*, proprie *sylvestris*, quod in terra Chanaan magna mellis copia in sylvis esset. וַיָּבֹא יַעַר, *et venit in sylvam*, 1 Sam. XXII. 5. חֲזִיר מִיַּעַר, *porcus de sylva*, Psalm. LXXX. 14. id est, *porcus sylvestris*. Notant Talmudici, ע in hac voce esse mediam literam in toto libro Psalmorum: item versum וְהוּא רַחוּם, *et ipse misericors*, Ps. LXXVIII. 38. esse medium versum totius libri Psalmorum: Kidduschin c. 1. fol. 30. Masorethæ de litera ע, ceu media libri Psalmorum, nihil notarunt. Medietatem etiam (quod versiculorum ratione dici puto) non ad istum, sed ad 36, qui incipit וַיְפַתּוּהוּ assignarunt. Hoc unum. Alterum, litera ע in Bibliis venetis magnis antiquioribus et in manuscriptis authenticis, supra reliquas literas in hac voce suspensa est. Causam aliquam affert R. Salomon, quam prætereo. Sed R. Bechai in commentario in Legem

et in כד הקמח, capite גאולה, scribit: והעין התלויה כי כן הם עובדי התלוי, id est, *litera Ain suspensa est*, *nam sic sint cultores suspensi istius*, id est, *Christi*, quem sic vocant. Vide Gen. XXV. 39. in Aben Esra, et Vajikra rabba sect. 13. Sic R. Bechai virulentus hoc loco in christianos scriptor. Nam per *porcum de sylva*, intelligunt regem Romanorum et regnum romanum, cui porcus in cibis est. Sunt qui putant ea litera suspensa indicari 70. annos exsilii babylonici. Masorethæ notant, *quatuor* esse tales literas suspensas. *Prima*, ע in voce מִיַּעַר Ps. LXXX. 14. *Altera*, litera ע, in voce רְשָׁעִים, Job XXXVIII. 13. *Tertia*, ע in מֵרְשָׁעִים, ibidem ver. 15. nempe litera ע. quæ oculum significat, ex רשעים sublata, manet רשים, id est, *pauperes*. Improbi *oculo mentis* privati, fiunt *pauperes*, *destituti* nempe *luce cœlesti*, de qua illic sermo est. *Quarta*, נ in voce מְנַשֶּׁה, Jud. XVIII. 30. ubi fit mentio Ghersomi filii Menassis. Ghersomum istum tradunt fuisse filium משה, *Mosis*; sed quod idololatriam esset amplexus, non denominari filium משה, *Mosis* (dedecus id Mosi fuisset) sed interposita et suspensa litera נ, filium מנשה, *Menassis*. Suspensa fuit litera ista, tamquam non pertinens ad dictionem; nempe si pius fuisset, aut resipuisset, dictus fuisset omissa ista litera suspensa, *filius* משה, *Mosis*: contra, *filius* מנשה, *Menassis*: nam Mosi fuisset ignominiosum, talem habuisse filium. Vide Sanhedrin cap. 11. fol. 103. et Bava bathra cap. 8. fol. 109. Talmud hierosolymitanum cap. 9. fol. 13. edit. Cracov. cum com. item Kimchium ad Jud. XVII. 7. Redeamus ad vocem. Cum affixo, וּכְבוֹד יַעְרוֹ, *et gloriam sylvæ ejus*, Jes. X. 18. יַעְרִי, *favum meum*, Cant. V. 1. Plural. מִן הַיְּעָרִים, *ex sylvis*, Ezech. XXXIX. 10. Fœm. construct. בְּיַעֲרַת הַדְּבָשׁ, *in favum mellis*, 1 Sam. XIV. 27. Plural. יְעָרוֹת, Psal. XXIX. 9.

יָפָה *pulcrum esse*: præt. מַה־יָּפוּ דֹדַיִךְ, *quam pulcri sunt amores tui*, Cant. IV. 10. מַה־יָּפִית, *quam pulcra es*, Cant. VII. 7. Futurum per apocopam contractum וַיִּיף בְּגָדְלוֹ, *et pulcra erit magnitudine sua*, Ezech. XXXI. 7. וַתִּיפִי בִּמְאֹד מְאֹד, *et pulcra fuisti supra modum*, Ezech. XVI. 13. Pih. futur. וּבְזָהָב יְיַפֵּהוּ, *et auro pulcrum reddidit ipsum*, Jer. X. 4. Pyh. præt. ex geminatis duabus literis, יָפְיָפִיתָ, *pulcherrimus* vel *longe pulcrior redditus* vel *effectus es*, Psalm. XLV. 3. Hithp. futur. לַשָּׁוְא תִּתְיַפִּי, *in vanum reddis te pulcram*, Jer. IV. 30.

יָפֶה, masc. *pulcher*, Cant. I. 16. Constr. יְפֵה תֹאַר וִיפֵה מַרְאֶה, *pulcher forma*, *et pulcher aspectu*, Gen. XXXIX. 6. Fœm. הִנָּךְ יָפָה, *ecce tu pulcra es*, Cant. I. 15. Constr. יפת תֹּאַר, *pulcra forma*, Gen. XXIX. 17. Plural. נָשִׁים יָפוֹת, *mulieres formosæ*, Job XLII. 15. Constr. יְפוֹת מַרְאֶה, *pulcræ aspectu*, Gen. XLI. 2.

יְפֵה־פִיָּה, f. *pulcherrima*, *speciosissima*, Jer. XLVI. 20. Nomen, scribit Kimchi in Com. quod scribitur ut duæ dictiones, legitur autem tamquam una; et secunda ac tertia radicalis geminatæ sunt, ad summam pulcritudinem indicandam. Simile vide in radice חפר.

יֳפִי, masc. *pulcritudo*, Ezech. XXVIII. 7. et יָפְיִ; unde in pausa וְיֹפִי, et inde יָפְיוֹ, *pulcritudo ejus*, Zach. IX. 17.

יפח Hithp. *anhelare*, *suspirare*,

futur. תְּתְיַפֵּחַ, *anhelat*, Jer. IV. 31. Convenit cum פּוּחַ.

יָפֵחַ, m. *spirans*: constr. וִיפֵחַ חָמָס, *et spirans violentiam*, Psalm. XXVII. 12.

יפע Hiph. הוֹפִיעַ, *splenduit*, *illuxit*: præterit. וְהוֹפִיעַ אוֹר עֲנָנוֹ, *et splendet lux nubis suæ*, Job XXXVII. 15. Hebræi transitive exponunt, *splendescere facit*, *splendidam reddit lucem nubis suæ*. Futur. וְאַל־תּוֹפַע עָלָיו נְהָרָה, *neque illuxisset super eum splendor*, Job III. 4.

יִפְעָה, fœm. *splendor*: affix. וְחִלְּלוּ יִפְעָתֶךָ, *et polluent splendorem tuum*, Ezech. XXVIII. 7.

יפת מוֹפֵת, m. *prodigium*, *portentum*, *ostentum*. אוֹת אוֹ מוֹפֵת, *signum aut prodigium*, Deut. XIII. 2. Affix. אֲנִי מוֹפֶתְכֶם, *ego sum ostentum vestrum*, Ezech. XII. 11. Plural. וְנָתַתִּי מוֹפְתִים, *et edam ostenta*, Joel III. 3. Aff. וּמֹפְתָיו, *et portenta sua*, Psal. LXXVIII. 43.

יָצָא *exivit*, *prodiit*, *processit*, *discessit*, *digressus*, *progressus*, *egressus est*. Præt. הַשֶּׁמֶשׁ יָצָא, *sol prodibat super terram*, Genes. XIX. 23. Et א ejecto, עָרֹם יָצָתִי, *nudus egressus sum*, Job I. 21. Cum affixo: יְצָאֻנִי, *egressi sunt ex me*, Jer. X. 20. pro יָצְאוּ מִמֶּנִּי juxta hebræos. Et sic sæpe affixa verbis intransitivis juncta, per præpositionem interjectam explicanda sunt. Particip. fœmin. in ת, יֹצֵאת, *egrediebatur*, Jud. XI. 34. et יֹצֵת, Deut. XXVIII. 57. Infinit. יְצֹא, et contracte צֵאת, Gen. XXIV. 11. pro צְאֵת juxta formam quiescentium prima י. Hiph. הוֹצִיא, *exire fecit*, *eduxit*, *produxit*, *protulit*, *extulit*, *deprompsit*. Præt. הוֹצִיא שֵׁם רָע, *protulit nomen malum*, *famam malam*, Deuter. XXII. 10. Imperat. הַיְצֵא אִתְּךָ, *educito tecum*, Genes. VIII. 17. quod ad formam perfectorum juxta Masorethas legendum הַיְצֵא. Hoph. præt. הוּצְאָה, *educta est*, Ezech. XXXVIII. 8. Particip. הַמּוּצָאִים, *qui educuntur*, Ezech. XIV. 22. Fœm. הִיא מוּצֵאת, *ipsa educebatur*, Gen. XXXVIII. 25.

צֵא, m. *sordes*, *excrementum*, Ies. XXX. 22. ubi Masoretharum glossa est significare טִנּוּף, *inquinamentum*. Quibusdam est imperativus interjectionis vim habens, *apage*.

צֵאָה, fœm. *excrementum*, *stercus*: constr. צֵאַת הָאָדָם, *excrementi hominis*, Ezech. IV. 12. Aff. אֶת־צֵאָתֶךָ, *excrementum tuum*, Deut. XXIII. 13.

צֹאָה, f. idem: קִיא צֹאָה, *vomitu (et) excremento*, sive *sordibus*, Ies. XXVIII. 8. Constr. אֵת צֹאַת בְּנוֹת־צִיּוֹן, *excrementum*, *stercus filiarum Tzionis*, Ies. IV. 4. Aff. וּמִצֹּאָתוֹ, *et a stercore suo*, *sordibus suis*, Prov. XXX. 12.

צֹאִים, m. pl. *sordidi*: הַבְּגָדִים הַצֹּאִים, *vestimenta sordida*, *excremento infecta*, Zach. III. 3.

צֶאֱצָאִים, m. pl. *filii*, *prognati*; *res prognatæ*, *propagines*, quasi *egressiones* vel *progressus* dicas: הַצֶּאֱצָאִים, *prognati*, *filii*, Ies. XXII. 24. qui sunt יְצִיאֵי מֵעַיִם, ut Aben Esra scribit, id est, *egressiones viscerum*, egredientes ex visceribus matris; et sic Chaldæus בְּנַיָּא, *filii*. Quidam, *proventus*. Constr. וְצֶאֱצָאֵי מֵעֶיךָ, *et prognati viscerum tuorum*, Ies. XLVIII. 19. Aff. וְצֶאֱצָאֶיךָ, *et prognati tui vel a te*, Job V. 25.

וְצֶאֱצָאֶיהָ, *et res prognatas ex ea*, Ies. XLII. 5.

מוֹצָא, masc. *exitus, exortus, progressus; productio, prolatum, pronunciatum.* מֹצָא דֶשֶׁא, *productionem teneræ herbæ*, Job XXXVIII. 27. וּמוֹצָא שְׂפָתַי, *et prolatum labiorum meorum*, Ps. LXXXIX. 35. מִמּוֹצָא, *ab exortu*, Ps. LXXV. 7. Aff. מֹצָאוֹ, *exortus ejus*, Hos. VI. 3. Plur. constr. וּמֹצָאֵי מַיִם, *et processus aquarum*, Psal. CVII. 33. Aff. וּמוֹצָאָיו, *et exitus ejus*, Ezech. XLIII. 11.

מִיצִיאִים, m. pl. *prognati*. Constr. וּמִיצִיאֵו מֵעָיו, *et prognati viscerum ejus*, *egressi ex visceribus ejus*, id est, *filii ejus*, 2 Paral. XXXII. 21. Scribitur in fine cum ו, sed juxta Masorethas legendum per י; et מ potius præpositio est, quam Heemanticum, *ex egressis e visceribus ejus*, id est, quidam filiorum ejus; cui simile מִילִידֵי, *de filiis*, 1 Paral. XX. 4.

מוֹצָאוֹת, f. pl. *exitus, exortus*: aff. מוֹצָאֹתָיו, *exortus ejus*, Mich. V. 2. Item *latrinæ*, excrementorum loca vel receptacula: nomen in textu quidem biblico non occurrens hac significatione, sed a Masorethis pro alia voce in margine substitutum. Vide חָרָר.

תּוֹצָאוֹת, f. pl. *exitus*, Psalm. LXVIII. 21. Constr. תּוֹצְאוֹת חַיִּים, *egressiones, exitus vitæ*, Prov. VI. 23. Affix. תּוֹצְאֹתָיו, *exitus ejus*, Num. XXXIV. 4.

יצב יַצִּיב, Chald. *verum, firmum, veritas, certitudo:* וְיַצִּיב חֶלְמָא, *et verum est somnium*, Dan. II. 45. יַצִּיבָא, *verum est*, Dan. III. 24. וְיַצִּיבָא אֶבְעֵה, *et veritatem quæsivi*, Dan. VII. 16. Et sine Jod, וּצְבִית לְיַצָּבָא, *et desideravi veritatem*, ibid. ver. 19. מִן יַצִּיב, *de firmo* vel *vero*, id est, *vere*, Dan. II. 8.

יצב Hiph. הִצִּיב, *statuit, constituit:* הִצִּיב דְּלָתֶיהָ, *statuit fores ejus*, 1 Reg. XVI. 34. Partic. מַצִּיב לוֹ יָד, *constituit sibi locum*, 1 Sam. XV. 12. Hoph. præterit. וְהֻצַּב, *et statio posita fuit*, Nah. II. 8. Hebræis proprium nomen est reginæ Assyriorum. Part. סֻלָּם מֻצָּב, *scala constituta*, Genes. XXVIII. 12. Niph. נִצַּב, *sisti, collocari, constitui, stare, consistere:* præterit. וְנִצַּבְתָּ, *et consistes*, Ex. VII. 15. Part. הִנֵּה אָנֹכִי נִצָּב, *ecce ego consisto*, Gen. XXIV. 13. הַנִּצָּב, *qui constitutus erat*, Ruth II. 5. Hithp. הִתְיַצֵּב, *sistere, statuere se, assistere, consistere:* præterit. וְהִתְיַצְּבוּ שָׁם עִמָּךְ, *et sistent se ibi tecum*, Num. XI. 16. Irregulare est ex futuro וַתֵּתַצַּב, *et stetit*, Exod. II. 4. pro וַתִּתְיַצֵּב.

נִצָּב, *præfectus, præstitutus regioni vel provinciæ alicui*; ut נִצָּב מֶלֶךְ, *præfectus*, sc. *regni*, *erat rex*, 1 Reg. XXII. 48. Item *capulus*, cultri scil. vel ensis, sic dictus quod in eo *gladius consistat*, Jud. III. 22. Plur. נִצָּבִים, *præfecti, sitarchi, præfecti annonæ*, 1 Reg. IV. 7. *curatores*, 1 Reg. V. 16.

מֻצָּב, m. *statio, stativa, castra*, vel *munitiones in quibus milites subsistunt:* וְצַרְתִּי עָלַיִךְ מֻצָּב, *et obsidebo te stativis*, Ies. XXIX. 3. Chaldæus כַּרְקוֹם, quod est ex græco χαράκωμα, *vallum, agger*.

מַצָּב, מַצַּב, m. *status, statio, locus ubi quid stat* aut *consistit*, Jos. IV. 3. *acies stationaria* seu *statio militum*, 2 Sam. XIII. 23. Affix. מִמַּצָּבְךָ, *de statione tua*, Ies. XXII. 19.

מַצָּבָה, f. *statio militum*, 1 Sam. XIV. 12.

מַצֵּבָה, f. *statua*, Genes. XXVIII. 18. Constr. אֶת־מַצְּבַת הַבַּעַל, *statuam Bahal*, 2 Reg. X. 27. et in ת, מַצֶּבֶת, Genes. XXXV. 20. 2 Sam. XVIII. 18. *statumen*, Ies. VI. 13. מַצַּבְתָּהּ, *statumen ejus*, ibidem. Plur. מַצֵּבוֹת, *statuæ*, 2 Reg. XVII. 10. Constr. אֶת־מַצְּבוֹת בֵּית־הַבַּעַל, *statuas domus Bahal*, 2 Reg. X. 26.

יצג Hiph. הִצִּיג, *statuit*, *constituit*, *stitit*, *collocavit* : præt. וְהִצִּיגֵנִי, *et constituit me*, Job XVII. 6. Pyh. futur. יֻצַּג, *sistitor*, Exod. X. 24.

יצע Hiph. הִצִּיעַ, *stravit*, *substravit*, *stratum posuit*. Fut. וְאַצִּיעָה, *aut stratum ponerem*, Ps. CXXXIX. 8. *sternat* aut *substernat*, Ies. LVIII. 5. Hoph. יֻצַּע, *substernitur*, Ies. XIV. 11. יֻצַּע, *stratum erat*, *substernebatur*, Esth. IV. 3. Quibusdam est Pyhal.

יָצוּעַ, m. *stratum* : aff. יְצוּעִי, *stratum meum*, Genes. XLIX. 4. Plural. יְצוּעִים, et constructe, יְצֻעַי, *strata*, 1 Par. V. 1. Aff. יְצוּעָי, *stratorum meorum*, Psal. CXXXII. 3.

יָצִיעַ, m. *substructio*, *solum stratum*, 1 Reg. VI. 5, 6.

מַצָּע, masc. *stratum* : קָצַר הַמַּצָּע, *brevius est stratum*, Ies. XXVIII. 20.

יצק *fudit*, *effudit*, *infudit*, *perfudit*, *profudit* : quandoque intransitive, *effundi*, *effluere*. Dicitur de liquidis per se, et liquefactis, ut auro, ære et aliis metallis, quæ fusa rursus consistunt et firmiora fiunt. Inde *firmari*, *durescere* ; *consistere*, *collocari*, *situm esse*. Sæpe etiam cum צוק formam confundit, quod accurate distinguendum. Præter. abjecta prima radicali, et cum ן paragogico, צָקוּן לַחַשׁ, *effuderunt submissam orationem*, Ies. XXVI. 16. Particip. Pahul יָצוּק, *fusus*, Job XXIX. 6. Plural. יְצוּקִים, *fusi*, 2 Paral. IV. 3. Plural. fœm. יְצֻקוֹת, *fusæ*, 1 Reg. VII. 30. Infin. בְּצֶקֶת עָפָר לַמּוּצָק, *quum durescerent pulvis in duritiem*, Job XXXVIII. 38. id est, ut esset firmus ac solidus instar metalli fusi et consolidati, ut R. Salomon exponit. Quidam, *quum perfunditur pulvis, ut consistat firmus*. Futur. אֶצָּק־מַיִם, *effundam aquas*, Ies. XLIV. 3. Intransitive, וַיִּצֶק־הַדָּם, *et effluxit sanguis plagæ*, 1 Reg. XXII. 35. habetque formam anomalam, quasi וַיִּיצַק ex quiescentium forma, quum alias defectivum sit. Vide simile in יָקַץ. Hiph. particip. fœm. מוֹצֶקֶת, *infundebat*, 2 Reg. IV. 5. Fut. וַיַּצִּקֻהוּ, *et statuerunt*, *collocarunt*, 2 Sam. XV. 24. Hoph. præter. הוּצַק, *infusa est*, Ps. XLV. 3. Particip. מוּצָק, *fusum*, 1 Reg. VII. 23. Job XXXVII. 18. Vide et mox in nominibus. Fut. נָהָר יוּצַק, *fluvius effundetur*, Job XXII. 16.

יְצוּק, m. *fusum*, *firmum*, *validum*, *solidum*, ut id quod e metallis fusum est. יָצוּק עָלָיו, *firma est in eo*, Job XLI. 15. לִבּוֹ יָצוּק, *cor ejus firmum est*, ver. 16. Plurale, יְצוּקִים, vide in verbo. Fœmininum יְצֻקָה, *fusio*, *fusura* ; cum affixo בְּיִצֻקְתּוֹ, *in fusura ejus*, 1 Reg. VII. 24. Plurale, יְצֻקוֹת, vide in verbo.

מֻצָק, מוּצָק, m. idem: וְהָיִיתָ מֻצָק, *erisque validus*, Job XI. 15. vide et ante in Hophal. לַמּוּצָק, *in solidum*, *firmum*, vel *soliditatem*, *firmitatem*, *consistentiam*, Job XXXVIII. 38. Construct מֻצַק נְחֹשֶׁת, *fusum æris*, 1 Reg. VII. 16.

מוּצֶקֶת, f. *fusura*: aff. בְּמֻצַקְתּוֹ, *in fusura ejus*, 2 Par. IV. 3.

מוּצָקוֹת, f. pl. *infundibula*, Zach. IV. 2.

יָצַר *finxit, formavit:* proprie figulorum verbum, latius tamen deinde usurpatur. Kimchius scribit; de homine usurpatum significare formationem membrorum ipsius: עָשָׂה de præparatione victus, amictus, aliorumque ad corporis conservationem necessariorum: בָּרָא de creatione prima ex nihilo: Ies. XLIII. 7. Item *arctari*, *angi*, *anxietatem* vel *angustiam esse alicui*, quod a צוּר vel צָרַר mutuo accipit. Præterit. מִי יָצַר אֵל, *quis formavit Deum*, Ies. XLIV. 10. Futur. וַיִּיצֶר, *et finxit* (*Deus hominem*), Gen. II. 7. Ex altera significatione literæ formativæ futuri habent Tzere discriminis causa, et construitur cum dativo: וַיֵּצֶר לָהֶם, *et angustia erat ipsis* (*valde*), Jud. II. 15. וַיֵּצֶר־לוֹ, *et anxietas fuit ipsi*, *anxius fuit*, Gen. XXXII. 8. יֵצְרוּ, *arctantur*, *anguntur*, Job XVIII. 7. Niph. לְפָנַי לֹא־נוֹצַר אֵל, *ante me non est formatus Deus*, Ies. XLIII. 10. Pyh. præter. יֻצָּרוּ, *formata sunt*, Ps. CXXXIX. 16. Hoph. futur. כָּל־כְּלִי יוּצַר, *omne instrumentum* (quod) *formabitur* (*contra te*), Ies. LIV. 17.

יוֹצֵר, m. *formans*, *fingens*; *fictor*, *formator*, *figulus*, Zach. XI. 13. Ies. XLI. 25. Aff. וְיֹצֶרְךָ, *et formator tuus*, Ies. XLIII. 1. Plur. הֵמָּה הַיּוֹצְרִים; *ipsi sunt figuli illi*, 1 Par. IV. 23.

יֵצֶר, m. *figmentum*, *cogitatio;* Gen. VIII. 21. et VI. 5. Aff. יִצְרוֹ, *cogitationem ejus*, Deut. XXXI. 21.

יְצֻרִים, m. pl. *membra*: aff. וִיצֻרַי, *et membra mea*, Job XVII. 7.

צוּרָה, f. *forma*, vide in צוּר.

מֵצַר, *angustia*, vide in צרר.

יָצַת *succendi*, *exuri*, *flagrare*: futur. וַתִּצַּת, *et flagrat*, Ies. IX. 18. בָּאֵשׁ יִצַּתּוּ, *igni exurentur*, Ies. XXXIII. 12. Niph. præteritum, נִצְּתוּ, *accendentur*, Jerem. IX. 10. Hiph. הִצִּית, *accendit*, *incendit*, *succendit*: præter. הִצִּית אֵשׁ עָלֶיהָ, *incendit ignem super eam*, Jer. XI. 16. Particip. מַצִּית בְּךָ אֵשׁ, *succensurus sum in te ignem*, Ezech. XX. 47.

יֶקֶב m. *torcular*, *lacus torcularis*, Ies. V. 2. Aff. וּמִיִּקְבֶךָ, *et de torculari tuo*, Deut. XV. 14. Plur. יְקָבִים דָּרְכוּ, *torcularia calcant*, Job XXIV. 11. Construct. יִקְבֵי הַמֶּלֶךְ, *torcularia regis*, Zach. XIV. 10. Aff. יְקָבֶיךָ, *torcularia tua*, Prov. III. 10.

יָקַד *arsit*, *exarsit*. Particip. אֵשׁ יֹקֶדֶת, *ignis urens*, Ies. LXV. 5. Infinit. cum futuro, יֵקַד יְקֹד, *ardebit ardendo*, Ies. X. 16. וַתִּיקַד, *et ardebit*, Deut. XXXII. 22. Hoph. fut. תּוּקַד בּוֹ, *incendetur in eo*, Lev. VI. 2.

יְקֹד, m. *ardor*, Ies. X. 16. Quidam infinitivum faciunt, ut ante positum.

יְקוֹד, *focus*, Ies. XXX. 14.

מוֹקֵד, masc. idem, Psal. CII. 4. Plur. constr. מוֹקְדֵי עוֹלָם, *ad focos æternitatis*, id est, *æternos*, ad ardores perpetuos, Ies. XXXIII. 14.

מוֹקְדָה, f. *adustio*, Lev. VI. 2.

יְקֵדָה, f. Chald. *combustio*: constr. לִיקֵדַת אֶשָּׁא, *in combustionem ignis*, Dan. VII. 11.

יָקִידְתָּא, f. Chald. *ardens*, *accensa*, Dan. III. 6. vel יָקִדְתָּא, ver. 26. Absolutum יָקִידָא.

יקה **יְקָהָה**, *obedientia*, secun-

dum quosdam: vel *aggregatio*, *collectio*, *associatio*. Construct. יִקְּהַת־עַמִּים, *obedientia*, vel *aggregatio populorum*, Genes. XLIX. 10. לִיקֲּהַת־אֵם, *obedientiam matris*, Prov. XXX. 17. R: Levi, *associationem matris*, ut scil. mater solet liberos ad se allicere et in gremium associare. Scribitur autem cum Daghesch euphonico pro לִיקְהַת: simile vide in יָקָר. R. Sal. radicem facit קָהָה, *aggregare*, *congregare*, et sic litera Jod est servilis. Probat ex usu Talmudico קְהִיָּה et יְקָהָה idem esse per transpositum Jod.

יָקַע *pendere luxatum*, *luxari*, *recedere*, *divelli*. Præt. וַתֵּקַע כַּף יֶרֶךְ, *et pendebat luxatum acetabulum femoris*, Gen. XXXII. 26. פֶּן תֵּקַע נַפְשִׁי, *ne luxata recedat anima mea a te*, Jer. VI. 8. sic Ezech. XXIII. 17, 18. Hiph. הוֹקִיעַ, *pendere facere*, *suspendere*: præterit. וְהוֹקַעֲנוּם, *et suspendemus eos*, 2 Sam. XXI. 6. Imperat. וְהוֹקַע אוֹתָם, *et suspende eos*, Num. XXV. 4. Hoph. particip. עַצְמוֹת־הַמּוּקָעִים, *ossa suspensorum*, 2 Sam. XXI. 13.

יקף Hiph. הִקִּיף, *ambivit*, *circumivit*, *cinxit*, *circumdedit circumegit*. Præt. הִקִּיף עָלַי, *circumegit mihi*, Job XIX. 6. כִּי־הִקִּיפוּ, *cum circumegissent*, Job I. 5. Fut. תַּקִּיפוּ, vide in נָקַף.

יָקַץ *evigilavit*, *expergefactus est*: futur. וָאִיקָץ, *et evigilavi*, Gen. XLI. 21. וַיִּיקַץ פַּרְעֹה, *et evigilavit Pharao*, Genes. XLI. 4. Et in Sægol propter accentum ad penultimam retractum, וַיִּיקֶץ נֹחַ, *et quum evigilasset Noah*, Genes. IX. 24. Et defective, וַיִּקֶץ, *et evigilabit*, 1 Reg. XVIII. 27. וְיִקְצוּ, *expergiscentur*, Hab. II. 7. abjecto י radicali, quod Metheg compensat.

יָקַר *pretiosus fuit*, *pretiosus visus vel habitus est*, *pretiose æstimatus fuit*, *in pretio fuit*. Præt. יָקַרְתָּ בְעֵינַי, *pretiosus visus es in oculis meis*, Ies. XLIII. 4. Futur. וְיֵקַר דָּמָם, *et pretiosus est sanguis eorum*, Ps. LXXII. 14. וַיִּיקַר, *et in pretio erat*, 1 Sam. XVIII. 30. Hiph. imper. הֹקַר רַגְלְךָ, *pretiosum habe* vel *facito pedem tuum*, Prov. XXV. 17. Fut. אוֹקִיר אֱנוֹשׁ: *faciam ut pretiosus sit homo*, Ies. XIII. 12.

יָקָר, m. *pretiosus*, *honorabilis*, *rarus*, *carus*: כָּל־הוֹן יָקָר, *omnem substantiam pretiosam*, Prov. I. 13. Constructum, יְקַר רוּחַ, *pretiosus spiritu*, Prov. XVII. 27. Scribitur cum ק, sed legitur per י. Plur. בְּנֵי צִיּוֹן הַיְקָרִים, *filii Tzionis pretiosissimi*, Threu. IV. 2. Fœmin. יְקָרָה הִיא, *pretiosa est*, Prov. III. 15. Et forma constructa pro absoluta, יִקְרַת, *pretiosum*, Ies. XXVIII. 16. cui simile vide in עֶגְלַ. Plural. אֲבָנִים יְקָרוֹת, *lapides pretiosi*, 1 Reg. VII. 10. Aff. בְּיִקְּרוֹתֶיךָ, *inter pretiosas*, vel *caras tuas*, Psal. XLV. 10. cum Daghesch euphonico, pro בִּיקְרוֹתֶיךָ, cui simile vide in יתר in nomine יִתְרוֹן.

יְקָר, masc. *pretium*, *pretiosum*, *res pretiosa*: metaphorice *gloria*, *honor*: יִתְּנוּ יְקָר, *tribuent honorem maritis suis*, Esth. I. 20. Constr. כִּיקַר כָּרִים, *ut pretiosum agnorum*, Ps. XXXVII. 20. Plural. fœmin. אוֹר יְקָרוֹת, *lux pretiositatum*, id est, *pretiosissima*, Zach. XIV. 6. Chald. וִיקָר שַׂגִּיא, *et gloriam multam*, Dan. II. 6. וְלִיקָר מַלְכוּתִי, *et ad gloriam regni mei*, Dan. IV. 33. Emphat. וִיקָרָא, *et gloriam*, Dan. II. 37. et וִיקָרָה, Dan. V. 20.

יַקִּיר, m. *pretiosus*, *honorabilis*, *gloriosus*, *carus*. הֲבֵן יַקִּיר, *num filius*

pretiosus, Jer. XXXI. 20. Chaldaice, רַבָּא וְיַקִּירָא, *magnus et gloriosus*, Esr. IV. 10.

יָקֹשׁ vel יָקֹט, *laqueum tetendit:* præter. יָקֹשְׁתִּי לָךְ, *laqueum tetendi tibi*; Jer. L. 24. Niph. præt. נוֹקַשְׁתָּ, *illaqueasti te*, *irretitus es*, Prov. VI. 2. Futur. תִּוָּקֵשׁ בּוֹ, *illaqueeris eo*, Deut. VII. 25.

יוֹקֵשׁ, masc. *auceps*: plural. מִפַּח יוֹקְשִׁים, *de laqueo aucupum*, Psal. CXXIV. 7.

יָקוֹשׁ, m. idem, Hos. IX. 8.

יָקוּשׁ, masc. idem: מִיַּד יָקוּשׁ, *de manu aucupis*, Prov. VI. 5. Plural. כְּשַׁךְ יְקוּשִׁים, *secundum tendere aucupes*, *ut tendentes aucupes*, Jer. V. 26.

יוּקָשִׁים, m. pl. *irretiti*, Eccl. IX. 12.

מוֹקֵשׁ, mascul. *laqueus*, *tendicula*. מוֹקֵשׁ הוּא לָךְ, *tendicula*, *laqueus id esset tibi*, Deuter. VII. 16. Plural. מוֹקְשִׁים, *laqueos posuerunt mihi*, Ps. CXL. 6. Constr. מוֹקְשֵׁי מָוֶת, *tendiculæ mortis*, Psal. XVIII. 6. et fœm. וּמוֹקְשׁוֹת, *et laqueis*, Psal. CXLI. 9.

יָרֵא *timuit*, *extimuit*, *metuit*, *reveritus est*. Construitur absolute, et cum accusativo tam disjuncto quam conjuncto, et cum præpositione מִן, לְ, מִלִּפְנֵי. Præter. וְיָרֵאתָ מֵאֱלֹהֶיךָ, *sed timebis a Deo tuo*, Levit. XIX. 14. Infinitivus, יְרֹא, *timere*; et contracte לֵרָא מִפְּנֵי דָוִד, *timere a Davide*, 1 Sam. XVIII. 29. Niph. particip. נוֹרָא, *timendus*, *reverendus*, *terribilis*, *formidabilis*: מַה־נּוֹרָא, *quam reverendus est* (*locus hic*), Gen. XXVIII. 17. Fœmin. מֵאֶרֶץ נוֹרָאָה, *e regione formidabili*, Ies. XXI. 1. Plural. נוֹרָאוֹת, *terribilia*, Ies. LXIV. 3. Fut. לְמַעַן תִּוָּרֵא, *ut reverenter colaris*, Psalm. CXXX. 4. Pih. præt. יְרֵאֻנִי, *metuere fecerunt me*, *metum incusserunt mihi*, 2 Sam. XIV. 15. Particip. מְיָרְאִים, *timorem injiciebant*, Nehem. VI. 9. Infin. לְיָרְאֵנִי, *ad timorem injiciendum mihi*, Neh. VI. 19.

יָרֵא, m. *reverens*, *timens*, *timidus*: et regit casum verbi sui, et construitur ut nomen: יָרֵא אָנֹכִי אֹתוֹ, *timeo ego eum*, Genes. XXXII. 12. Vide Deut. VII. 19. הַיָּרֵא וְרַךְ הַלֵּבָב, *qui timidus ac mollis corde est*, Deut. XX. 8. Constr. יְרֵא יְהוָֹה, *timens Domini*, Ies. L. 10. Plur. יְרֵאִים; constr. יִרְאֵי, יְרֵאָיו, *timentes*: *timentes ejus*.

יִרְאָה, f. *reverentia*, *timor*: יִרְאָה וָרַעַד, *timor et tremor* (*invadit me*,) Ps. LV. 6. Constr. יִרְאַת יְהוָֹה, *timor Domini*, Prov. I. 7. Affix. בְּיִרְאָתֶךָ, *cum timore* vel *reverentia tui*, Ps. V. 8.

מוֹרָא, m. *reverentia*, Mal. II. 5. Et cum ה, מוֹרָה, *timor*, Psal. IX. 21. Aff. וְאֶת־מוֹרָאוֹ, *et timorem ejus*, Ies. VIII. 12. Plur. וּבְמוֹרָאִים גְּדוֹלִים, *et terroribus maximis*, Deut. IV. 34.

יָרֵב *, יְרִיבִים, vide in רוּב.

יָרַד *descendit*: præt. וְלֹא יָרַד, *et non descendit*, 2 Sam. XI. 9. Semel cum aphæresi primæ radicalis, וְהַיּוֹם רַד מְאֹד, *et dies descenderat valde*, id est, *inclinaverat*, Jud. XXI. 11. Infin. עַד־רֶדֶת, *usque ad descendere*, id est, *donec descenderint*, *corruerint*, Deut. XXVIII. 52. et sic XX. 20. Hiph. הוֹרִיד, *descendere fecit* vel *sivit*, *demisit*, *dejecit*, *detrusit*, *deturbavit*, *deposuit*, *detulit*, *deportavit*. Præter. וְאֶת־הַיָּם הוֹרִיד, *mare autem* sive *lacum deposuit*, 2 Reg. XVI. 17. Hoph. præt. וְיוֹסֵף הוּרַד, *et Joseph deductus fuit*, Gen. XXXIX. 1. Fut.

אֶל־שְׁאֹל תּוּרָד, *in sepulcrum dejicieris*, Ies. XIV. 15.

מוֹרָד, m. *descensus*, *locus declivis*, *declive*. בְּמוֹרָד, *in declivem locum*, Mich. I. 4. Constr. בְּמוֹרַד בֵּית־חוֹרֹן, *in declivi Beth Choronis*, Jos. X. 11. Plur. בְּמֹרָדִי, vide in מָרַד.

יָרָה *jecit*, *projecit*, *dejecit*, *præcipitavit*: *jaculatus*, *ejaculatus est*, *jaculis petiit* vel *confecit*: præterit. יָרָה בַיָּם, *præcipitavit in mare*, Exod. XV. 4. יָרָה הַחֵצִי, *jaculatus est sagittam*, 1 Sam. XX. 36. Infin. לִירוֹא, *ad jaculandum sagittis*, cum א, 2 Par. XXVI. 15. Futur. וַנִּירָם, *et jaculis confecimus eos*: Num. XXI. 30. pro וַנִּירֶה אוֹתָם, ut Kimchi exponit in libro Radicum. Et Aben Esra præter alias expositiones etiam ab hoc themate deducit, exponens, כַּאֲשֶׁר יָרִינוּ אוֹתָם, *posteaquam jaculis confecimus eos* (*periit*), etc. Niph. fut. יָרֹה יִיָּרֶה, *jaculando jaculis conficitor*: Exod. XIX. 13. Hiph. הוֹרָה, *jecit*, *projecit*, *jaculatus*, *ejaculatus est*: item *docuit*, *instituit*, *ostendit*, *monuit*, *præmonuit*: præt. הוֹרָנִי, *projecit me*, Job XXX. 19. אֲשֶׁר הוֹרֻהוּ, *quibus docebat eum*, 2 Reg. XII. 2. Infinit. לְהוֹרוֹת, *ad præmonendum*, Gen. XLVI. 28. Fut. אוֹרֶה, *jaculabor*, 1 Sam. XX. 20. et cum א, גַּם הוּא יוֹרָא, *etiam ipse projiciet*, *profundet*, Prov. XI. 25. id est, *abundabit*, *cumulatim habebit*, ut magna copia, si opus fuerit, aliis sua bona elargiri et projicere possit. Quidam exponunt passive, quasi יְרֻוֶּא vel יְרֻוֶּה, *irrigabitur*: nam præcedit מַרְוֶה, *irrigans*.

יוֹרֶה, m. *pluvia tempestiva*, Deut. XI. 14. Jer. V. 24. nempe *autumnalis*, post jactam sementem, sic dicta, quod terram quasi *erudiat* ac *informet* ad producendam sementem acceptam.

מוֹרֶה, idem, Joel II. 23.

מוֹרָה, f. vide in יָרֵא, et in radice מָרָה.

תּוֹרָה, f. *doctrina*, *institutio*, quomodo in Proverbiis Salomonis sæpe usurpatur: *lex*, quomodo dicitur vel *de tota lege Mosis* tantum, vel *de specialibus quibusdam legibus*, ut conjugii, sabbathi, lepræ, etc. vel denique *de universo verbo Dei*, quod sic vocatur, quos nos de Dei voluntate erga nos, et de nostro officio erga Deum et proximum nostrum *doceat* et *erudiat*. תּוֹרָה אַחַת, *lex una*, Exod. XII. 49. Constr. בְּתוֹרַת יְהוָֹה, *in lege Domini* (*voluntas ejus*), Psalm. I. 2. aliter vide in תּוּר. Aff. וּבְתוֹרָתוֹ, *et in lege ejus*, ibidem. Plural. עָבְרוּ תוֹרֹת, *transgressi sunt leges*, Ies. XXIV. 5. Aff. וְאֶת־תּוֹרֹתָיו, *et leges ejus*, Exod. XVIII. 16.

יָרֵחַ masc. *luna*, *mensis*: יָרֵחַ וְכוֹכָבִים, *lunam et stellas*, Ps. VIII. 4. אוֹ לַיָּרֵחַ, *aut lunæ*, Deut. VII. 3. Constr. יֶרַח יָמִים, *mensem dierum*, Deut. XXI. 13. id est, *integrum mensem*. Aff. וִירֵחֵךְ, *et luna tua* (*non deficiet*), Ies. LX. 20. Plural. גֶּרֶשׁ יְרָחִים, *fructu lunarum*, Deut. XXXIII. 14. id est, *quos quæque luna protrudit*: pluralis autem numerus ei tribuitur, quia *pluries nova fit*. Constructum, כְּיַרְחֵי־קֶדֶם, *ut mensibus antiquis*, Iob XXIX. 2. Chald. לִירַח אֲדָר, *mensis Adar*, Esr. VI. 15. Plural. יַרְחִין, Dan. IV. 26.

יָרַט *declinavit*, *divertit*: præter. כִּי־יָרַט, *quia declinavit*, Num. XXII. 32. Targum Jonathanis סָטַת, *declinat de via*. Futurum transiti-

vum, יִרְטֵנִי, *inclinavit me*, Job XVI. 11. formam habet quasi a רָטָה, vel est pro יִירְטֵנִי.

יָרֵךְ f. *femur*, cum de homine dicitur: *latus*, cum de aliis rebus. עַל־כַּף הַיָּרֵךְ, *super acetabulum femoris*, Genes. XXXII. 32. Constructum, תַּחַת יֶרֶךְ, *sub femore* (*Abraham*,) Gen. XXIV. 9. עַל־יֶרֶךְ, *ad latus* (*in latere tabernaculi*), Exod. XL. 24. Affix. יְרֵכוֹ, *femoris ejus*, Genes. XXXII. 26. יְרֵכָהּ, *femur ejus*, Ex. XXXVII. 17. id est, *scapus*; nam de candelabro dicitur. Duale, וְעַד־יְרֵכַיִם, *usque ad femora*, Exod. XXVIII. 42. Aff. חַמּוּקֵי יְרֵכַיִךְ, *ambitus femorum tuorum*, Cant. VII. 2.

יַרְכָה, fœmin. idem: aff. וְיַרְכָתוֹ, *et latus ejus*, Gen. XLIX. 13. Chaldaice, יַרְכָתַהּ, *latus* vel *femur ejus*, Dan. II. 32. Duale, בְּיַרְכָתַיִם, *in utroque latere*, Exod. XXVI. 23. Constructum, אֶל־יַרְכְּתֵי הַסְּפִינָה, *ad latera navis*, Jon. I. 5.

יָרַע *malum esse* vel *videri*: præter. נַפְשׁוֹ יָרְעָה לוֹ, *anima ejus mala videbitur ipsi*, Ies. XV. 4. id est, *tædebit ipsum animæ*, hoc est, *vitæ suæ*. Futurum, אַל יֵרַע, *ne malum videatur*, *ne displiceat*, Gen. XXI. 12. מַדּוּעַ לֹא יֵרְעוּ, *quare non esset malus*, id est, afflictus, male dispositus, *vultus meus*, Neh. II. 3. Est et transitivum, יֵרַע לָנוּ, *malefacturus*, *nociturus est nobis*, 2 Sam. XX. 6. quasi ex Pihel pro יְרַע.

יְרִיעָה, f. *aulæum*, Exod. XXVI. 2. Plur. יְרִיעוֹת, Hab. III. 7.

יָרַק *spuit*, *exspuit*, *inspuit*: participium, יָרֹק יָרַק, *spuendo inspuisset* *in faciem ejus*, Num. XII. 14. Convenit cum רָקַק.

יָרָק, m. *olus*, sativum proprie et cibarium: לְגַן־יָרָק, *in hortum olerum*, 1 Reg. XXI. 2. Constr. וִירַק דֶּשֶׁא, *et olus herbæ*, 2 Reg. XIX. 26. id est, *oleracea herba*, vel *viror* herbæ.

יָרוֹק, m. *viride*, *viriditas*, *virens herba*, Job XXXIX. 11.

יֶרֶק, m. *viror*, *viriditas*: *olus viride*: dicitur tam de arboribus quam de herbis, Exod. X. 15. Gen. I. 30.

יֵרָקוֹן, m. *rubigo*, segetum morbus, 1 Reg. VIII. 37. *aurigo*, hominum morbus, *morbus regius*, Deut. XXVIII. 22. Est formæ daghessatæ זִכָּרוֹן.

יְרַקְרַק, m. *subviridis*, Levit. XIII. 49. *subfulvus*, Psalm. LXVIII. 14. Plural. fœmin. יְרַקְרַקּוֹת, *subvirides*, Levit. XIV. 37. cujus singulare esset יְרַקְרֶקֶת, ad formam אֲדַמְדֶּמֶת, quod etiam sic pluraliter flectitur.

יָרַשׁ *jure hereditario possedit*, *in hereditatem successit*, *hereditatem adiit* vel *obtinuit*, *heres effectus fuit*. Præterit. וִירִשְׁתֶּם, *et possidebitis* (*gentes*,) Deut. IV. 1. cum Chirek in medio, loco Pathach. Imper. רֵשׁ, *posside*: et רַשׁ, ut Deut. II. 31. Et regulariter cum ה paragogico יְרָשָׁה, *posside*, Deut. XXXIII. 23. Futur. אִירָשֶׁנָּה, *possessurus sum eam*, Gen. XV. 8. Niph. נוֹרַשׁ, *pauperem fieri* vel *effici*, quod habet ab affini verbo רוּשׁ. Futurum, וּפֶן אִוָּרֵשׁ, *et ne forte pauper factus*, Prov. XXX. 9. Pih. fut. יְיָרֵשׁ, *jure hereditario possidebit*, aut *fac et possidere*, Deut. XXVIII. 42. Hiph. הוֹרִישׁ, *possidere fecit*, *possidendum dedit* vel *tradidit*, *heredem instituit*: et contraria significa-

tione, possessione expulit; et tunc plerumque construitur cum præpositione מִן, vel מִפְּנֵי: item, *depauperavit*, *pauperem fecit*. Præter. et futurum, אֵת אֲשֶׁר יוֹרִישְׁךָ, *quod possidere fecerit te*, *cujus heredem instituerit te*, וְאֵת אִתּוֹ תִּירָשׁ, *illud possidebis*: כָּל־אֲשֶׁר הוֹרִישׁ מִפָּנֵינוּ, *et quemcumque expulerit a facie nostra*, Jud. XI. 24. Particip. יְהוָה מוֹרִישׁ, *Dominus pauperem facit*, 1 Sam. II. 7.

יְרֵשָׁה, f. *possessio*, *hereditas*, Num. XXIV. 18.

יְרֻשָּׁה, f. idem, Deut. II. 5. Constr. יְרֻשַּׁת יִרְאֵי שְׁמֶךָ, *hereditatem timentium nominis tui*, Psalm. LXI. 6. Aff. לִירֻשָּׁתוֹ, *ad hereditatem suam*, Deut. III. 20.

מוֹרָשׁ, m. idem: constr. לְמוֹרַשׁ קִפּוֹד, *in hereditatem anatariæ*, Ies. XIV. 23. Plur. constr. מוֹרָשֵׁי לְבָבִי, *possessiones cordis mei*, Job XVII. 11. Aff. אֵת־מוֹרָשֵׁיהֶם, *hereditarias possessiones suas*, Obad. ver. 17.

מוֹרָשָׁה, f. idem, Deut. XXXIII. 4. מוֹרֶשֶׁת, proprium nomen est loci, Mich. I. 14.

תִּירוֹשׁ, m. *mustum*, sic dictum, quod potum, hominem facillime *possideat* et *occupet*, mentemque e recta sua sede expellat: תִּירוֹשׁ וְדָגָן, *musti et frumenti*, Num. XVIII. 12. Affix. אֶת־תִּירוֹשִׁי, *mustum meum*, Jud. IX. 13.

יָשַׁב *sedit*, *consedit*: *mansit*, *permansit*: *habitavit*, *incoluit*: quandoque *habitari*. Præterit. anomalum יֹשַׁבְתְּי בַּלְּבָנוֹן, *quæ desides in Libanon*, Jerem. XXII. 23. ex forma præteriti et participii compositum, cui simile vide in שָׁכַן. Futurum, לְמַעַן לֹא תֵשְׁבִי, *ut non habiteris*, Ezech. XXVI. 20. Niph. præter. וְנוֹשָׁבוּ, *ut inhabitentur* (*civitates*,) Ezech. XXXVI. 10. Partic. נוֹשֶׁבֶת, *habitata*, *quæ habitabaris*, Ezech. XXVI. 17. Pih. præter. וְיִשְּׁבוּ טִירוֹתֵיהֶם, *ut collocent arces suas* (*in te*), Ezech. XXV. 4. Hiph. הוֹשִׁיב, *sedere*, *residere*, *habitare fecit*, *collocavit*: præter. הֹשִׁיב נָשִׁים נָכְרִיּוֹת, *qui collocavit* vel *residere* aut *habitare fecit uxores alienigenas*, eas nempe ducendo, Esr. X. 14. Hoph. præter. וְהוּשַׁבְתֶּם, *et habitatores efficiamini*, Ies. V. 8.

שִׁיבָה, f. *sessio*, *residentia*: aff. בְּשִׁיבָתוֹ, *in residentia ejus*, *dum resedit ipse*, 2 Sam. XIX. 33.

יְשִׁיבָה, *universitas*, *academia*, sic dicta quasi *consessus discentium et docentium*, apud Rabbinos.

מוֹשָׁב, m. *habitatio*, *sedes*: עִיר מוֹשָׁב, *civitatem habitationis*, Psalm. CVII. 4. id est, *habitabilem*. Construct. וּבְמוֹשַׁב לֵצִים, *et in sede derisorum*, Psalm. I. 1. Aff. מוֹשָׁבְךָ, *habitatio tua*, Genes. XXVII. 39. Plural. constr. מוֹשְׁבֵי הָאָרֶץ, *habitationibus terræ*, Ezech. XXXIV. 13. et fœm. מוֹשְׁבוֹתָם, *habitationes eorum*, 1 Par. VI. 39.

תּוֹשָׁב, m. *incola*, *inquilinus*: constructum, תּוֹשַׁב כֹּהֵן, *inquilinus sacerdotis*, Levit. XXII. 10. Plurale וְתוֹשָׁבִים, *et inquilini*, 1 Par. XXIX. 15. Constr. מִתּוֹשָׁבֵי גִלְעָד, *ex inquilinis Ghilhad*, 1 Reg. XVII. 1.

ישׁ ישה, יֵשׁ, *est*, *sunt*, utriusque numeri: additis pronominibus accommodatur aliis personis: יֶשְׁנוֹ, *est ipse*, Esth. III. 8. אִם־יֶשְׁךָ, *si es tu nunc*, Gen. XXIV. 42. אִם־יֶשְׁכֶם עֹשִׂים, *si estis vos facientes*, ver. 49. Est et cum א, הַאִשׁ, *sitne*, Mich.

VI. 10. אִם־אִשׁ, *si est*, 2 Sam. XIV. 19. Hisce duobus tertium Masorethæ hoc loco annumerant, quod plene cum ו scribitur, אִישׁ רֵעִים, *sunt amici*, Prov. XVIII. 24. pro quo in Targum, אִית, *sunt*. Ex forma hac אִישׁ forte prodiit chaldaicum אִית, mutato שׁ hebraico in ת.

תּוּשִׁיָּה, f. *essentia, substantia, substantiale, existens, existentia.* Varie redditur, et sæpius *virtus, lex, sapientia*, quod stabilis et durabilis harum sit essentia, ac reliqua omnia transeant. A יֵשׁ derivari tradit Aben Esra, Job V. 12. et Ies. XXVIII. 29. Kimchi in libro Radicum scribit, ו esse loco tertiæ radicalis ה. R. Levi, Jobi V. in hac voce explicanda valde prolixus est. Generalem habet usum et sensum, qui tamen in eo permanet, ut *solidum* et *essentiale* denotet. Multa etiam a Talmudicis disputantur, quare *lex* vocetur תושיה: vide Sanhedrin fol. 26.

ישׁח יֶשַׁח m. *depressio:* aff. יֶשְׁחֲךָ, *depressio* vel *humiliatio tua*, Mich. VI. 14. Convenit cum שׁחה et שׁחח et שׁוח, quæ *depressionem* significant.

שַׁחַת, f. *fovea*, vide in שָׁחַת.

ישׁט Hiph. הוֹשִׁיט, *extendit, porrexit:* fut. יוֹשִׁיט־לוֹ, *extenderit ipsi*, Esth. IV. 11. Proprie chaldaicum est.

ישׁם יָשַׁם *desolatus fuit:* convenit cum שָׁמֵם et אָשַׁם. Fut. לֹא תֵשָׁם, *non desoletur*, Gen. XLVII. 19. תִּישַׁמְנָה, *desolabuntur*, Ezech. VI, 6. Hiph. futurum, אִם־לֹא יַשִּׁים, *si non desolaverit*, Jer. XLIX. 20. נַשִּׁים, *desolabimus*, Num. XXI. 30. quæ tamen ab hebræis potius ad שָׁמֵם referuntur.

יְשִׁימוֹן, m. *solitudo*, Ps. LXVIII. 8.

ישׁן יָשֵׁן *dormivit, obdormivit, redormivit.* Præterit. יָשַׁנְתִּי, *dormirem*, Job III. 13. Futur. פֶּן־אִישַׁן הַמָּוֶת, *ut non dormiam mortem*, Ps. XIII. 4. id est, *dormitione* vel *somno* mortis. Niph. נוֹשַׁן, *veterascere, inveterascere;* præterit. וְנוֹשַׁנְתֶּם, *et inveterascetis* (*in terra*,) Deuter. IV. 25. Particip. יָשָׁן נוֹשָׁן, *vetus inveteratum*, Levit. XXVI. 10. id est, *valde vetus;* fœm. צָרַעַת נוֹשֶׁנֶת, *lepra inveterata*, Lev. XIII. 11. Pih. futur. תְּיַשְּׁנֵהוּ, *dormire fecit eum, somnium induxit ipsi*, Jud. XVI. 19.

יָשֵׁן, m. *dormiens*, 1 Sam. XXVI. 7. Plural. כֻּלָּם יְשֵׁנִים, *omnes ipsi dormiebant*, ver. 12. Constr. וְרַבִּים מִיְּשֵׁנֵי, *multi ex dormientibus* (*terræ pulveris*,) Dan. XII. 2. Fœmin. אֲנִי יְשֵׁנָה, *ego dormio*, Cant. V. 2.

יָשָׁן, m. *vetus*, ut ante in Niphal. Plural. חֲדָשִׁים גַּם־יְשָׁנִים, *nova etiam vetera*, Cant. VII. 14. Fœmin. הַבְּרֵכָה הַיְשָׁנָה, *piscinæ veteris*, Ies. XXII. 11.

שֵׁנָה, f. *somnus:* quasi *dormitionem* dicas, Proverb. VI. 4. Et semel שֵׁנָא, Psalm. CXXVII. 2. cui simile vide in כלל. Construct. שְׁנַת־עוֹלָם, *somnum perpetuitatis*, Jerem. LI. 39. Hinc cum Kametz, שְׁנָת, Psalm. CXXXII. 4. sed non est constructum, ut Kimchi scribit in libro Radicum. Quidam subaudiunt affixum, quasi sit pro שְׁנָתָם. Affix. וּשְׁנָתוֹ, *et somnus ejus*, Dan. II. 1. Plur. שֵׁנוֹת, *somni*, Prov. VI. 10.

ישׁע Hiphil, הוֹשִׁיעַ, *salvavit, salvum fecit, servavit, saluti, auxilio fuit.* Construitur cum dativo et accusativo. Præter. יָדִי הוֹשִׁיעָה לִי, *manus mea salutem attulit mihi*, Jud. VII. 2. Infinit. לְהוֹשִׁיעַ לָךְ, *ut sim saluti* vel *auxilio tibi*, 2 Sam. X. 11. et ita sæpe cum dativo. Niph. præt.

עם נוֹשַׁע, *populus* (qui) *servatus est*, Deut. XXXIII. 29. Futur. הוֹשִׁיעֵנִי וְאִוָּשֵׁעָה, *serva me et servabor*, Jer. XVII. 14.

יֶשַׁע, **יֵשַׁע**, m. *salus*, *auxilium*, *conservatio*: יֵשַׁע יְמִינוֹ, *salute dexteræ suæ*, Psal. XX. 7. Affix. מָגֵן יִשְׁעֶךָ, *clypeum salutis tuæ*, Psal. XVIII. 36.

יְשׁוּעָה, fœmin. idem: et cum duplici signo fœminini generis, יְשׁוּעָתָה, *omnimoda salus*, Psal. III. 3. *duplex salus*, nempe *hujus vitæ*, et *futuræ*, ut hebræi explicant. Hujusmodi enim auctio vocis auctæ significationis indicium est: simile fuit supra in זנם. Constr. אֶת־יְשׁוּעַת, *salutem Dei nostri*, Psalm. XCVIII. 3. Affix. יְשׁוּעָתוֹ, *salutis ejus*, Psal. XCVI. 2. Plur. מַגְדִּל יְשׁוּעוֹת, *magnificans salutes*, Psal. XVIII. 51. id est, *magnifice omnimodam salutem præstans*.

תְּשׁוּעָה, fœm. idem: habet formam a שׁוּעַ, ut sæpe hæc quiescentium genera, formas inter se permutant. Constr. וְשָׁוְא תְּשׁוּעַת אָדָם, *et vana est salus hominis*, Psalm. LX. 13. id est, *auxilium humanum*: aff. תְּשׁוּעָתֶךָ, *salus tua*, Ps. CXIX. 41.

מוֹשָׁעוֹת, f. pl. *salutes*, *omnimoda salus*, Psal. LXVIII. 21.

ישׁף **יָשְׁפֵה**, masc. *jaspis*, lapis pretiosus, Ex. XXVIII. 20. Jonathan reddit פַּנְטֵירִי, *pantherinus lapis*, a maculis pantheræ similibus.

יָשַׁר *rectum esse* vel *videri*: præter. כִּי יָשַׁר הַדָּבָר, *nam recta erat res illa* (*in oculis populi*), 1 Paral. XIII. 4. atque ita fere semper post se habet, *in oculis*, pro *placere*, *probari alicui*. Futurum defectivum, וַיִּשַּׁרְנָה, *et recta contendebant*, 1 Sam. VI. 12. cum Daghesch loco abjectæ primæ radicalis י. Est autem cum י formativo tertiæ personæ masculinæ in voce fœminina, cui simile in יחם. Pih. יִשֵּׁר, *rectificavit*: *direxit*, *æquavit*, *complanavit*: *recta deduxit*, *recta ivit* vel *contendit*. Præt. יִשַּׁרְתִּי, *rectifico*, *ut recta approbo*, Psal. CXIX. 128. Fut. יְיַשֶּׁר־לָכֶת, *rectificabit ire*, Prov. XV. 21. id est, *recte gradietur*: וַיְיַשְּׁרֵם, *et direxit eas*, *rectas deduxit*, 2 Par. XXXII. 30. Et alterum י juxta Masorethas redundat, quasi sit ex præterito וַיִּשְּׁרֵם: at literæ dant formam וַיְיַשְּׁרֵם. Simile fuit in יחל. Puh. partic. זָהָב מְיֻשָּׁר, *auro directo*, *rectificato*, 1 Reg. VI. 35. Hiphil imper. הַיְשַׁר לְפָנַי, *complana coram me*, Psalm. V. 9. quod juxta Masorethas legendum ad formam analogam הוֹשַׁר, cui simile in יצא in Hiphil. Futur. יַיְשִׁירוּ, *rectificent*, *recta respiciant*, Prov. IV. 25.

יָשָׁר, m. *rectus*, *rectum*, *æquum*: constr. יְשַׁר־דֶּרֶךְ, *rectus via*, Prov. XXIX. 27. Plur. דּוֹר יְשָׁרִים, *generatio justorum*, Psalm. CXII. 2. Constr. וּלְיִשְׁרֵי־לֵב שִׂמְחָה, *et rectis animo lætitia*, Psal. XCVII. 11. Fœm. רֶגֶל יְשָׁרָה, *pes rectus*, Ezech. I. 7. Plural. כַּנְפֵיהֶם יְשָׁרוֹת, *alæ eorum rectæ erant*, Ezech. I. 23.

יֹשֶׁר, m. *rectitudo*, *æquitas*: אִמְרֵי יֹשֶׁר, *eloquia rectitudinis*, id est, *recta*, Job VI. 25. Aff. יָשְׁרוֹ, *æquitatem illius*, Job XXXIII. 23.

מִישׁוֹר, m. idem, Psal. CXLIII. 10. Item, *planicies*, *planum*: עָרֵי הַמִּישֹׁר, *civitates planiciei*, Deut. III. 10.

מֵישָׁרִים, m. pl. *rectitudines*, *recta*: עֵינֶיךָ תֶּחֱזֶינָה מֵישָׁרִים, *oculi tui videbunt recta*, Psalm. XVII. 2.

מֵישָׁרִים אֲהֵבוּךָ, *rectitudinibus diligunt te*, Cant. I. 4. id est, *rectissime*, hoc est, *amore forti* et *vehementi*, qui caret salebris et pravitatibus, ut R. Salomon explicat.

יָשֵׁשׁ m. *decrepitus:* זָקֵן וְיָשֵׁשׁ, *seni et decrepito*, 2 Par. XXXVI. 17. et cum Chirek יָשִׁישׁ, idem: גַּם שָׂב גַּם יָשִׁישׁ, *et canus et decrepitus*, Job XV. 10. Plur. בִּישִׁישִׁים חָכְמָה, *in decrepitis est sapientia*, Job XII. 12.

יָת Chald. Articulus accusativi casus, respondens hebræo אֶת. Cum pronomine יָתְהוֹן, *eos*, Dan. III. 12. In Targum scribitur יַת cum Pathach.

יְתַב Chald. *sedit*, *habitavit*, ex hebræo יָשַׁב. Præterit. וְעַתִּיק יוֹמִין יְתִב, *et antiquus dierum sedit*, Dan. VII. 9. et יְתִב, ver. 10. Particip. plur. דִּי יָתְבִין, *qui habitabant*, Esr. IV. 17. Aphel, וְהוֹתֵב הִמּוֹ, *et habitare fecit eos*, Esr. IV. 10.

יָתֵד f. *paxillus*, *palus*, *clavus*. Constr. אֶת־יְתַד הָאֹהֶל, *paxillum tentorii*, Jud. IV. 21. Plural. וְכָל־הַיְתֵדֹת, *et omnes paxillos*, Exod. XXXVIII. 20. Constr. יִתְדֹת הֶחָצֵר, *paxilli atrii*, Exod. XXVII. 19. Aff. יְתֵדֹתָיו, *paxilli ejus*, ibidem.

יתם יָתוֹם, m. *pupillus*, Deut. X. 18. Plural. יְתֹמִים, Exod. XXII. 23. Aff. וְאֶת־יְתֹמָיו, *et pupillos ejus*, Ies. IX. 16.

יתר Hiph. הוֹתִיר, *reliquit*, *reliquum*, *residuum esse fecit; abundavit; abundantem*, *excellentem effecit:* præter. הוֹתִיר לָנוּ, *reliquum fecisset nobis superstitem*, Ies. I. 9. Hoph. futur. אַל־תּוֹתַר, *ne fias excellens*, Gen. XLIX. 4. et Cholem est loco Schurek, scribit Aben Esra. Item infinit. וְהוֹתֵר, *et superesse, remanendo*, Exod. XXXVI. 7. id est, *supererat*. Niph. נוֹתַר, *relinqui*, *reliquum fieri*, *superesse*, *remanere:* præt. לֹא נוֹתַר כָּל־נְשָׁמָה, *non reliqua fuit ulla anima*, Jos. XI. 11. Fut. וָאִוָּתֵר, *et relictus sum ego solus*, 1 Reg. XIX. 10.

יָתֵר, m. *excellens*, Prov. XII. 26.

יוֹתֵר, m. *excellentia*, *emolumentum*, Eccles. VII. 12. *residuum*, 1 Sam. XV. 15. et adverbialiter, *nimium*, *amplius*, *magis*, *potius*, Eccles. XII. 12.

יַתִּיר, m. Chald. *excellens:* וְזִיוֵהּ יַתִּיר, *et splendor ejus excellens erat*, Dan. II. 31. Fœm. וּרְבוּ יַתִּירָא, *et amplitudo excellentior*, Dan. IV. 33. Et adverbialiter יַתִּירָה, *excellenter*, id est, *valde*, *vehementer*, *abundanter*, Dan. III. 22.

יֶתֶר, m. *residuum*, *reliquum*, Jud. VII. 6. *excellentia*, Gen. XLIX. 3. Item, *chorda*, *restis*, *nervus*, Psal. XI. 2. Affix. יִתְרִן, *chordam meam*, Job XXX. 11. scribitur cum ן in fine sed legitur per י. Plur. יְתָרִים לַחִים, *restibus virentibus*, Jud. XVI. 7. Est et adjectivum, juxta Aben Esram, יֶתֶר מְאֹד, *excellens valde*, Ies. LVI. 12.

יַתּוּר, m. *excellens:* construct. יְתוּר הָרִים, *excellentissimum montium*, Job XXXIX. 8. Vide etiam תּוּר.

יִתְרָה, f. *residuum*, Ies. XV. 7. et in ת, יִתְרַת, Jer. XLVIII. 36. cui simile fuit supra in יָשֵׁן, in nomine שֵׁנָה; et in זָמַר, in nomine זִמְרָה.

יִתְרוֹן, m. *emolumentum*, *præstantia*, in Ecclesiaste sæpius: כִּיתְרוֹן הָאוֹר, *ut est emolumentum lucis*, Eccles. II. 13. pro כְּיִתְרוֹן, cui simile vide supra in ילל, in nomine יְלָלָה.

יוֹתֶרֶת, f. *reticulum hepatis*, Exod. XXIX. 22.

מוֹתָר, m. *præstantia*, *emolumentum*, Prov. XIV. 23. Constr. וּמוֹתַר הָאָדָם, *et præstantia hominis*, Eccles. III. 19.

מֵיתָרִים, m. pl. *funes*, *nervi*: aff. וְכָל־מֵיתָרַי, *et omnes funes mei*, Jer. X. 20. בְּמֵיתָרֶיךָ, *nervis tuis*, Psalm. XXI. 13.

כ

כָּאַב *doluit*, *dolore affectus* vel *correptus fuit*: particip. וְכוֹאֵב, *et dolens*, Psalm. LXIX. 30. Plural. כֹּאֲבִים, *dolentes*, Gen. XXXIV. 25. Fut. יִכְאַב, *dolore afficitur*, Job XIV. 22. Hiph. præt. הִכְאַבְתִּיו, *dolore affeci eum*, Ezech. XIII. 22. Part. מַכְאִב, *dolorem afferens*, Ezech. XXVIII. 24.

כְּאֵב, m. *dolor*, Ies. XVII. 11. Aff. וּכְאֵבִי נֶעְכָּר, *et dolor meus perturbatus est*, Psalm. XXXIX. 3.

מַכְאוֹב, m. idem, Ps. LXIX. 27. Aff. וּמַכְאוֹבִי, *et dolor meus*, Ps. XXXVIII. 18. Plur. רַבִּים מַכְאוֹבִים לָרָשָׁע, *multi dolores impio*, Ps. XXXII. 10. Aff. אֶת־מַכְאוֹבָיו, *dolores ejus*, Ex. III. 7. Fœm. אִישׁ מַכְאֹבוֹת, *vir dolorum*, Ies. LIII. 3.

כאה Hiph. הִכְאָה, *atterere*, *conterere*, *ægritudine* vel *dolore afficere*: infin. יַעַן הַכְאוֹת, *eo quod atterunt* (*animum justi*), Ezech. XIII. 22. Niph. præt. וְנִכְאָה, *et atteretur* Dan. XI. 30. Particip. construct. וְנִכְאֵה לֵבָב, *et attritum animo*, Psal. CIX. 16.

נְכֵאָה, f. *attritus*, *ægritudine affectus*, *æger*: רוּחַ נְכֵאָה, *spiritus attritus*, Prov. XV. 13. et XVII. 22. et XVIII. 14.

נְכָאִים, m. pl. *attrita*, *contrita*, Ies. XVI. 7. scilicet אֲשִׁישֵׁי, *fundamenta urbis istius fortissimæ*; vel, *attriti*, scil. *homines lamentantes*, juxta Aben Esram. Quidam ad נָכָה referunt, quod נ in hac radice fuisset punctandum cum Chirek, ut in Niphal.

כָּאֶה, m. *attritus*, unde plurale חֵל כָּאִים, *viribus attriti*, *turba attritorum*. Vide in חלך.

עוּר *evigilare*, *expergisci*: imper. עוּרָה כְבוֹדִי, *evigila gloria mea*, Ps. LVII. 9. Fœmininum, עוּרִי, Jud. V. 12. Semel activum, כִּי יְעִירֶנּוּ, *ut evigilare faciat*, *excitet eum*, Job XLI. 2. quod scribitur ex Hiphil, legitur יְעוּרֶנּוּ ex Kal, pro יָעוּר עִמּוֹ, vel יִתְעוֹרֵר עִמּוֹ. Niph. præter. נֵעוֹר, *excitatus fuit*, Zach. II. 17. cum Tzere sub נ præter morem. Futurum, יֵעוֹר, *excitabitur*, Jerem. VI. 22. עֶרְיָה תֵעוֹר, *nudatione excitabitur*, Hab. III. 9. vel potius, *nudando nudabitur*, ut hebræi exponunt; et significatio sit ab עָרָה. Pih. עִוֵּר, *excæcavit*, Jer. LII. 11. Futurum, יְעַוֵּר, *excæcat*, Exod. XXIII. 8. Et alia forma, *evigilare fecit*, *suscitavit*, *excitavit*. Præterit. עוֹרֵר אֶת־חֲנִיתוֹ, *suscitavit lanceam suam*, id est, *vibravit*, 2 Sam. XXIII. 18. עוֹרְרוּ אַרְמְנוֹתֶיהָ, *excitaverant palatia sua*, id est, *restauraverant*, *exstruxerant*, Ies. XXIII. 13. Hinc etiam juxta Aben Esram anomalum illud ex geminata prima radicali, יְעֹעֵרוּ, *excitabunt*, pro יְעֹרֵרוּ, Ies. XV. 5. R. Salomon, *vociferabuntur*, ex chaldaica lingua; juxta illud, יְעוֹעֲרוּן בְּקָלְהוֹן, *vociferantur voce sua*, quod citat ex Targum, Ies. XVI. 10. sed illic non reperitur. Possit esse pro יְרוֹעֲעוּ, juxta illud, לֹא יְרוֹעָע, *non habebitur vociferatio*, Ies. XVI. 10. Aliud geminatum עַרְעַר vide in עָרָה. Hiph. הֵעִיר, *excitavit*, *suscitavit*; et interdum intransitive, *evigilavit*. Imperat. הָעִירָה, *evigila*, Psalm. XXXV. 23. Hithp. præter. וְהִתְעוֹרַרְתִּי, *et excitavi me*, Job XXXI. 29. Particip. מִתְעוֹרֵר, *excitans se*, Ies. LXIV. 7. Imperat. הִתְעוֹרְרִי, *expergiscere*, Ies. LI. 17.

עֵר, m. *vigilans*, *vigil*, id est, *acris* et *excitatus* ad aliquid peragendum, Mal. II. 12.

עִיר, m. Chald. *vigil*, Dan. IV. 10. Plur. בִּגְזֵרַת עִירִין, *decreto vigilum*, ver. 14.

עִיר, *civitas*, vide infra suo loco.

עוּר, m. Chald. *gluma*, וַהֲווֹ כְּעוּר *fueruntque ut stupa*, Dan. II. 35. Forte, inquit Kimchi, est quasi נָעוּר *excussum*, ut hebraice נְעֹרֶת, *stupa*, a נָעַר, *excussit*.

עוֹר, מָעוֹר, vide in ערה.

עָר, m. *inimicus*, *adversarius*, quasi *in malum alterius vigilans*. Aff. עָרֶךָ, *inimicus tuus*, 1 Sam. XXVIII. 16. Plural. עָרֶיךָ, *adversarios tuos*, Mich. V. 13. Sic Psalm. CXXXIX. 20. Chald. לְעָרָיךְ, *inimicis tuis*, Dan. IV. 16. Possit plane esse chaldaicum pro hebræo צָר, per commutationem usitatam צ in ע. Masora octo in sensu adducit, Mich. V.

עִוֵּר, masc. *cæcus*, Exod. IV. 11. Plur. עִוְרִים, Ies. XXIX. 18. Fœm. עִוֶּרֶת, *cæca*. Plural. עִוְרוֹת, Ies. XLII. 7.

עִוָּרוֹן, m. *cæcitas*, Deut. XXVIII. 28.

עוּשׁ *coire*, *convenire*, *congregari*. Imperat. עוּשׁוּ, *coite*, *congregate vos*, Joel III. 11.

עָשׁ, m. *arcturus*: *plaustrum* septem stellarum congregatarum, quæ numquam separantur, juxta Aben Esram, Job IX. 9. Aliam significationem vide in עָשֵׁשׁ.

עַיִשׁ, m. idem, Job XXXVIII. 32. Talmudici, וְזָנָב טָלֶה, *caudam*

arietis definiunt, cod. Berachoth cap. 9. fol. 58.

עִוֵּת Pih. *pervertit*, *subvertit*. Præteritum, אֵת אֲשֶׁר עִוְּתוֹ, *quod perverterit ipse*, Eccl. VII. 13. עִוְּתָנִי, *subvertit me*, Job XIX. 6. Pyh. particip. מְעֻוָּת, *perversum*, Eccles. I. 15. Hithp. præter. וְהִתְעַוְּתוּ, *et pervertunt sese*, Eccles. XII. 3.

עַוָּתָה, f. *perversitas*: aff. עַוָּתָתִי, *perversitatem meam*, Thren. VIII. 59.

עֵז f. *capra*, Lev. III. 12. Plur. עִזִּים, *capræ*, Gen. XXVII. 9. Affix. וְעִזֶּיךָ, *et capræ tuæ*, Gen. XXXI. 38. Chald. עִזִּין, *capræ*, Esr. VI. 17.

• עֲזָאזֵל, *Hasasel*, nomen hirci in desertum emissi cum peccatis populi, quasi *hircus abiens* aut *oberrans* dictus, ab עֵז et אָזַל, *abiit*, Lev. XVI. 8. vel secundum hebræos nomen loci ab hirco isto sic dicti.

עָזַב *reliquit*, *dereliquit*, *deseruit*. Infinitivus cum futuro, וְחָדַלְתָּ מֵעֲזֹב לוֹ עָזֹב תַּעֲזֹב עִמּוֹ, *et cessaveris a relinquere ipsi; relinquendo* (*non*) *relinques cum eo*, Exod. XXIII. 5. Sensus: *et cessaveris a ferendo ipsi opem*, vel *non deponendo onus ab ipso: omnino opem feres*, *onus solves et asinum eriges*. Sic in versionibus germanicis reddunt Judæi, et confirmatur ex Deuter. XXII. 4. Futurum, וַיַּעַזְבוּ יְרוּשָׁלִַם, *et reliquerunt Jerusalem*, Neh. III. 8. Quidam *ædificarunt*, *restaurarunt*: Aben Esra, *pavimentarunt*, *viam straverunt*, unde מעזיבה, *pavimentum* apud Talmudicos. Niph. נֶעֱזַב, *relinqui*, Neh. XIII. 11. Pyh. עֻזַּב, idem, Ies. XXXII. 14. Fœm. עֻזָּבָה, *relicta esset*, Jer. XLIX. 25. Quidam, *ædificaretur*, *muniretur*.

עִזְבוֹנִים, m. pl. *nundinæ*. Cum affixo, עִזְבוֹנַיִךְ, (*in*) *nundinis tuis*, Ezech. XXVII. 12, 27.

עָזַז *roboravit*, *corroboravit; roboravit se*, *roboratus*, *corroboratus fuit*. Infinit. בַּעֲזוֹז, *quum roboraret*, Prov. VIII. 28. Hiph. הֵעֵז, *obfirmavit*, *induravit*: הֵעֵזָה פָנֶיהָ, *obfirmavit faciem suam*, Prov. VII. 13.

עַז, m. *robustus*, *obfirmatus*, *valens*, *fortis*, *vehemens*, *durus*, *sævus*, *acris*. Et substantive, juxta quosdam, *robur*, Gen. XLIX. 3. Plural. וּבְמַיִם עַזִּים, *et in aquis validis*, Ies. XXXIV. 16. Construct. עַזֵּי־נֶפֶשׁ, *robusti animo*, Ies. LVI. 11. Fœm. חֵמָה עַזָּה, *iram vehementem*, Prov. XXI. 14. Plural. עזות, *dura*, Prov. XVIII. 23. scilicet, אֲמָרוֹת, *verba*.

עוֹז, m. *robur*, *fortitudo*, Proverb. XVIII. 10. Affix. עֻזּוֹ, *robur ejus*, Psalm. LIX. 10. בְּעָזְּךָ, *in robore tuo*, Psalm. XXI. 2. עֻזֵּנוּ, *robur nostrum*, Psal. LXXXI. 2.

עִזּוּז, m. *robustus*, Psal. XXIV. 8.

עֱזוּז, m. *robur*, Ies. XLII. 25.

עָזְנִיָּה, f. *haliæetus*, aquilæ marinæ species, a *firmitate visus* sic dicta, qua adversos solis radios intueri potest, ut scribit Plin. lib. X. cap 3.

מָעוֹז, m. *robur*, Psal. XXVII. 1. Item *arx*, *munitio*, Jud. VI. 26. Affix. מָעֻזּוֹ, *roboris ejus*, Ies. XVII. 9. Et cum ה vice ו, עַד־מָעֻזֹּה, *usque ad munitionem ejus*, Dan. XI. 10. מָעוּזָּם, *robur eorum*, Psal. XXXVII. 39. Plural. מָעֻזִּים, *robora*, hoc est, *summum robur*, Dan. XI 38, 39.

מָעֻזְנִים, m. pl. *munitiones*. Affix. מָעֻזְנֶיהָ, *munitiones ejus*, Ies. XXIII. 11.

עִזֵּק Pih. *circumdedit*, *circum-*

munivit, circumsepsit: fut. וַיְעַזְּקֵהוּ, *et circumsepsit eam*, Ies. V. 2.

עִזְקָא, emphat. עִזְקְתָא, f. Chald. *annulus signatorius*, a *muniendo* vel *cingendo* dictus. Construct. וּבְעִזְקַת רַבְרְבָנוֹהִי, *et annulo procerum suorum*, Dan. VI. 18. Affix. בְּעִזְקְתֵהּ, *in annulo suo*, ibidem.

עָזַר *juvit, adjuvit, auxiliatus est; auxilio, adjumento fuit, opem tulit, opitulatus est:* construitur cum accusativo, quandoque cum dativo. Præt. מֶה־עָזַרְתָּ, *quam adjuvisti?* Job XXVI. 2. Infinit. לַעְזֹר לוֹ, *ut auxilia-rentur sibi*, 2 Paral. XXVIII. 16. Niph. præter. נֶעֱזַרְתִּי, *adjuvor*, Psal. XXVIII. 7. Infinit. לְהֵעָזֵר, *adjuvari*, 2 Par. XXVI. 15. Futur. וַיֵּעָזְרוּ, *et adjuti sunt*, 1 Paral. V. 20. Hiph. part. anomalum, מַעְזְרִים, *auxiliantes*, 2 Paral. XXVIII. 23. Simile vide in חָלַם.

עֵזֶר, m. *auxilium*, Genes. II. 18. Aff. עֶזְרוֹ, *auxilium ejus*, Ezech. XII. 14. cum ה loco ו. עֶזְרִי, *auxilium meum*, Psalm. LXX. 6. עֶזְרָה, idem, Psalm. XLVI. 2. Et in ת loco ה, עֶזְרָת, Psalm. LX. 13. cui simile זִמְרָת in זָמַר. Construct. עֶזְרַת, Ies. XXXI. 2. Cum duplici signo fœmineo, עֶזְרָתָה, *summum* vel *plenum auxilium*, Psalm. XLIV. 27. Affix. עֶזְרָתִי, *auxilium meum*, Psal. XXVII. 9. עֶזְרָתֵנוּ, *auxilium nostrum*, Thren. IV. 17.

עֲזָרָה, f. *atrium*, 2 Par. IV. 9. dictum quasi *auxiliatorium* vel *auxilii locus:* quia illuc conveniebat populus, orandi causa in templo, et qui corde integro oravit, is sensit *auxilium*, notat auctor Aruch, et R. David in Radice hac. Item *diazoma* vel *projectura, prominentia, structura*, Ezech. XLIII. 14.

עֵט m. *stylus, calamus:* עֵט סוֹפֵר מָהִיר, *stylus scribæ velocis*, sive *prompti*, Psal. XLV. 2. בְּעֵט־בַּרְזֶל, *stylo ferreo*, Job XIX. 24. Hinc quidam deducunt participium præter. Pyhal מְעֻטָּה, *acuminatus, exacutus, ut stylus acui solet* ad exarandum, Ezech. XXI. 20. Vide עָטָה.

עָטָה *obvelavit, operuit, amicivit; operuit* vel *amicivit se, amictus, opertus fuit.* Præter. וְעָטָה, *et amiciet*, Jer. XLIII. 12. Particip. עֹטֶה מְעִיל, *amictus pallio*, 1 Sam. XXVIII. 14. וְעֹטְךָ, *amiciens te*, Ies. XXII. 17. Fœm. כְּעֹטְיָה, *quasi operta seu velata*, Cant. I. 7. *lugens* scil. et *flens* propter gregem meum, juxta R. Salomonem. Alii, *quasi divertens:* et sic futur. וַיַּעַט, *et divertit*, 1 Sam. XIV. 32. de quo vide etiam in עִיט. וַיַּעַט, *et amicivit se*, Ies. LIX. 17. וַתַּעַט, vide in עִיט. Pyh. participium, מְעֻטָּה לְטָבַח, *opertus*, vel juxta Kimchium, *acutus ad mactationem*, Ezech. XXI. 20. vide עֵט paulo ante. Hiph. præter. הֶעֱטִיתָ עָלָיו, *operuisti eum*, Psal. LXXXIX. 46.

מַעֲטֶה, mascul. *pallium, amictus:* מַעֲטֵה תְהִלָּה, *pallium* vel *amictus laudis*, Ies. LXI. 3.

עֲטַלֵּף m. *vespertilio*, Lev. XI. 19. Plur. וְלָעֲטַלֵּפִים, *et vespertilionibus*, Ies. II. 20.

עָטִין עטן, m. *mulctrale*. Plur. cum aff. עֲטִינָיו, *mulctralia ejus*, Job XXI. 24.

עָטַף *operuit; obtectus, obrutus fuit;* et cum ad animum refertur, est *deficere, deliquium pati*. Particip.

præter. plur. הָעֲטֻפִים, *qui obruuntur*, Thren. II. 19. Et ex alia significatione, *serotinæ*, *serotinæ pecudes*, vel *oves*; sic dictæ, quod *debiliores* sint, et *infirmitate quasi obrutæ*, ut Aben Esra monet, Genes. XXX. 42. Infin. בַּעֲטֹף לִבִּי, *quum obruitur cor meum*, Psal. LXI. 3. Futurum, יַעֲטֹף, *obruetur*, Ies. LVII. 16. Item *operiet*, Job XXIII. 9. יַעַטְפוּ־בָר, *obteguntur frumento*, Psal. LXV. 14. Niph. infinit. בֵּעָטֵף, *cum obrueretur*, pro בְּהֵעָטֵף, Thren. II. 11. Quædam exemplaria habent Sægol sub ב, cui simile vide in הֵרָג. Hiph. infinit. וּבְהַעֲטִיף, *et in serotinando*, id est, *quum sero coirent*, *tempore* scilicet *secundæ admissuræ*, Gen. XXX. 42. Hithp. infin. בְּהִתְעַטֵּף עָלַי, *quum obrueretur in me*, Jon. II. 8. בְּהִתְעַטְּפָם, *quum obruuntur, deficiunt ipsi*, Thren. II. 12. Futur. תִּתְעַטָּף, *obruitur, deficit*, Psal. CVII. 5.

מַעֲטָפוֹת, f. pl. *amicula*, quasi *operimenta* dicta, Ies. III. 22. Targum, שׁוֹשִׁיפַיָּא, *palliola muliebria*, *pallia*: R. Salomon, *tapeta*.

עָטַר *circumcinxit*, *circumclusit*, *circumtexit*. Partic. עֹטְרִים אֶל־דָּוִד, *circumcludentes Davidem*, 1 Sam. XXIII. 26. Futur. תַּעְטְרֶנּוּ, *circumtegis eum*, Psalm. V. 13. vel *facis ut circumtegat eum*, quasi pro תַּעְטִירֶנּוּ, ex Hiphil, ut Kimchi vult. Pih. præteritum, עִטַּרְתָּ שְׁנַת טוֹבָתֶךָ, *coronas annum bonitatis tuæ*, Psalm. LXV. 12. significatione ex nomine, quod *coronam* significat, deducta: שֶׁעִטְּרָה־לּוֹ, *qua coronavit eum*, Cant. III. 11. Particip. הַמְעַטְּרֵכִי, *qui coronat* vel *circumtegit te*, Psalm. CIII. 4. Futur. תְּעַטְּרֵהוּ, *coronasti eum*, Psalm. VIII. 6. Hiph. partic. הַמַּעֲטִירָה, *coronans* vel *coronaria*, Ies. XXIII. 8.

עֲטָרָה, f. *corona*, Ezech. XXI. 26. Construct. עֲטֶרֶת־מַלְכָּם, *coronam regis ipsorum*, 2 Sam. XII. 30. Plur. עֲטָרוֹת, *coronæ*, Zach. VI. 11.

עטש עֲטִישָׁה, f. *sternutatio*. Plur. cum aff. עֲטִישֹׁתָיו, *sternutationibus suis*, Job XLI. 10. Verbum עָטַשׁ, *sternutare*, Rabbinis usitatissimum. עָטוּשׁ, *sternutatio*: עיטוש יפה לחולא, *sternutatio pulcra est*, id est, *salutaris*, *ægrotanti*. Sternutanti dicitur, חיים טובים, *vita bona*, *prosit vitæ*.

עיה עִי, m. *cumulus*, *acervus*. לְעִי, *in acervum*, Mich. I. 6. בְּעִי, *in acervum*, *tumulum*, vel *desolationem*, juxta Aben Esram et alios quosdam hebræos, Job XXX. 24. Quibusdam autem ב radicale est, quasi sit a בָּעָה; vide illic. Plural. עִיִּים, *acervi*, Jerem. XXVI. 18. Et in ן, עִיִּין, Mich. III. 12. Constr. בְּעִיֵּי, *ad cumulos*, Num. XXI. 11.

מְעִי, m. *acervus*, Ies. XVII. 1.

עיט Hiph. הֵעִיט, *involare*, proprie *more avis rapacis*. Metaphorice, *irruere*, *invehi in aliquem*, *subito contendere*. Futur. וַיַּעַט בָּהֶם, *et invectus est in eos*, scil. *verbis duris*, 1 Sam. XXV. 14. וַיַּעַט, *et involavit*, *subito contendit*, 1 Sam. XIV. 32. quod in textu scribitur וַיַּעַשׂ, sed est legendum per ט, ut a Masorethis in margine annotatum est. וַתַּעַט, *et contendit*, 1 Sam. XV. 19. quæ duo formam ab עָטָה habent.

עַיִט, m. *avis*, *volucris*, *volucres*, proprie *rapaces*, Job XXVIII. 7. Construct. לְעֵיט הָרִים, *volucribus montium*, Ies. XVIII. 6.

עָיִם m. *robur*, *fortitudo*: בַּעְיָם רוּחוֹ, *fortitudine, vehementia spiritus sui*, Ies. XI. 15. R. Salomon, בְּחוֹזֶק: Aben Esra, בְּכֹחַ interpretantur.

עַיִן c. sed f. sæpius, *oculus*; metaphorice *fons*; *superficies*, *color*, quasi *aspectum* aut *rei speciem externam* dicas. רַע עָיִן, *malignus oculo*, Prov. XXIII. 7. id est, *sordidus*, *parcus*, *illiberalis*: טוֹב־עַיִן, *benignus oculo*, Prov. XXII. 9. id est, *beneficus*: אֶל־הָעָיִן, *ad fontem*, Gen. XXIV. 42. Constr. עֵין הַמַּיִם, *fontem aquarum*, Gen. XVI. 7. כְּעֵין, *sicut color*, Num. XI. 7. וְעֵין נֹאֵף, *et oculus adulteri*, Job XXIV. 15. אֶת־עֵין הָאָרֶץ, *superficiem terræ*, Exod. X. 15. Affix. אֶת־עֵינוֹ, *colorem suum*, Lev. XIII. 55. בְּעֵונִי, *in oculum meum*, 2 Sam. XVI. 12. id est, דִּמְעַת עֵינַי, *lacrymas oculorum meorum*, ut Chaldæus habet: vel *in id quod vident et intuentur nunc oculi mei*, juxta R. Levi: vel *statum meum ac rerum mearum conditionem*, ut Kimchi explicat. Scribitur autem in medio cum ו, quasi בעוֹנִי, pro בְּעָנְיִי, *afflictionem meam*, atque sic quidam interpretes vocem scriptam, alii vocem lectam explicant. Duale, כְּסוּת עֵינַיִם, *operimentum oculorum*, Genes. XX. 16. בָּעֵינַיִם, *in duobus oculis istis*, Gen. XXXVIII. 21. id est, *in bivio isto*. Constr. עֵינֵי יְהוָה, *oculi Domini*, Psal. XXXIV. 16. Et semel עֵנֵי, Ies. III. 8. Cum aff. יִרְאוּ עֵינָו, *videbunt oculi ejus*, Job XXI. 20. pro עֵינָיו. Et octies sic cum defectu alterius י reperiri, Masorethæ notant ad 1 Sam. III. 2. וְעֵינֵיהוּ, *et oculi ejus*, Job XXIV. 23. Fœm. עֲיָנֹת, *fontes*, Deut. VIII. 7. Constr. עֵינֹת מַיִם, *fontes aquarum*, Exod. XV. 27. Hinc juxta quosdam, לִשְׁתֵּי עֹינֹתָם, *ad duos oculos ipsorum*, Hos. X. 10. id est, *amasios*, *vitulos* scilicet *duos*, quos in *Dan* et *Bethel* colebant, et ipsos tamquam *amasios* in oculis ferebant. Literæ referunt עֵינוֹת, quod עֵינַיִם, *oculos*, interpretantur: lectio quam Masorethæ indicant, habet עוֹנֹת. Atqui עֵינוֹת (sive עֲיָנוֹת) numquam *oculos* significat, sed semper *fontes*. Vide amplius in עָנָה. Chald. וְעֵין אֱלָהֲהֹם, *et oculus Dei ipsorum*, Esr. V. 5. Duale, עַיְנִין כְּעַיְנֵי אֲנָשָׁא, *oculi velut oculi hominis*, Dan. VII. 8. Affix. עַיְנַי, *oculos meos*, Dan. IV. 31.

עֹוֵן, *oculans*, *oculis observans*, nocendi causa, 1 Sam. XVIII. 9. Chald. כָּמִין, *insidians*. Apud Rabbinos verbum in Pihel usitatum, עִיֵּן, *vidit*, *inspexit*, *advertit*, *consideravit*.

עוֹנֵן, Pih. *præstigiis uti*, *præstigiari*, 2 Reg. XXI. 6. Participium, מְעוֹנֵן, *præstigiis utens*, *præstigiator*, Deut. XVIII. 10. Futur. וְלֹא תְעוֹנֵנוּ, *neque præstigiabimini*, Lev. XIX. 26. Hic Aben Esra deduci vult ab עָנָן, *nubes*; pro, *ex nubibus hariolari*, *conjectare et prædicere*, *hoc vel illo die* aut *tempore bonum malumve esse illud agere* vel *aggredi*. R. Salomon derivat ab עוֹן, *tempus*, pro, *tempore observare*. Sapientes prisci ab עַיִן deduxerunt; et מְעוֹנֵן esse eum, qui *tenet* ac *præstringit oculos*, *ut falsum pro vero videant*. Verba ipsorum sunt: חכמים אומרים זה אוחז את העינים ר״ עקיבא אומר זה המחשב עתים ושעות ואומר היום יפה לצאת למחר יפה ליקח וכו׳: id est; *sapientes dicunt*, מעונן, *est qui tenet oculos*: *Rabbi Akiva dicit*: *est qui supputat tempora et horas*, *dicens*; *hodie pulcrum est egredi*, *cras*

bonum est negotiari, etc. Sanhedrin cap. 7. fol. 65. 2. Horum meminit Kimchi in libro Radicum: posteriori etymologia curiosos astrologos significat, ex astrorum dispositione et operatione, certos dies bonorum vel malorum, tristium et lætorum, prosperorum et adversorum, constituentes.

עֹנְנִים, m. pl. *præstigiatores*, Ies. II. 6. Aff. עֹנְנֵיכֶם, *præstigiatores vestros*, Jer. XXVII. 9.

עֹנְנָה, fœmin. *præstigiatrix*, Ies. LVII. 3.

מַעְיָן, m. *fons*, Lev. XI. 36. Construct. אֶל־מַעְיַן, *ad fontem aquarum*, Jos. XV. 9. Cum ו paragogico, לְמַעְיְנוֹ־מָיִם, *in fontem aquarum*, Psal. CXIV. 8. cui simile vide in בְּנָה, in nomine בֵּן. Aff. מַעְיָנוֹ, *fons ejus*, Hos. XIII. 15. Plural. מַעְיָנִים, *fontes*, Psal. CIV. 10. Constr. מַעְיְנֵי הַמָּיִם, *fontes aquarum*, 1 Reg. XVIII. 5. Et cum Pathach sub ע, מִמַּעַיְנֵי הַיְשׁוּעָה, *de fontibus salutis*, Ies. XII. 3. Cum affixo, מַעְיָנַי, *fontes mei*, Psal. LXXXVII. 7. Fœm. מַעְיָנוֹת, *fontes*, Ies. XLI. 18. Construct. כָּל־מַעְיְנוֹת תְּהוֹם, *omnes fontes abyssi*, Gen. VII. 11. Affix. מַעְיְנֹתֶיךָ, *fontes tui*, Prov. V. 16.

עָיֵף *fessum, defessum, lassum esse*: præter. עָיְפָה נַפְשִׁי, *fessa fuit anima mea*, Jerem. IV. 31. Futurum anomalum, וַיָּעַף, *et fessus fuit*, Jud. IV. 21. habet Kametz quasi ab עוּף. Convenit cum יָעֵף.

עָיֵף, m. *fessus, lassus*, Gen. XXV. 29. Plural. עֲיֵפִים, *fessi*, Jud. VIII. 5. Fœm. עֲיֵפָה, *fessa*. Et metaphorice per catachresin, *sitibunda*, Proverb. XXV. 25.

עֵיפָה, f. vide supra in עוּף.

עִיר f. *urbs, civitas*: quidam ad עוֹרֵר referunt, quod hominum actionibus et operis *excitata sit*. Cum ה locali, הָעִירָה, *in civitatem*, Genes. XLIV. 13. Aff. בְּעִירוֹ, *in civitate sua*, Jud. VIII. 27. עִירָם, *civitatis eorum*, Gen. XXXIV. 20. Plur. עָרִים, *urbes*, Num. XXXV. 2. Constr. עָרֵי, Numer. XXXII. 36. Aff. עָרָיו, *urbes ejus*, Deut. II. 34. עָרֵיהֶם, *urbes eorum*, Num. XXI. 3. Aliam significationem vide infra in עָר. Et alia forma, עֲיָרִים, *urbes*, Jud. X. 4.

עַיִר m. *pullus*, proprie *asini*, *asellus*, Zach. IX. 9. וְעַיִר פֶּרֶא, *et pullus (et) onager*, Job XI. 12. Affix. עִירֹה, *pullum suum*, Gen. XLIX. 11. cum ה loco ו. Plural. עֲיָרִים, *aselli*, Jud. XII. 14. עַל־כֶּתֶף עֲוָרִים, *super humero asinorum*, Ies. XXX. 6. scriptum cum ו, sed juxta Masorethas legendum עֲיָרִים.

עַיִשׁ, vide supra in עוּשׁ.

עַכְבָּר m. *mus*, Levit. XI. 29. Plur. constr. עַכְבְּרֵי זָהָב, *mures auri*, 1 Sam. VI. 4.

עַכָּבִישׁ mascul. *araneus*, Job VIII. 14. וְקוּרֵי עַכָּבִישׁ, *et telas aranei*, Ies. LIX. 5.

עֶכֶס masc. *compes*. וּכְעֶכֶס אֶל־מוּסַר אֱוִיל, *et sicut (vir) compedis ad eruditionem stultorum*, Prov. VII. 22. Sensus: *qui meretricem sequitur*, *tamquam bos ad mactationem abit*, id est, vel in præsens vitæ periculum se conjicit; *vel sicut vir compedis*, hoc est, *compeditus*, id est, *vel in vincula et compedes se implicat*, quibus stulti castigari et sapere solent. Plur. עֲכָסִים, *compedes*; *periscelides*, dictæ a *vinciendo* et *ligan-*

do. Fuerunt autem inter ornamenta mulierum circa pedes; unde, יָסִיר אֲדֹנָי אֵת תִּפְאֶרֶת הָעֲכָסִים · *auferet Dominus decus compedum*, id est, *periscelidum*, Ies. III. 18. Aben Esra scribit in loco Proverbiorum, העכסים דומים לכבל, *Achasim similes sunt compedi.* R. Levi Ghersoni ibidem scribit: העכסים הם כמו תכשיטין נושאות אותן ברגליהן כאמרו וברגליהן תעכסנה: id est; *Achasim sunt sicut ornamenta, quæ gestant* (mulieres) *in pedibus suis, juxta id quod dicitur*, וברגליהן תעכסנה· Talmudici communi et proprio vocabulo nominant eas כְּבָלִים, et disputant, an licitum sit eas in sabbatho gestare? Locus in traditionibus ipsorum est. » בירית טהורה ויוצאין בה בשבת כבלים טמאין ואין יוצאין בהן בשבת: id est; *fascia cruris* (nempe communis, ad liganda tibialia, ne decidant, et pes nudetur, quod in muliebri sexu inverecundum) *munda est, et egrediuntur cum ea in sabbatho: compedes immundæ sunt, et non egrediuntur cum eis in sabbatho.* » Schabbath cap. 6. in Mischna. Doctores in Ghemara subjiciunt, fuisse istis compedibus alligatas catenulas aureas, ad moderandos passus, ne nimis lati fierent. Inde Majemonis glossa: כבלים עכסים בצורת האצעדה והיו מטילין ביניהם שלשלאות והיו מתקשטין באלו הכבלים הבתולות כדי שלא יפסיעו פסיעה גסה ויגיע היזק בבתוליהן: id est; כבלים *idem sunt quod* עכסים, *ad formam armillarum; gestabant autem inter eas catenulas* (*aureas*, ut interpretes Talmudici tradunt) *et ornabant se istis compedibus virgines, ne graderentur passus majores et accederet ipsis detrimentum in virginitate sua.* In eamdem sententiam scribit in libro suo יד, *Jad*, Tractatu de sabbatho, cap. 19. quo explicatur, *cum quibus rebus sabbatho egredi licitum sit vel non?* Verba ejus sunt: ולא בכבלים שיוצאין בהן הבנות ברגליהן כדי שלא יפסיעו פסיעה גסה שלא יפסידו בתוליהן: id est; *neque cum compedibus, cum quibus egredi solent filiæ gestantes eas in pedibus suis, ne faciant passus magnos, et noceant virginitati suæ.* Cum ergo sint ornamenta et ligamenta pedum, vocari a nobis possunt *periscelides*. Has ornamenta fuisse pedum, docet Porphyrius commentator in hunc locum Horatii: *Nota refert meretricis acumina, sæpe catellam, Sæpe periscelidem raptam sibi flentis;* lib. 2. ep. 17. Plin. lib. 33. c. 12. scribit: *argentum succedit aliquando et auro, luxu fœminarum plebis, compedes sibi ex eo facientium, quas induere aureas mos tristior vetat.* Porro Chaldæus paraphrastes vertit, תֻּשְׁבְּחַת מְסָנַיָּא, *ornamentum calceorum.* Hinc verbum apud eumdem prophetam, וּבְרַגְלֵיהֶן תְּעַכַּסְנָה, *et pedibus suis compediunt, compeditæ incedunt*, vel *periscelidibus ornatæ gradiuntur*, Ies. III. 16. Denique periscelides catenatæ istæ, onus erant, et in incessu sonitum aut tinnitum aliquem poterant edere, unde sabbatho prohibitæ. Inde *tinnitus* et *crepitaculorum* significatio apud quosdam interpretes.

עָכַר *turbavit, conturbavit, perturbavit*, 1 Sam. XIV. 29. Particip. עֹכֵר· *perturbans*, 1 Reg. XVIII. 17. Plural. בְּעֹכְרָי, *inter turbatores meos*, Jud. XI. 35. Fut. יַעְכָּרְךָ, *perturbabit te*, Jos. VII. 25. Niph. præt. וּכְאֵבִי נֶעְכָּר, *et dolor meus turbatus est*, Psalm. XXXIX. 3. Id est, *incrudescit*. Partic. fœm. נֶעְכֶּרֶת, *conturbatur*, Prov. XV. 6.

עַכְשׁוּב m. *aspis*, πτύας, Illud serpentum genus, quod *venenum procul exspuit*, Psal. CXL. 4.

עִלֵּג m. *balbus*, *balbutiens* : plur. עִלְּגִים, *balbi*, Ies. XXXII. 4. Affine est verbo לָעַג; unde R.Salomon scribit hic: quicumque non novit recte disponere sermonem suum, ut sit elegans, vocatur עִלֵּג et נִלְעָג.

עָלָה *scandit*, *ascendit*, *conscendit* : quandoque *ascendit* est, *abiit in nihilum*, *evanuit*, *periit*, *abiit in auras*, ut Gen. XLIX. 4. Jerem. XLVIII. 5. et alibi. Præter. עָלָה קִיטֹר, *ascendit fumus*, Genes. XIX. 28. etc. Niph. נַעֲלָה, *sustulit*, *extulit se*, *elatus*, *excelsus fuit ; abductus*, *deductus*, *traductus fuit ; subduxit se*, *recessit*. Præter. נַעֲלָה, *abductus fuit*, 2 Sam. II. 27. נַעֲלֵיתָ, *elatus es*, Ps. XCVII. 9. etc. Hiph. הֶעֱלָה, *ascendere fecit : abstulit, extulit, obtulit, sustulit, elevavit, extraxit, abduxit, adduxit, deduxit, eduxit, induxit, produxit, subduxit, everit, subrexit*, etc. Item *accendit*, cum de lumine agitur, cujus flamma sursum *ascendit*. Construitur cum accusativo, et præpos. מִן et עַל. Præter. הֶעֱלָה, *eduxit*, 1 Sam. XII. 6. הֶעֱלָה נֵרֹתֶיהָ, *accendet lucernas ejus*, Num. VIII. 3. Exod. XXV. 37. הֶעֱלִיתָ מֵאֶרֶץ, *eduxisti ex terra* (*Ægypti*), Ex. XXXIII. 1. Hoph. הָעֳלָה et הֹעֲלָה, *ascendere factus* vel *jussus fuit*, *oblatus*, *relatus*, *abductus fuit* : præter. הֹעֲלָה עַל־הַמִּזְבֵּחַ, *oblatus fuit super altare*, Jud. VI. 28. Item, *jussus est ut ascendere faceret*, id est, *ut referret*, 2 Paral. XX. 34. הֹעֲלָתָה, *abducta*, vel *deducta est*, seu *abducetur*, Nah. II. 7. Hithp. futur. יִתְעַל, *extollet se*, Jer. LI. 3. pro יִתְעַלֶּה, per apocopam.

עָל, m. *excelsus*. הַגֶּבֶר הֻקַם עָל, *vir qui constitutus est excelsus*, 2 Sam. XXIII. 1. Vide et Hos. VII. 16. et XI. 7. ubi scribitur עַל per Pathach.

עַל, *super*, *supra*: *contra*, *adversus*: *coram* : *propter*, *eo quod* : *ad*, *apud*, *juxta*, *secundum*, quomodo pro אֶל sumitur : *cum*, pro עִם ; ut Exod. XXXV. 22. *in*, *per*, pro בְּ, Genes. XXVII. 40. Latissime usurpatur. Semel scriptum עַל et legendum אַל, *ne*, Ezech. IX. 5. עַל־כֵּן, *idcirco*, *propterea* : עַל כִּי, *eo quod*: עַל אֲשֶׁר, idem : עַל־דְּבַר, *propter*. Assumit י ad finem, עָלֵי, ut et aliæ quædam similes particulæ; ut עֲלֵי־אֹרַח, *juxta semitam*, Gen. XLIX. 17. Cum affixis ע habet Kametz, עָלַי, *contra me*, עָלֶיךָ, *contra te*, עָלָיו, *contra eum*, etc. exceptis affixis constructæ formæ, עֲלֵיכֶם ,עֲלֵיהֶם ,עֲלֵיהֶן, etc. מֵעַל, *a*, *ab*, *desuper*, *superne*. Chald. idem : עַל דְּנָה, *super hoc*, *propter hoc*, *propterea*. Cum affixis, עֲלוֹהִי, *contra eum*, *super eum*, *in eo*, *ad eum*; עֲלָךְ, *super*, *ad te*; עֲלֵיהוֹן, *ad eos*; עֲלַי, *ad me* ; עֲלֵינָא, *ad nos* ; עֲלֵיהֹם et עֲלֵיהוֹן, *ad eos*. Semel cum א in fine, וְעֵלָּא מִנְּהוֹן, *et supra ab istis*, id est, *supra istos*, Dan. VI. 3.

עֹלֶה, m. *ascensus*, *gradus*, juxta Kimchium. לָעֹלֶה לְפֶתַח, *ad ascensum ostii portæ*, Ezech. XL. 40. Quibusdam est participium, *ascendens*.

עָלֶה, m. *folium*, quia *sursum crescit*, vel levi flatu *sursum propellitur*. עָלֶה מִגֶּפֶן, *folium de vite*, Ies. XXXIV. 4. Constr. עֲלֵה תְאֵנָה, *folium ficus*, Gen. III. 7. Plur. constr. עֲלֵי־זַיִת, *folia oleæ*, Neh. VIII. 15. Aff. עָלֵהָ, *foliis suis*, Ies. I. 30. defective pro עָלֶיהָ, juxta Masorethas et hebræos.

עֹלָה, עוֹלָה, f. *holocaustum*, sic dictum, quod totum igne absumptum *sursum ascenderet* et *evanesceret*. Item, *ascensus:* aff. וְעֹלָתוֹ, *et ascensum ejus*, 1 Reg. X. 5. עֹלָתֶךָ, *holocaustum tuum*, Levit. IX. 7. Plural. עֹלוֹת, *holocausta*, Gen. VIII. 20. Aff. וְעֹלֹתֶיךָ, *et holocausta tua*, Psal. L. 8. עֹלוֹתָו, *ascensuum ejus*, Ezech. XL. 26. Plur. Chald. לַעֲלָוָן, *in holocausta*, Esr. VI. 9.

עֱלוֹת, pl. *pistilla*, juxta R. Salomonem, 2 Par. XXIV. 14. Potest et infin. Hiphil esse: scribitur enim הַעֲלוֹת, *offerendi*. Si esset nomen, articulus ה notaretur cum Kametz. Sensus tamen *vas* vel *instrumentum* aliquod videtur postulare.

עֱלִי, masc. *pistillum*, ab *attollendo*, Prov. XXVII. 22.

עֲלִיָּה, f. *ascensus*, *cœnaculum*, conclave *superius*, ad quod *ascenditur:* דַּלְתוֹת הָעֲלִיָּה, *fores cœnaculi*, Jud. III. 23. Construct. עֲלִיַּת הַשַּׁעַר, *cœnaculum portæ*, 2 Sam. XIX. 1. Aff. וַעֲלִיָּתוֹ, *et ascensum ejus*, 2 Par. IX. 4. בַּעֲלִיָּתוֹ, *in cœnaculo suo*, 2 Reg. I. 2. Plural. וַעֲלִיּוֹת, *et cœnacula*, Jer. XXII. 14. Affix. עֲלִיּוֹתָיו, *cœnacula excelsa sua*, Psal. CIV. 3.

עֶלְיוֹן, m *excelsus*, *supremus*, Gen. XIV. 18. Plur. Chald. עֶלְיוֹנִין, *excelsi*, Dan. VII. 18. Fœmin. הָעֶלְיוֹנָה, *summum*, Ezech. XLI. 7. Pl. עֶלְיוֹנוֹת, Ezech. XLII. 5.

עִלָּיָא, masc. Chald. *excelsus*, Dan. IV. 14. et VII. 25. Juxta Masorethas legendum עִלָּאָה, quæ est forma emphatica absoluti עִלָּי vel עִלָּאִי.

עִלִּית, f. *superius*, Jud. I. 15. Plur. עִלִּיּוֹת, *superiores*, Jos. XV. 19. Masculinum ejus esset עִלִּי.

עִלִּית, f. Chald. *cœnaculum:* affix. בְּעִלִּיתֵהּ, *in cœnaculo suo*, Dan. VI. 11.

מֹעַל, masc. *elatio*, *elevatio:* בְּמֹעַל יְדֵיהֶם, *cum elatione manuum ipsorum*, Neh. VIII. 6.

מַעַל, unde מִמַּעַל, *supra*, *superne*, Gen. XXII. 9. 1 Reg. VIII. 23. Cum ה paragogico et accentu in penultima manente, מַעְלָה, *supra*, de loco et tempore; ut Exod. XXX. 14. Geminatum, מַעְלָה מַעְלָה, *supra*, *supra*, id est, *perquam supreme*. Deut. XXVIII. 43. לְמַעְלָה, *supra*, *sursum versus*, Ezech. XLIII. 15. מִלְמַעְלָה, *superne*, Gen. VI. 16.

מַעֲלֶה, *ascensus*, *clivus*, *gradus*, *suggestum*, *excelsior* seu *superior locus*. בַּמַּעֲלֶה, *in ascensum*, Nehem. XII. 37. Construct. מַעֲלֵה, *ascensus*, Jos. X. 10. עַל-מַעֲלֵה, *super suggestum Levitarum*, Neh. IX. 4. בְּמַעֲלֵה הָעִיר, *per clivum civitatis*, 1 Sam. IX. 11. מִלְמַעֲלֵה הֶחָרֶס, *ab ascensu*, seu *ante ascensum solis*, Jud. VIII. 13. Plur. cum affixo, מַעֲלָו, *ascensus ejus*, Ezech. XL. 31. cum defectu י ante ו.

מַעֲלָה, f. *gradus*, *ascensus*, *ascensio*; *excellentia*, *dignitas excelsa*. הַמַּעֲלָה מִבָּבֶל, *ascensus e Babel*, Esr. VII. 9. הַמַּעֲלָה, *excellentiæ*, vel, (*de*) *hac excellentia*, 1 Paral. XVII. 17. Plur. מַעֲלוֹת, *ascensiones*, Ezech. XI. 5. וּמַעֲלוֹת, *et gradus*, Ezech. XL. 26. Aff. מַעֲלוֹתָו, *cœnacula sua*, Amos IX. 6. בְּמַעֲלוֹתָו, *per gradus ejus*, Ezech. XL. 6. וּמַעֲלֹתֵהוּ, *et gradus ejus*, Ezech. XLIII. 17. pro מַעֲלוֹתָיו.

תְּעָלָה, fœm. *aquæductus*, 1 Reg. XVIII. 32. Item, *curatio, emplastrum*, quasi *obductio* vel *ascensus cicatricis* aut vulneris, Jer. XXX. 13. Constr. תְּעָלַת, *aquæductus*, Ies. VII. 3. Plur. תְּעָלוֹתֶיהָ, *aquæductus suos*, Ezech. XXXI. 4.

עָלַז *exsultavit*, *gestivit præ gaudio*. Infinit. לַעֲלוֹז, *ad exsultandum*, Ies. XXIII. 12.

עָלֵז, m. *exsultabundus*, Ies. V. 14.

עַלִּיז, m. idem. Plur. שְׁאוֹן עַלִּיזִים, *sonitus exsultantium*, Ies. XXIV. 8. Construct. עַלִּיזֵי גַּאֲוָתִי, *exsultantes in excellentia mea*, Ies. XIII. 3. Fœmin. קִרְיָה עַלִּיזָה, *urbs exsultabunda*, Ies. XXII. 2.

עלם עֲלָטָה, f. *nox cæca*, *tenebræ*, *caligo maxima*, Gen. XV. 17.

עלל Pih. עוֹלֵל, *fecit*, *operatus est*: et in malum, *affecit*, *confecit*. Item *racemavit*. Præt. עוֹלַלְתָּ, *fecisti mihi*, Thren. I. 22. עוֹלַלְתִּי, *redegi* vel *confeci*, Job XVI. 15. vel passive ex Pyhal juxta quosdam *redactus sum*. עוֹלְלָה לְנַפְשִׁי, *conficit*, *afficit animam meam*, Thren. III. 51. Infin. עוֹלֵל יְעוֹלְלוּ, *racemando racemabunt*, Jer. VI. 9. Pyh. præter. עוֹלַל, *factus est*, Thren. I. 12. Hithp. הִתְעַלֵּל, *egit*, *operatus est*, *fecit*, *factitavit*, *machinatus est*: item *illusit*, *ludificatus est*, et sic cum ב construitur. Præter. הִתְעַלֵּל, *operatus est* vel *præclara gessit*, 1 Sam. VI. 6. הִתְעַלַּלְתִּי, *præclare gessero*, Ex. X. 2. וְהִתְעַלְּלוּ־בִי, *et illudant mihi*, 1 Sam. XXXI. 4. הִתְעַלַּלְתְּ בִּי, *ludificata es me*, Numer. XXII. 29. Infinit. לְהִתְעוֹלֵל עֲלִילוֹת, *ad agitandum actiones*, Psal. CXLI. 4. Fut. וַיִּתְעַלְּלוּ־בָהּ, *et malitiose factitassent* vel *facinus commisissent in eam*, Jud. XIX. 25.

עוֹלָל, m. *parvulus*, *puerulus*, lactente major, qui scil. *agitare aliquid* incipit, quasi *activus* dictus, Jerem. VI. 11. Plur. עוֹלָלִים, *parvulos*, Joel II. 16. Affix. עוֹלָלֶיהָ, *parvuli ejus*, Thren. I. 5.

עוֹלֵל, m. idem. מֵעוֹלֵל וְעַד־יוֹנֵק, *a puero usque ad lactentem*, 1 Sam. XV. 3. Plur. כְּעוֹלָלִים, *sicut parvuli*, Job III. 16. Constr. עוֹלָלַי, *parvuli*, Thren. II. 20. Aff. עוֹלְלֵיהֶם, *parvuli eorum*, Hos. XIV. 1.

מְעוֹלָל, m. *parvulus*, sed *consilio* et *judicio*, Ies. III. 12.

עֲלִיל, m. *catinus*, vas in quo purgantur metalla, quasi *operatorium* vel *laboratorium* dictum, Ps. XII. 7.

עֲלִילָה, f. *actio*, *opus*, *facinus*; *occasio*: plural. עֲלִילוֹת, *actiones*, *facinora*. Item *occasiones*, Deut. XXII. 14. Aff. עֲלִילוֹתָיו, *actiones ejus*, Ies. XII. 4.

עִלָּה, עִלָּא, f. Chald. *causa*, *occasio*, Dan. VI. 5. Sic verbum הִתְעַלֵּל est *causam*, *occasionem quærere*.

עֲלִילִיָּה, f. *actio*, Jer. XXXII. 19.

עוֹלֵלוֹת, f. pl. *racemationes*, *racemi*, Ies. XVII. 6. Constr. כְּעוֹלְלוֹת, *sicut racemi vindemiæ*, Mich. VII. 1.

עֹל, m. *jugum*, quasi *operatorium* dictum, Numer. XIX. 2. Aff. עֻלּוֹ, *jugum ejus*, Gen. XXVII. 40.

בְּלִיַּעַל, m. *nequitia*, *nequam*, quasi בְּלִי עֹל, *absque jugo*, qui *jugum laboris*, *pietatis* ac *legis Dei* excussit, ac proinde nihil boni agit; vel quasi בַּל יוֹעִיל, *qui nihil prodest*, qui nullius frugis et utilitatis est. אֲנָשִׁים בְּנֵי־בְלִיַּעַל, *homines filii nequitiæ*, id est, *nequissimi*, Deuter. XIII. 13. דְּבַר בְּלִיַּעַל, *res nequam*, Deut. XV.

9. דְּבַר־בְּלִיַּעַל, *res nequissima*, Psal. XLI. 9. Cl. 3. בַּת־בְּלִיָּעַל, *filia nequitiæ*, id est, *fæmina nequam*, 1 Sam. I. 16. Chald. et Kimchi *filia improbitatis*. אַנְשֵׁי הַבְּלִיַּעַל, *homines nequissimi*, 1 Reg. XXI. 13. Apud Talmudicos ad Deut. XIII. 14. בְּנֵי־בְלִיַּעַל, id est, שפרקו עול שמים מצואריהם, *qui ruperunt jugum Dei a cervicibus suis*, Sanhedrin fol. 111. 2.

מַעֲלָלִים, m. pl. *actiones*, 1 Sam. XXV. 3. Constr. מַעַלְלֵי־אֵל, *operum Dei*, Psal. LXXVIII. 7. Aff. מַעֲלָלָיו, *actionum suarum*, Jer. XVII. 10.

תַּעֲלוּלִים, m. pl. *facinora*, *ludificationes*, et metonymice *facinorosi*, *ludificatores*, Ies. III. 4. R. Salomon לֵיצָנִים, *illusores*, Chald. חַלָּשַׁיָּא, *debiles*, scilicet mente et judicio, *pueriles*. Affix. בְּתַעֲלוּלֵיהֶם, *ludificationes ipsorum*, Ies. LXVI. 4.

עלל עַל, Chald. *accessit*, *intravit*, *ingressus est*: frequenter pro hebr. בּוֹא, *venire*, in Targum usurpatur. Præt. defectivum, עַל, *ingressus est*, Dan. II. 16. עַלַּלַת, *accessit*, *ingressa est*, Dan. V. 10. Scribitur cum ל redundante, et legitur, עַלַּת: sic quoque part. עָלְלִין, *ingredientes*, Dan. IV. 4. Aphel, præt. הַנְעֵל, *introduxit*, Dan. II. 25. cum epenthesi נ. Imp. הַעֵלְנִי, *introduc me*, Dan. II. 24. Infin. cum ה paragogico, לְהָעָלָה, *ad adducendum*, Dan. V. 7. et cum epenthesi נ, לְהַנְעָלָה, *adducere*, Dan. IV. 3. Hophal, præt. הֻעַל, *adductus*, *introductus est*, Dan. V. 13. הֻעַלּוּ, *introducti sunt*, Dan. V. 15. Nomen plur. constr. עַד־מֶעָלֵי שִׁמְשָׁא, *usque ad ingressus*, id est, *usque ad occasum solis*, Dan. VI. 15.

עָלָה, עָלִית, vide in præced. radice.

עלם Niph. נֶעְלָם, *latitavit*, *abditum*, *absconditum*, *occultum fuit*: construitur cum præpositione מִן. Præter. מִשְּׁלֹמֹה נֶעְלָם, *absconditum fuit a Salomone*, 2 Par. IX. 2. וְנֶעֶלְמָה, *et abscondita est* (*ab oculis*), Job XXVIII. 21. Partic. נֶעְלָם מִמֶּלֶךְ, *occultum a rege*, 1 Reg. X. 3. Plur. נֶעְלָמִים, *absconditi*, Psal. XXVI. 4. Fœmin. נַעֲלָמָה, *abscondita eris*, Nah. III. 11. Hiph. הֶעְלִים, *abdidit*, *abscondit*, *celavit*, *occultavit*: præter. הֶעְלִים מִמֶּנִּי, *celavit me*, 2 Reg. IV. 27. Hithp. הִתְעַלֵּם, *abscondit se*, *occultavit se*. Præter. וְהִתְעַלַּמְתָּ, *et occultabis te*, Deut. XXII. 1.

עֶלֶם, m. *adolescens*, *puer adultus*, qui domi in parentum cura *latitat*, 1 Sam. XVII. 56. לָעֶלֶם, *adolescenti isti*, 1 Sam. XX. 22.

עַלְמָה, f. *adolescentula*, *puella*, *virgo*, domi adhuc *latitans*, neque nuptum propalam educta. Plur. עֲלָמוֹת, *puellæ*, Cant. I. 3. id est, בְּתוּלוֹת, *virgines*, juxta R. Salomonem: נערות קטנות, *puellæ parvæ*, juxta Aben Esram. At עַל־עֲלָמוֹת, *super Alamoth*, Psalm. XLVI. 1. et 1 Paral. XV. 20. plerique hebræorum nomen instrumenti musici, aut initium vulgaris cantici esse existimant: quidam musicam acutæ vocis esse volunt, quam virgines commode exprimunt, ut est *superior* et *altus*. Hebræi nomen hoc עַלְמָה, *ætatis* esse volunt, non *status virginei* simpliciter; sed notare *juvenculam* tam *tactam* quam *intactam*. Exstat autem solum in sequentibus locis, Genes. XXIV. 43. Exod. II. 8. Psalm. LXVIII. 26. Prov. XXX. 19. Cant. I. 3. et VI. 8. Ies. VII. 14. Multi

nostrorum ubique *virginem incorruptam significare volunt:* Judæi duo loca excipiunt, Iesaiæ et Proverbiorum; illum *falso*, hunc *probabiliter;* ut et nostrorum nonnulli, pro virgine corrupta, virginitatem tamen adhuc profitente, illic exponunt, propter comparationem cum uxore adultera, ver. 20. quæ marito fidem conjugalem *occulte frangit.*

עֲלוּמִים, m. pl. *adolescentia*, pars ætatis *occulta*, cum ad officia publica raro adhibeatur. Aff. עֲלוּמָיו, *adolescentiæ ejus*, Psalm. LXXXIX. 46. עֲלֻמֵנוּ, *occulta nostra*, Psal. XC. 8. id est, *peccata adolescentiæ nostræ*, quæ nobis sunt *incognita* et *occulta:* עֲלוּמָו, (*peccato*) *adolescentiæ ejus*, Job XX. 11. עֲלוּמֶיךָ, *adolescentiæ tuæ*, Ies. LIV. 4.

תַּעֲלוּמָה, fœm. *absconditum*, Job XXVIII. 11. Plur. תַּעֲלוּמוֹת, *abscondita*, Psal. XLIV. 22.

עוֹלָם, m. *seculum*, *tempus homini absconditum*, tam *infinitum* et *æternum*, quam *finitum*, ut Gen. XVII. 8. Exod. XXI. 6. 1 Sam. I. 22. et XIII. 13. 2 Sam. XII. 10. etc. מִן־הָעוֹלָם, *a seculo*, id est, *jam olim:* לְעֹלָם, *in seculum*, Exod. XXI. 6. Aff. עוֹלָמוֹ, *seculi sui*, Eccles. XII. 5. Plur. עוֹלָמִים, *secula*, 1 Reg. VIII. 13. לְעוֹלָמִים, *in secula*, Eccles. I. 10. Construct. עַד־עוֹלְמֵי עַד, *usque ad secula æternitatis*, Ies. XLV. 17. עוֹלָם est spatium *quinquaginta* annorum, Raschi ad Exod. XXI. 6. Vide et Aben Esram.

עָלְמָא, עָלַם, Chald. *seculum*. וּלְחַי עָלְמָא, *et viventem in perpetuum*, Dan IV. 31. Plur. לְעָלְמִין, *in secula*, Dan. V. 10. et לְעָלְמַיָּא, Dan. II. 44.

עֵילוֹם, m. idem: לְעֵילוֹם, *in seculum*, 2 Par. XXXIII. 7.

עַל־מוּת, Psal. XLVIII. 15. vide in מוּת: at illius, עַל־מוּת לַבֵּן, R. Salomon tam varias hebræorum interpretationes citat, ut adduci hoc loco omnes non possint, sitque difficile optimam eligere. Incertæ sunt omnes. Hæc vocabula, ut alia plura in titulis Psalmorum, hebræis ipsis nondum satis explorata sunt. Vide supra in בִּין.

עלס *exsultavit.* Futur. יַעֲלוֹס, *exsultabit*, Job XX. 18. Niph. præt. נֶעֱלָסָה, *exsultabunda*, Job XXXIX. 13. Hithp. fut. נִתְעַלְּסָה בָּאֳהָבִים, *exsultemus, exhilaremus nos amoribus*, Prov. VII. 18.

עלע Pih. *lambere*, *sorbere:* fut. יְעַלְעוּ, *lambent*, Job XXXIX. 30. Vide in לוּעַ.

עִלְעִין, m. pl. chald. *costæ*, Dan. VII. 5. ab hebræo צֶלַע, mutato ut alias, צ in ע.

עלף Pih. *texit*, *obtexit*. Metaphorice, *animo deficere*, quasi *dolore contegi*. Pyh. præt. עֻלְּפוּ, *animo deficiunt*, Ies. LI. 20. Part. fœmin. מְעֻלֶּפֶת, *tectum*, Cant. V. 14. Hithp. futur. וַיִּתְעַלָּף, *et animo defecit*, Jon. IV. 8. וַתִּתְעַלַּף, *et obtexit se*, Genes. XXXVIII. 14. תִּתְעַלַּפְנָה, *animo deficient*, Amos VIII. 13. Convenit cum עָטַף, literis ט et ל permutatis.

עֻלְפֶּה, m. *defectum*, *lassum*, *languescens*, *concussum*, Ezech. XXXI. 15.

עלץ *exsultavit:* עָלַץ לִבִּי בַּיהוָה, *exsultavit cor meum in Domino*, 1 Sam. II. 1. Infinit. בַּעֲלוֹץ, *quum exsultant*, Prov. XXVIII. 12. Convenit cum עָלַס et עָלַז.

עֲלִיצוּת, fœm. *exsultatio*. Cum affixo, עֲלִיצֻתָם, *exsultatio eorum*, Hab. III. 14.

עלק עֲלוּקָה, f. *sanguisuga*, *hi-*

rudo : לַעֲלוּקָה שְׁתֵּי בָנוֹת, *sanguisugæ duæ sunt filiæ*, Prov. XXX. 15.

• עֲלִיתָא, עֲלִית, vide supra in עָלָה.

עָמַד *stetit, adstitit, substitit, perstitit : mansit, permansit.* Construitur absolute et frequenter cum præpos. ב et עַל. Præter. לֹא־עָמַד, *non constitit*, Jos. XXIII. 9. עָמַדְתָּ, *stetisti*, Deut. IV, 10. etc. Futur. יַעֲמֹדְנָה, *stabunt*, Dan. VIII. 22. Simile vide in יָשַׁר. Hiph. הֶעֱמִיד, *stare, subsistere, permanere fecit ; stitit, statuit, constituit, instituit, restituit : stabilivit, distinuit.* Præter. הֶעֱמִיד, *constituit*, 2 Par. XIX. 8. הֶעֱמַדְתָּה, *constituisti*, Psal. XXX. 8. etc. Hoph. partic. מָעֳמָד, *distentus erat, distinebatur*, 1 Reg. XXII. 35. וְאֵין מָעֳמָד, *et non est stabilitum, stabile*, Psal. LXIX. 3. Aben Esra vult esse nomen, *status, standi locus.* Fut. יָעֳמַד, *sistitor*, Lev. XVI. 10.

עַמּוּד, m. *columna*, quasi *statuam* vel *statumen* dicas, Exod. XIII. 22. Plural. עַמּוּדִים, 1 Reg. VII. 41. Constr. עַמֻּדֵי הֶחָצֵר, *columnæ atrii*, Exod. XXXVIII. 17. Affix. עַמּוּדָיו, *columnas ejus*, Exod. XXXVI. 38.

עֶמְדָּה, f. *constitutio :* aff. עֶמְדָּתוֹ, *constitutionem suam*, Mich. I. 11.

עִמָּדִי, *mecum*, Psalm. XXIII. 4. quasi *apud me stans ;* nec reperitur cum aliis affixis.

מַעֲמָד, m. *status, statio, constitutio.* Constructum, וּמַעֲמַד, *et statum*, 1 Reg. X. 5. Affix. וּמִמַּעֲמָדְךָ, *et de statione tua*, Ies. XXII. 19. מַעֲמָדָם, *constitutio eorum*, 1 Par. XXIII. 28.

• **עָמַל** *laboravit, elaboravit : molestiam attulit.* Præt. שֶׁלֹּא עָמַל־בּוֹ, *in quo non laboravit*, Eccl. II. 21. etc.

עָמֵל, masc. *laboriosus, ærumnosus, molestus*, Job XX. 22. Plur. לְהַלְמוּת עֲמֵלִים, *ad malleum laborantium*, Jud. V. 26.

עָמָל, m. *labor, molestia, perversitas*, Num. XXIII. 21. Constr. עֲמַל הָאָדָם, *labor hominis*, Eccl. VI. 7. Fœmininum est, Eccl. X. 15. Aff. עֲמָלוֹ, *labor ejus*, Psal. VII. 17. עֲמָלֵנוּ, *laborem nostrum*, Deut. XXVI. 7.

עָמַם *texit, operuit, abscondit : obscuravit*, ex chaldaicæ linguæ usu. Præterit. עֲמָמֻהוּ. *abscondebant eum*, Ezech. XXXI. 8. עֲמָמוּךָ, *absconderunt a te*, Ezech. XXVIII. 3. Hoph. futur. יוּעַם זָהָב, *obscuratur aurum*, Thren. IV. 1.

עַם, עָם, c. sed masc. sæpius, *populus :* fœmininum est, Ies. XXVI. 20. Jerem. VIII. 5. Jud. XVIII. 7. Dicitur et de *multitudine* animalium quorumdam, ut de *locustis*, Joel II. 2. de *formicis*, Prov. XXX. 25. de *cuniculis*, sive juxta alios, *muribus montanis*, Prov. XXX. 26. Similia apud profanos scriptores reperiuntur, ut Columella de *apibus : duo populi conjungendi sunt.* Manilius de *avibus : Aerei populi.* Idem de *piscibus ; populos exponere captos.* Similis locutio est, Jer. XV. 3. *Et præficiam eis quatuor familias, gladium, canes, aves, bestias.* Affix. לְעַמּוֹ, *populo suo*, Psal. CXI. 6. Plur. עַמִּים, *populi*, Ies. X. 13. Constr. עַמֵּי, Deut. XXVIII. 10. Aff. עַמֶּיךָ, *populos tuos*, Num. XXVII. 13. Et plurale perfectum, וַעֲמָמִים, *et populos*, Neh. IX. 22. Constr. וְאֶת־עַמְמֵי, *et populos terræ*, Neh. IX. 24. Aff. בַּעֲמָמֶיךָ, *in populis tuis*, Jud. V. 14. Chald. וְעַם, *et populum*, Esr. VI. 12. Emph. וְעַמָּה, *ac populum*, Esr. V. 12. vel עַמָּא, Esr. VII. 16. Plur. perfectum, עַמְמַיָּא, *o populi*, Dan. III. 4.

עִם, *cum:* et quandoque *juxta*, *prope*, *apud*, ut Gen. XXXV. 4. Cum מ ab initio est, *a*, *e:* מֵעִם בְּרְכָיו, *a* vel *e genibus ejus*, Gen. XLVIII. 12. Aff. עִמּוֹ, *cum ipso;* עִמְּךָ, *tecum;* עִמִּי, *mecum;* מֵעִמִּי, *a me;* מֵעִמּוֹ, *ab eo;* מֵעִמָּנוּ, *a nobis*, etc. Chald. עִם, Dan. II. 11. עִמָּךְ, *tecum*, Esr. VII. 13. עִמְּהוֹן, *cum eis*, etc.

עָמַס *oneravit*, *onus imposuit:* interdum scribitur cum שׂ loco ס. Partic. עֹמְשִׂים, *onerantes*, Neh. IV. 11. עֹמְסִים, *onerabant*, Neh. XIII. 15. עֹמְסֶיהָ, *oneratores illius*, *onerantes se eo*, Zach. XII. 3. Partic. præteritum, הָעֲמֻסִים, *qui bajulamini*, Ies. XLVI. 3. Fœm. עֲמֻסוֹת, *onerata*, Ies. XLVI. 1. Futurum, וַיַּעֲמֹס, *et oneravit*, Genes. XLIV. 13. Hiph. præt. הֶעְמִיס עֲלֵיכֶם, *oneravit super vos*, 1 Reg. XII. 11.

מַעֲמָסָה, f. *onus*, Zach. XII. 3.

עָמַק *profundum esse:* præter. עָמְקוּ מַחְשְׁבֹתֶיךָ, *profundæ sunt cogitationes tuæ*, Psalm. XCII. 6. Hiph. præter. הֶעֱמִיק, *profundavit*, *profundum fecit*, Ies. XXX. 33. הֶעְמִיקוּ, *profundarunt habitare*, Jer. XLIX. 8. id est, *profundas habitationes* petent et *abstrusas*.

עָמֹק, m. *profundus*, Lev. XIII. 3. Plur. עֲמֻקִּים, *profunda*, Prov. XVIII. 4. Fœm. עֲמֻקָּה, *profunda*, Prov. XXII. 14. Plur. עֲמֻקּוֹת, Job XII. 22.

עָמֵק, m. idem. Plural. construct. עִמְקֵי שָׂפָה, *profundi sermonis*, Ies. XXXIII. 19. בְּעִמְקֵי, *in profundis* sc. *locis* vel *profunditatibus*, Prov. IX. 18.

עֵמֶק, masc. *vallis a profunditate*, Gen. XIV. 13. Aff. עִמְקֵךְ, *vallis tua*, Jer. XLIX. 4. Plur. עֲמָקִים, 1 Reg. XX. 28.

עֹמֶק, m. *profunditas*, Prov. XXV. 3.

מַעֲמַקִּים, m. pl. *profunditates*, Psal. CXXX. 1. Constr. מַעֲמַקֵּי־יָם, *profundum maris*, Ies. LI. 10.

עֲמִיקָתָא, עֲמִיקָן, f. pl. Chald. *profunda*, Dan. II. 22.

עָמַר Pih. *manipulos fecit:* part. מְעַמֵּר, *manipulos faciens*, Psalm. CXXIX. 7. Hithp. הִתְעַמֵּר, *ad quæstum* vel *lucrum uti*, aut *abuti alicujus servitute*. Construitur cum præpositione ב. Præt. וְהִתְעַמֶּר־בּוֹ, *et ad quæstum abusus fuerit eo*, Deut. XXIV. 7. Fut. לֹא־תִתְעַמֵּר בָּהּ, *ne utitor ea ad quæstum*, Deut. XXI. 14. Hic R. Salomon scribit, *servitutem* aut *servile ministerium* persice vocari עִימְרָאָה.

עֹמֶר, m. *homer*, mensura aridorum, *decima pars ephæ*, Exod. XVI. 36. Vide infra in קבב. Item, *manipulus*, Deuter. XXIV. 19. Plural. הָעֳמָרִים, *manipuli*, Ruth II. 15.

עָמִיר, m. *manipulus*, Amos II. 13.

עֲמַר, m. Chald. *lana*, Dan. VII. 9. ab hebræo צֶמֶר, mutato צ in ע, ut sæpe.

עֻמַּת *secundum*, *juxta*. כָּל־עֻמַּת שֶׁבָּא, *omnia secundum* (ut latine, *ea propter*) *ut venit*, Eccles. V. 15. id est, *omnino prout venit*, *sic abiit*. כ notat similitudinem, et debebat regulariter dici כְּלְעֻמַּת, id est, כְּנֶגֶד, *e regione*, *ex adverso;* vel כַּאֲשֶׁר, *prout*, *quemadmodum;* sed divisæ sunt voces, ut et alias factum. Et עֻמַּת, numquam usurpatur absque præfixo לְ, sicut etiam semper dicitur לְמַעַן, scribit Kimchi in libro Radicum. Et sic לְעֻמַּת הַמִּסְגֶּרֶת, *e re-*

gionæ clausuræ vel *tæniæ*, Exod. XXV. 27. מִלְּעֻמַּת הַבֶּטֶן, *e regione ventris*, id est, *projecturæ*, 1 Reg. VII. 20. Aff. לְעֻמָּתוֹ, *ex adverso ejus*, 2 Sam. XVI. 13. לְעֻמָּתָם, *e regione illorum*, Ezech. I. 20. Pluraliter, לְעֻמּוֹת אֶחָד, *ex adverso uniuscujusque* (*partium illarum*), Ezech. XLV. 7.

עָמִית, masc. *socius*, *proximus*, qui *e regione* alicujus et *circa aliquem* est. Aff. אֶת־עֲמִיתוֹ, *proximum suum*, Lev. V. 21.

עֵנָב m. *uva*, Deut. XXXII. 14. Plur. עֲנָבִים, Genes. XL. 10. Constr. עֲנָבֵמוֹ עִנְּבֵי רֹאשׁ, *uvæ eorum sunt uvæ veneni*, Deuter. XXXII. 32. ubi et affixum est, scribiturque juxta Masorethas, ex forma plurali defective, pro עֲנָבֵימוֹ.

עָנַג Pyh. *deliciari*: part. fœm. וְהַמְּעֻנָּגָה, *et delicata*, *delicate nutrita*, Jer. VI. 2. Hithp. הִתְעַנֵּג, *oblectare se*, *delicias agere*: construitur cum præpositione עַל et בְּ. Præt. וְהִתְעַנְּגוּ עַל־רֹב שָׁלוֹם, *et oblectabunt se in multitudine pacis*, Psal. XXXVII. 11.

עָנֹג, m. *delicatus*, Deut. XXVIII. 54. Fœm. עֲנֻגָּה, *delicata*, Deuter. XXVIII. 56.

עֹנֶג, m. *delicium*, *deliciæ*, *voluptas*, Ies. XIII. 22.

תַּעֲנוּג, m. *oblectatio*, Prov. XIX. 10. Plur. בַּתַּעֲנוּגִים, *in deliciis*, Cant. VII. 7. Aff. תַּעֲנוּגֶיהָ, *deliciarum suarum*, Mich. II. 9. Fœmin. וְתַעֲנֻגוֹת, *et delicias*, Eccles. II. 8.

עָנַד *alligavit*, *annexuit*: imper. עָנְדֵם, *annecte ea*, Prov. VI. 21. Fut. אֶעֶנְדֶנּוּ, *annectam eum*, Job XXXI. 36.

עָנָה *respondit*, *exaudivit*, quasi re vel verbis petenti respondit; inde latissime sumitur pro *dixit*, *locutus*, *allocutus*, *prolocutus est*, *fatus fuit*: *testificatus*, *attestatus*, *contestatus fuit*, et sic fere cum præpositione בְּ construitur: *clamavit*, *acclamavit*: *cecinit*, *cantavit*. Item, *afflixit*, *humiliavit*, *demisit*, *depressit se*, *afflictus ac depressus fuit*. Præter. עָנָה, *respondit*, Jer. XXIII. 35. עָנָה בִי, *testificatus est contra me*, Ruth I. 21. עָנָהוּ, *dixit ei*, 1 Sam. IX. 17. etc. Chald. præterit. עֲנוֹ, *responderunt*, Dan. II. 7. עֲנָת, *respondit illa*, Dan. V. 10. Part. præs. עָנֵה, *loquens*, *respondens*, Dan. II. 5, 8. Plur. עָנַיִן, *respondebant*, Dan. III. 24. Niph. נַעֲנָה, *responsare*, *exorari*, *exoratus respondere*: *exaudiri*: *affligi*. Præterit. נַעֲנֵיתִי, *responsabo*, quasi *exorabilem* vel *respondentem exhibebo me ei*, Ezech. XIV. 4. *afflictus sum*, Psal. CXIX. 107. Partic. נַעֲנֶה, *afflictus est*, Ies. LIII. 7. Item *responsabo*, *responsans ero*, *sinam me induci*, *ut respondeam*, Ezech. XIV. 7. Fœm. נַעֲנָה, *afflicta*, Ies. LVIII. 10. Infin. לַעֲנוֹת, *demittere*, *abjicere te*. Exod. X. 3. pro לְהֵעָנוֹת, cui simile vide in רָאָה in Niphal. Fut. אֵעָנֶה, *exaudiar*, Job XIX. 7. Pih. עִנָּה, *afflixit*, *compressit*, *subegit*, pudicitiæ scil. violandæ causa: *cecinit*, *cantavit*. Præt. לֹא עִנָּה, *non afflixit*, Thren. III. 33. עִנִּיתָהּ, *compressisti eam*, Deuter. XXI 14. Infin. עַנּוֹת, *cantare*, Exod. XXXII. 18. Psalm. LXXXVIII, 1. Imperat. וְעַנּוּ אוֹתָם, *et comprimite eas*, Jud. XIX. 24. Pyh. præterit. כִּי־עֻנֵּיתִי, *quod affligor*, Psal. CXIX. 71. Part. מְעֻנֶּה, *afflictus*, Ies. LIII. 4. Infinit. אֵת כָּל־עֻנּוֹתוֹ, *omnis affligi ejus*, id est, *omnium afflictionum ejus*, Psal.

CXXXII. 1. Hiph. particip. מַעֲנֶה בְּשִׂמְחַת לִבּוֹ, *respondet, annuit, testimonium perhibet lætitiæ cordis ejus*, Eccles. V. 19. Futur. יַעֲנֵנִי, *respondere facit me*, Job XX. 3. et Job XXXI. 35. juxta quosdam: וַיַּעֲנֵם, *et contestabitur istos*, Psalm. LV. 20. Vix plura in hac conjugatione reperias. Hithp. præt. הִתְעַנָּה, *afflictus est*; הִתְעַנִּיתָ, *afflictus es*, vel *afflixisti te*, 1 Reg. II. 26. Infin. לְהִתְעַנּוֹת, *ut affligeremus nos*, Esr. VIII. 21. Imperativ. הִתְעַנִּי, *demitte te*, Gen. XVI. 9.

עָנָו, m. *mansuetus*, *humilis*, Num. XII. 3. Plur. עֲנָוִים, *mansueti*, Psal. X. 17. Constr. עַנְוֵי, Soph. II. 3.

עֲנָוָה, f. *mansuetudo*, *abjectio*, *humilitas*, Prov. XV. 33.

עַנְוָה, f. idem, Psal. XLV. 5. Aff. וְעַנְוָתְךָ, *et mansuetudo tua*, Psalm. XVIII. 36. pro quo legitur, וַעֲנֹתְךָ, 2 Sam. XXII. 36.

עָנִי, m. *afflictus*, *pauper*, Deuter. XXIV. 12. Affix. לַעֲנִיֶּךָ, *erga pauperem tuum*, Deut. XV. 11. Plur. עֲנִיִּים, *pauperes*, Job XXXIV. 28. Construct. עֲנִיֵּי, Job XXIV. 4. Affix. וַעֲנִיָּיו, *et pauperum suorum*, Ies. XLIX. 13. Chald. עֲנָיִן, *afflicti*, Dan. IV. 24. Fœmin. עֲנִיָּה, *paupercula*, Ies. X. 30.

עֳנִי, m. *afflictio*, *paupertas*: רָאָה עֳנִי, *expertus est afflictionem*, Threu. III. 1. In pausa עֹנִי, Deuter. XVI. 3. Aff. עָנְיִי, *afflictionis meæ*, Gen. XLI. 52. עָנְיָם, *afflictionem eorum*, Ezech. IV. 31.

עוֹנוֹת, f. pl. *sulci*, juxta Aben Esram; quasi idem quod מַעֲנִית, quod sequitur. לִשְׁתֵּי עוֹנֹתָם, *in duobus sulcis suis*, Hos. X. 10. Vide supra in עָוָה in nomine עָוֹן.

עֱנוּת, f. *afflictio*. Psal. XXII. 25.

עִנְיָן, m. *occupatio*, *negotium*, *molestum* proprie, quod hominem *affligit*, Eccles. I. 13. Construct. עִנְיַן, Eccles. IV. 8. et V. 13.

תַּעֲנִית, f. *jejunium* ab *affligendo*. Aff. קַמְתִּי מִתַּעֲנִיתִי, *surrexi a jejunio meo*, Esr. IX. 5.

לְמַעַן, *ut*, *propter*; huc quidam reducunt, quasi causæ *redditionem* et *responsionem* denotet; vide in מען.

יַעֲנָה, יְעֵנָה, f. *ulula*, avis deserta incolens, a voce *resonante* sic dicta, Ies. XIII. 21. Plurale ex forma altera, יְעֵנִים, *ululæ*, Thren. IV. 3. Septuaginta interpretes, *struthionem*, reddunt.

מַעֲנֶה, m. *responsio*, *responsum*, *exauditio*, *locutio*, *sermo*. Constr. מַעֲנֵה אֱלֹהִים, *exauditio Dei*, Mich. III. 7. מַעֲנֵה לָשׁוֹן, *responsio linguæ*, Prov. XVI. 1.

מַעֲנָה, f. *jugerum*, a *subigendo*, 1 Sam. XIV. 14.

מַעֲנִית, f. *sulcus*, *striga*: affix. לְמַעֲנוֹתָם, *sulcum suum*, Psalm. CXXIX. 3. Scribitur cum ו ac si esset in forma plurali, sed juxta Masorethas legendum est לְמַעֲנִיתָם.

עָנָן masc. *nubes*, Ezech. I. 4. Constructum, כַּעֲנַן בֹּקֶר, *sicut nubes mane*, id est, *matutina*, Hos. VI. 4. Aff. עֲנָנוֹ, *nubis suæ*, Job XXXVII. 15. וַעֲנָנְךָ, *et nubes tua*, Num. XIV. 14. Fœmin. עֲנָנָה, *nubes*, Job III. 5. Chald. plur. masc. constructum, עִם־עֲנָנֵי שְׁמַיָּא, *cum nubibus cæli*, Dan. VII. 13.

עִנֵּן, Pih. *obnubilare*: infin. בְּעַנְנִי

עָנְנִי, *quum obnubilavero nube terram*, Gen. IX. 14. pro בְּעַנְנִי.

עָנָן, vide supra in עוֹן.

עָנָף m. *ramus*, Ezech. XVII. 8. Construct. וַעֲנַף עֵץ, *et ramum arboris*, Lev. XXIII. 40. Plur. cum aff. וַעֲנָפֶיהָ, *et ramos ejus*, Ps. LXXX. 11.

עָנָף, m. idem: affix. עַנְפְּכֶם, *ramum vestrum*, Ezech. XXXVI. 8. Chald. עַנְפוֹהִי, *ramus ejus*, Dan. IV. 11. וּבְעַנְפוֹהִי, *et in ramis ejus*, ver. 9.

עֲנֵפָה, f. *ramosa, frondosa*, Ezech. XIX. 10.

עֲנָק m. *torques*, Cant. IV. 9. Plur. וַעֲנָקִים, *et torques*, Prov. I. 9. Fœmin. מִן־הָעֲנָקוֹת, *præter torques*, Jud. VIII. 26.

עָנַק, *torque, torquis in modum cingere*. Præt. עֲנָקַתְמוֹ, *ut torques cingit eos*, Psalm. LXXXIII. 6. Hiph. הַעֲנִיק, *onerare*, juxta plerosque, scil. *muneribus; munerare, muneribus afficere*, quæ aspectui prostent; R. Salomon, et Aben Esra. Infinit. cum futuro, הַעֲנֵיק תַּעֲנִיק לוֹ, *munerando munerabis illi*, Deut. XV. 14.

עֲנָק, *Anak*, nomen proprium gigantis celebris, Numer. XIII. 22. quod postea ad omnes gigantes traductum fuit, qui vel עֲנָקִים, *Anakitæ*, vel *filii Anakitarum* inde dicti sunt, Deut. I. et II. et alibi. R. Salomon scribit, sic dictos fuisse, שמעניקים חמה בקומתן, *quod injicerent terrorem statura sua*.

עָנַשׁ *punivit, pœna affecit, mulctavit, mulctam imposuit*. Præt. וְעָנְשׁוּ, *et mulctabunt*, Deuter. XXII. 19. Niph. præter. נֶעֱנָשׁוּ, *mulctati sunt*, Prov. XXVII. 12. Futurum, יֵעָנֵשׁ, *mulctabitur*, Exod. XXI. 22.

עֹנֶשׁ, m. *mulcta*, Prov. XIX. 19. Chald. לַעֲנָשׁ־נִכְסִין, *ad mulctam facultatum*, Esr. VII. 26.

עֶנֶת Chald. *tempus*: כְּעֶנֶת, *juxta tempus*, Esr. IV. 10. id est, *tali die, mense, anno*, ut literis præfigi solebat. Et contracte, וּכְעֶת, ver. 17. Quidam ad עֵת referunt, ut נ sit epentheticum. Multi volunt esse proprium nomen loci. Vide Aben Esram prolixe, Eccl. IX. 11.

עָסַס *calcavit, conculcavit*: præt. וְעַסּוֹתֶם, *et conculcabitis*, Mal. III. 21.

עָסִיס, masc. *succus, mustum*, a *calcando* vel *contundendo*, Joel I. 5. Constr. מֵעֲסִיס רִמֹּנִי, *de succo malogranati mei*, vel *malogranatorum*, Cant. VIII. 2. וְכֶעָסִיס, *et quasi musto*, Ies. XLIX. 26.

עפה עֳפָאִים, m. pl. *rami, frondes*: chaldaicum est: מִבֵּין עֳפָאִים, *e medio ramorum*, Psalm. CIV. 12. עָפְיֵהּ, Chald. idem. Aff. וְעָפְיַהּ, *et rami ejus*, Dan. IV. 9.

עפל עֹפֶל, m. *clivus*: editior locus fuit urbis Jerusalem, post templum versus occidentem, inter *Ghichonem* torrentem et *portam piscium* (ut apparet ex 2 Par. XXVIII. 14.) quem inhabitarunt *Nethinæi*, Neh. III. 26. Quidam nomen arcis in urbe fuisse existimant: alii nomen proprium certi loci, quem *Ophlam* appellat Josephus de bello jud. lib. VI. cap. 7. ubi situm urbis describit. Item lib. VII. cap. 13. Fuit et alius quidam clivus, de quo 2 Reg. V. 24.

הֶעְפִּיל, Hiph. *in altum contendere, impetuose conari et contendere*. Futur. וַיַּעְפִּלוּ, *et impetuose contenderunt*, Num. XIV. 44. R. Salomon, *obfirmarunt, extulerunt animum suum, elato animo contenderunt*. Pyh. præterit. עֻפְּלָה, *effert se, elata est*, Hab. II. 4.

עֲפָלִים, m. pl. *hæmorrhoides : mariscæ*, Deut. XXVIII. 27. 1 Sam. V. et VI. Proprie autem hæc vox est כִּנּוּי לְתַחְתּוֹנִיּוֹת, *cognomen inferiorum partium corporis*, quæ sic obscœne hebræis ab *elevatis clunibus* appellantur. Prisci ergo hebræi pro ea substituerunt aliam pronunciatu honestiorem, nempe טְחֹרִים, quæ proprie *morbum ani* denotat, scribit Kimchi in libro Radicum et in Commentariis. R. Levi notat: טְחֹרִים est *morbus gravissimus*, in quo egreditur sanguis multus, maxime vero, quando extraordinarie a Deo immissus est. A Talmudicis itaque hæc vox inter eas etiam relata est, quæ honestatis causa correctæ sunt, codice Meghilla, cap. III. in fine: vide et in שׁגל.

עָפָר m. *pulvis*, Genes. II. 7. Constr. אֶת־עֲפַר הָאָרֶץ, *pulverem terræ*, Gen. XIII. 16. Aff. אֶת־עֲפָרוֹ, *pulverem ejus*, Deut. IX. 21. Plurale fœmin. constr. עַפְרוֹת תֵּבֵל, *pulveres orbis habitabilis*, Prov. VIII. 26.

עִפֵּר, Pih. *pulveravit, pulverem excitavit* vel *sparsit*. Præt. וְעִפַּר בֶּעָפָר, *et pulverabat pulvere*, 2 Sam. XVI. 13. id est, *pulverem spargebat*.

עֹפֶר, m. *hinnulus*, Cant. II. 9. Plur. עֳפָרִים, Cant. IV. 5.

עֹפֶרֶת, f. *plumbum*, quasi *pulvereum* seu *terreum* dictum, quod magnam partem terrestrem habeat, Zach. V. 7. כַּעֹפֶרֶת, *sicut plumbum*, Exod. XV. 10.

עֵץ masc. *lignum*, synecdochice *arbor* : generale est, ac ad arbusta etiam et frutices transfertur, et quidquid altius excrescit et ramos producit: עֵץ, *arborem*, Gen. I. 11. Aff. בְּעֵצוֹ, *in ligno suo*, Hos. IV. 12. עֵצְךָ, *arborem tuam*, Deut. XXVIII. 42. Plur. עֵצִים, *ligna*, Levit. I. 7. Construct. עֲצֵי עוֹלָה, *ligna holocausti*, Gen. XXII. 3. Aff. וְאֶת־עֵצָיו, *et ligna ejus*, Levit. XIV. 45. Fœm. עֵצָה, *lignum*, Jer. VI. 6.

עָצַב *doluit : dolore affecit*, *dolorem attulit*. Præterit. עֲצָבוֹ, *dolore affecit eum*, 1 Reg. I. 6. Part. præt. וַעֲצוּבַת רוּחַ, *et dolore affecta, dolens animo*, Ies. LIV. 6. Inf. לְבִלְתִּי עָצְבִּי, *ut non afficiat dolore me*, 1 Par. IV. 10. Niph. præt. נֶעֱצַב, *dolore afficiebatur*, 1 Sam. XX. 34. Futur. יֵעָצֵב, *dolore afficiatur*, 1 Sam. XX. 3. Pih. præteritum, וְעִצְּבוּ אֶת־רוּחַ קָדְשׁוֹ, *et dolore affecerunt Spiritum sanctum ejus*, Ies. LXIII. 10. עִצְּבוּנִי, *dolore afficiunt me*, Job X. 8. Fut. יְעַצֵּבוּ, *dolorem afferunt*, Psalm. LVI. 6. Hiph. infin. לְהַעֲצִבָהּ, *idololatricum cultum exhibendo ei*, Jer. XLIV. 19. vel *idola effingendo, idolorum formam offerendo ei*, juxta R. Salomonem, significatione a nomine, quod *idolum* significat, deducta. He in fine pronomen fœmininum est, et Mappik caret, juxta R. Davidem. Fut. וַיְעַצִּיבֻהוּ, *dolore affecerunt eum*, Ps. LXXVIII. 40. Hithp. futur. וַיִּתְעַצֵּב אֶל־לִבּוֹ, *et doluit apud animum suum*, Gen. VI. 6.

עֶצֶב, masc. *dolor*, *molestia*, Psal. CXXXIX. 24. Aff. מֵעָצְבְּךָ, *a dolore tuo*, Ies. XIV. 3. Semel *idolum, terriculum*, sic dictum, quod *dolorem* potius et *terrorem* afferat conscientiis, quam levamen. עָצְבִּי, *idolum meum*, Ies. XLVIII. 5.

עָצָב, **עֶצֶב**, m. *dolor, labor, molestia: idolum*, *simulacrum*, ut Jer. XXII. 28. Plur. הָעֲצַבִּים, *dolorum*, Psalm. CXXVII. 2. Aff. וַעֲצָבֶיךָ, *et labores tui*, id est, *facultates labore partæ*,

metonymice, Prov. V. 10. et sic Ies. LVIII. 3.

עָצִיב, Chald. *dolens, tristis*, Dan. VI. 21.

עֲצַבִּים, m. pl. *terricula, simulacra*, Hos. IV. 10. Constr. עֲצַבֵּי, Psalm. CXXXV. 15. Aff. אֶת־עֲצַבֵּיהֶם, *simulacra eorum*, Psal. CVI. 36.

עִצָּבוֹן, m. *dolor, labor*. בְּעִצָּבוֹן, *cum dolore*, Gen. III. 17. Construct. וּמֵעִצְּבוֹן יָדֵינוּ, *et de labore manuum nostrarum*, Gen. V. 29. Aff. עִצְּבוֹנֵךְ, *dolorem tuum*, Gen. III. 16.

עַצֶּבֶת, f. *dolor, molestia*, Prov. X. 10. Constr. וּבְעַצְּבַת־לֵב, *et dolore cordis*, Prov. XV. 13. Plur. cum aff. עַצְּבֹתָם, *dolores eorum*, Psal. XVI. 4.

מַעֲצֵבָה, fœm. *dolor*. לְמַעֲצֵבָה תִּשְׁכָּבוּן, *in dolore decumbetis*, Ies. L. 11.

עצד מַעֲצָד, m. *ascia, securis*, Ies. XLIV. 12. בַּמַּעֲצָד, *cum securi*, Jerem. X. 3. Kimchi et R. Salomon, *dolabra*.

עצה *claudere leviter, connivere*. Part. עֹצֶה עֵינָיו, *connivens oculis suis*, Prov. XVI. 30.

עָצֶה, m. *spina dorsi*, Lev. III. 9.

עצל m. *piger*: לֵךְ אֶל־נְמָלָה עָצֵל, *abi ad formicam piger*, Prov. VI. 6.

עַצְלָה, f. *pigritia*, Prov. XIX. 15. Duale, בַּעֲצַלְתַּיִם, *pigritia duplici*, id est, *ambarum manuum*, Eccl. X. 18. quasi בַּעֲצְלוּת יָדַיִם.

עַצְלוּת, fœm. *pigritia*, Prov. XXXI. 27.

נֶעְצַל, Niph. *pigrari, pigrum esse* vel *fieri*. Fut. אַל־תֵּעָצְלוּ, *ne pigremini, ne pigri sitis*, Jud. XVIII. 9.

עצם *roborari, corroborari, potentem esse* vel *fieri*: *invalescere, roborare se: multum, plurimum, numerosum esse*: et semel, *obstipare, claudere*. Præter. וְעָצַם כֹּחוֹ, *et invalescet robur ejus*, Dan. VIII. 24. Partic. præsens, וְעֹצֵם עֵינָיו, *et obstipans oculos suos*, Ies. XXXIII. 15. Infin. וּכְעָצְמוֹ, *et quum roboratus esset*, Dan. VIII. 8. Pih. עִצֵּם, *exossavit*, vel *ossa comminuit* aut *contrivit*, juxta Kimchium et R. Salomonem. Præt. עִצְּמוֹ, *exossavit eum*, Jerem. L. 17. significatione ex nomine, quod *os* significat, deducta. Futur. וַיְעַצֵּם, *et obstipavit oculos eorum*, Ies. XXIX. 10. Hiph. futur. וַיַּעֲצִמֵהוּ, *et potentem effecit eum*, Psalm. CV. 24.

עָצוּם, m. *robustus, validus, potens, numerosus*: עָצוּם מְאֹד, *numerosum valde*, Num. XXXII. 1. וְעָצוּם, *et potentem*, Gen. XVIII. 18. Plural. עֲצוּמִים, *robusti*, Prov. XVIII. 18. Aff. בַּעֲצוּמָיו, *robustis suis*, sc. *membris*, Psalm. X. 10. Fœmin. עֲצֻמוֹת, *robora*: aff. עֲצֻמוֹתֵיכֶם, *robora vestra*, Ies. XLI. 21.

עֹצֶם, m. *robur*, Deut. VIII. 17. עָצְמִי, *robur meum, vis mea*, Psalm. CXXXIX. 15. Fœmin. עָצְמָה, *robur*, Ies. XL. 29. Constr. בְּעָצְמַת, *cum fortitudine* (*incantatorum tuorum*), Ies. XLVII. 9.

עֶצֶם, c. sed fœm. sæpius, *os ossis a robore*: Synecdochice *corpus, substantia*; et inde quod latini dicunt, *ipsemet, ipsummet, ille, ipse*: ut apud Rabbinos, עַצְמִי, *ego ipse*; עַצְמְךָ, *tu ipse*; בְּעַצְמוֹ, *per seipsum*, etc. עֶצֶם, *os*, Gen. II. 23. עַד־עֶצֶם הַיּוֹם הַזֶּה, *usque ad illum ipsum, hunc ipsum, huncmet diem*, Levit. XXIII. 14. בְּעֶצֶם תֻּמּוֹ, *in illa ipsa, ipsamet integritate sua*, Job XXI. 23. וּבְעֶצֶם

הַשָּׁמַיִם, *et sicut ipsummet cœlum* (*puritate sua*), Exod. XXIV. 10. Aff. אֶל־עַצְמוֹ, *ad ossa ejus*, Job II. 5. Plur. עֲצָמִים, *ossa*, Ezech. XXIV. 4. Cum aff. עֲצָמַי, *ossa mea*, Psal. VI. 3. עֲצָמֵינוּ, *ossa nostra*, Psal. CXLI. 7. Fœm. עֲצָמוֹת, *ossa*, Prov. XIV. 30. Constr. אֶת עַצְמוֹת, *cum ossibus prophetæ*, 2 Reg. XXIII. 18. Affix. וְעַצְמֹתֶיךָ, *et ossa tua*, Ies. LVIII. 11.

תַּעֲצֻמוֹת, fœm. plur. *vires*, Psalm. LXVIII. 36.

• נַעֲצוּץ, עצץ, vide in נָעַץ.

עָצַר *clausit, conclusit, inclusit, occlusit: continuit, detinuit: cohibuit, coercuit imperando, imperavit*: construitur cum accusativo et præposit. בְּ. Præt. עָצֹר עָצַר, *occludendo occluserat*, Genes. XX. 18. עֲצוֹר בְּמִלִּין, *continere sermones quis possit?* Job IV. 2. Futur. יַעְצֹר, *imperium obtinebit*, 1 Sam. IX. 17. Niph. præter. נֶעֶצְרָה, *cohibita esset*, Num. XVI. 50. Particip. נֶעְצָר, *detentus*, 1 Sam. XXI. 7. Infin. בְּהֵעָצֵר, *cum clausum fuerit*, 1 Reg. VIII. 35. Fut. וְתֵעָצַר, *ut cohibeatur*, 2 Sam. XXIV. 21.

עֶצֶר, m. *imperium*, Jud. XVIII. 7.

עֹצֶר, masc. *occlusio, coarctatio*: Prov. XXX. 16. Ies. LIII. 8.

עֲצָרָה, עֲצֶרֶת, f. *interdictio, prohibitio, detentio: dies feriatus, feria, cœtus ferians*. Dicebatur de certis diebus, qualis fuit *octavus* in celebri tabernaculorum festo, Levit. XXIII. 36. et *ultimus* paschatis, Deut. XVI. 8. et aliæ feriæ ab ecclesia indictæ, Joel I. 4. 2 Reg. X. 20. Plural. cum aff. בְּעַצְּרֹתֵיכֶם, *in festa aut ferias vestras*, Amos V. 21.

מַעְצוֹר, m. *prohibitio, impedimentum*, 1 Sam. XIV. 6.

מַעְצָר, masc. *coercitio, imperium*, Prov. XXV. 28.

עָקֵב m. *calx, calcaneus; extremum pedis*; inde late est, *finis, extremum, extremitas, extrema pars*; et adverbialiter, *extremo, in finem, tandem*. Kimchi addit, *merces*, quia *extremum laboris* est. Vide eum, Psalm. CXIX. 33. עָקֵב, *calcaneum*, Genes. III. 15. בְּעָקֵב, *in calcaneo*, Genes. XXV. 26. Aff. וְאֶת־עֲקֵבוֹ, *et calcem*, id est, *extremam partem ejus*, Jos. VIII. 13. Plural. constr. עִקְּבֵי־סוּס, *calces equi*, Genes. XLIX. 17. cum Daghesch euphonico. בְּעִקְּבֵי הַצֹּאן, *in vestigiis gregis*, Cant. I. 8. Aff. עֲקֵבַי, *vestigiorum meorum*, Psalm. XLIX. 6. עֲקֵבָיִךְ, *calcanei tui, pedes tui*, synecdochice, Jer. XIII. 22. Fœm. plural. עִקְּבוֹת מְשִׁיחֶךָ, *vestigia Christi tui*, Psal. LXXXIX. 52. Aff. וְעִקְּבוֹתֶיךָ, *et vestigia tua*, Psalm. LXXVII. 20.

עָקַב, *calcaneum tenuit* vel *apprehendit, calcaneo supposito pessum dedit, supplantavit, defraudavit, circumvenit*. Præterit. עָקַב אֶת־אָחִיו, *calcaneum tenuit fratris sui*, Hos. XII. 4. Infin. cum futur. עָקוֹב יַעְקֹב, *supplantando supplantat*, Jerem. IX. 4. וַיַּעְקְבֵנִי, *et supplantavit me*, Genes. XXVII. 36. Pih. עִקֵּב, *distulit ad extremum, retardavit*; idem quod עִכֵּב apud Chaldæos et Rabbinos, unde efformatum est, permutato כ in ק. Fut. יְעַקְּבֵם, *differt illa*, Chald. יְעַכְּבִנּוּן, Job XXXVII. 4.

עָקֹב, m. *fraudulentum, pravum, perversum*, Jer. XVII. 9. Ies. XL. 4. Hinc nomen Jacobi, יַעֲקֹב, *fraudulentus, supplantator*: quod in partu

calcem fratris tenuit, quasi ipsum in primogenitura *supplantare* volens, Genes. XXV. 26. Fœm. עֲקֻבָּה, *vestigiata*, *calcaneata*, *plena vestigiis*, Hos. VI. 8.

עָקְבָּה, fœm. *fraus*: בְּעָקְבָּה, *per fraudem*, *fraudulenter*, 2 Reg. X. 19.

עֵקֶב, masc. *emolumentum*, *fructus*, *præmium*, *merces*, quia eo operis *finis* est. Sic τὸ τέλος, 1 Petr. I. 9. Adverbialiter, *finaliter*, *ad extremum*, *in finem usque*: item, *pro*, *propter*, *quia*, *propterea quod*, *eo quod*: עֵקֶב רָב, *emolumentum magnum*, *merces magna*, Psal. XIX. 12. עֵקֶב עֲנָוָה, *præmium mansuetudinis*, Prov. XXII. 4. עֵקֶב, שֹׁחַד, *pro munere*, *propter munera*, Ies. V. 23. עֵקֶב הָיְתָה, *quia fuit*, Num. XIV. 24. עֵקֶב אֲשֶׁר, *pro eo quod*, *quandoquidem*, Gen. XXII. 18. עֵקֶב כִּי, *propterea quod*, Amos IV. 12. עַל־עֵקֶב בָּשְׁתָּם, *pro mercede pudoris sui*, Psal. XL. 16. Absolute positum, עֵקֶב, *finaliter*, *in finem usque*, Psal. CXIX. 33, 112.

עקד *ligavit*, *colligavit*, proprie *artus*, ut oves quatuor pedibus colligari solent ad mactationem. Futur. וַיַּעֲקֹד, *et colligavit* (*artubus*), Genes. XXII. 9.

עָקֹד, m. *varium*, *maculosum*, proprie *cruribus*, ubi ligari solet pecus, scribit R. Salomon, Gen. XXX. 40. Plural. עֲקֻדִּים, *varios*, ver. 39.

בֵּית־עֵקֶד, *Beth-heked*, nomen proprium loci, a *ligatione* sic dicti, quod ibi oves *ad tonsuram ligare* solerent, 2 Reg. X. 12.

עקה מְעָקֶה, m. *lorica*, *loricatio*, *peribolus*, *septum tectorum*, Deuter. XXII. 8. Tecta enim in Palæstina fuerunt plana in ædificiis, unde munimento egebant, ne quis ex eis decideret.

עקל מְעֻקָּל, *perversum*, *tortuosum*, *obtortum*, Hab. I. 4. Est participium ex Pyhal.

עֲקַלָּתוֹן, masc. *tortuosus*, Ies. XXVII. 1.

עֲקַלְקַלּוֹת, f. pl. *tortuosa*, Jud. V. 6. Affix. עֲקַלְקַלּוֹתָם, *in tortuosis viis suis*, Psal. CXXV. 5.

עקר *exstirpavit*, *eradicavit*, *enervavit*: infinit. עֵת לַעֲקוֹר, *tempus exstirpandi*, Eccl. III. 2. Niph. futur. תֵּעָקֵר, *exstirpabitur*, Soph. II. 4: Pih. אֶת־סוּסֵיהֶם עִקֵּר, *equos ipsorum enervavit*, *suffragines succidit*, Jos. XI. 9. עִקְּרוּ־שׁוֹר, *exstirparunt*, *aculserunt murum*, juxta Aben Esram, Gen. XLIX. 6. Futurum, וַיְעַקֵּר, *et enervavit*, *suffragines succidit*, 1 Par. XVIII. 4. תְּעַקֵּר, *suffragines succides*, Jos. XI. 6. Chald. præterit. ex Ithpehal, אֶתְעֲקַרָה, *eradicata fuerunt*, Dan. VII. 8. Scribitur cum ו ex forma pluralis masculini, sed legendum juxta Masorethas, אֶתְעֲקַרָה ex forma fœminina.

עָקָר, m. et f. עֲקָרָה, עֲקֶרֶת, *sterilis*, Deut. VII. 14. Psal. CXIII. 9. ex quibus virtus pariendi *eradicata*.

עֵקֶר, m. *stirps*; *indigena*, qui e familia peregrina ortus, *alibi radices egit*, et *stirpem fecit*, Lev. XXV. 47.

עִקַּר, m. Chald. *stirps*, *radix*, *fundamentum*: עִקַּר שָׁרְשׁוֹהִי, *stirpem radicum ejus*, Dan. IV. 12.

עקרב m. *scorpio*, Deut. VIII. 15. Plur. עַקְרַבִּים, *scorpiones*, Num. XXXIV. 4. ubi multis proprium nomen loci est. וְאֶל־עַקְרַבִּים, *et apud scorpiones*, Ezech. II. 6. בָּעַקְרַבִּים, *scorpionibus*, id est, *flagellis aculeatis*, 1 Reg. XII. 11. *baculi pleni spinis*, qui pungebant et dolorem afferebant gravissimum, scribit R. Levi.

עָקַשׁ *pervertit:* futur. וַיַּעְקְשֵׁנִי, *perverteret me*, Job IX. 20. Pih. præterit. עִקְּשׁוּ, *pervertunt*, *depravant*, Ies. LIX. 8. Particip. וּמְעַקֵּשׁ, *et pervertens (vias suas)*, Prov. X. 9. Futur. יְעַקֵּשׁוּ, *pervertunt*, Mich. III. 9. Niph. particip. construct. וְנֶעְקַשׁ דְּרָכַיִם, *et perversus ambabus viis*, Prov. XXVIII. 18. id est, *in utramque partem*, vel *huc illuc se flectens;* et opponitur *integre et recta via ambulanti.*

עִקֵּשׁ, m. *perversus*, Psal. XVIII. 27. Plur. עִקְּשִׁים, *perversi*, Prov. II. 15. Constructum, עִקְּשֵׁי־לֵב, *perversi animo*, Prov. XI. 20.

עִקְּשׁוּת, f. *perversitas*, Prov. IV. 24.

מַעֲקַשִּׁים, m. pl. *perversitates*, Ies. XLII. 16.

עָרַב *miscuit*, *commiscuit*, unde ad varia transfertur: *negotiari: spondere*, *fidejubere*, et sic construitur cum accusativo et præpositionibus עִם, עַל et לְ: *oppignerare: amœnum*, *suave*, *gratum*, *jucundum*, *dulce esse*, et ita dativo jungitur: item *pertexere: advesperascere*, *obtenebrari*, *obscurari*, in quibus omnibus quædam est *commixtio*. Sumtæ vero sunt quædam significationes ex nominibus derivatis. Præter. עָרַב אֶת־הַנַּעַר, *spopondit pro hoc puero*, Genes. XLIV. 32. עָרַב אֶת־לִבּוֹ, *qui spondeat cum animo suo*, Jer. XXX. 21. אִם־עָרַבְתָּ לְרֵעֶךָ, *si spopondisti amico tuo*, Prov. VI. 1. לֹא־עָרְבוּ לִי, *non sunt suavia mihi*, Jer. VI. 20. עָרְבָה כָּל־שִׂמְחָה, *obscurabitur omnis lætitia*, Ies. XXIV. 11. id est, *occidet*, *abibit in tenebras*, id est, *in luctum*. Part. עֹרֵב עֲרֻבָּה, *spondens sponsionem*, Prov. XVII. 18. Plur. אֲנַחְנוּ עֹרְבִים, *nos oppigneramus*, Nehem. V. 3. בְּעֹרְבִים מַשָּׁאוֹת, *inter spondentes pro debitis*, Prov. XXII. 26. Construct. וְעֹרְבֵי מַעֲרָבֵךְ, *miscentes commercia tecum*, Ezech. XXVII. 27. et sic ver. 9. Infinitiv. רָפָה הַיּוֹם לַעֲרֹב, *remittit dies ad vesperascendum*, Jud. XIX. 9. Imper. עֲרֹב עַבְדְּךָ לְטוֹב, *sponde pro servo tuo in bonum*, Psal. CXIX. 122. R. Salomon, *esto fidejussor* vel *pignus pro me contra malum*, quasi dicas *defende et libera me*, *ne mali me opprimant.* Chald. part. ex Pyh. מְעָרַב, *mixtum*, Dan. II. 43. Hiph. infin. הַעֲרֵב, *vesperascendo*, 1 Sam. XVII. 16. id est, *vespere;* infinitivus loco adverbii, ut Kimchi in Commentario notat. Hithp. imperat. הִתְעָרֶב־נָא, *sponde nunc*, *sponsionem fac*, juxta hebræos communiter, 2 Reg. XVIII. 23. Quidam, *misce te bello cum*, etc. Futurum, לֹא יִתְעָרַב, *non miscebitur*, *non immiscebit se*, Proverb. XIV. 10. Chald. part. מִתְעָרַב, *commixtum;* et plurale, מִתְעָרְבִין, *commixta*, Dan. II. 43.

עָרֵב, m. *suavis*, *dulcis*, Cant. II. 14. Prov. XX. 17.

עֵרֶב, m. *miscellanea turba*, Exod. XII. 38. Nehem. XIII. 3. item *trama*, *subtegmen*, Levit. XIII. 52. quasi *mixturam* dicas, quod stamini ex transverso intexitur et *immiscetur.*

עֶרֶב, m. *vesper*, *vespera*, Gen. I. 5. sic dicta, quod tunc lux tenebris *commisceri* incipiat. Semel fœmininum, עַד־הָעֶרֶב הַשְּׁלִשִׁית, *usque ad vesperam tertiam*, 1 Sam. XX. 5. id est, *usque ad tempus vespertinum diei tertii*, ut Chaldæus explicat; et Kimchi illic dicit, adjectivum fœmininum שְׁלִישִׁית respectum habere ad nomen subauditum עֵת. Item, *miscellanea turba*, *mixtura variorum populorum*, Jer. XXV. 20, 24. ubi Kimchi scribit, Arabes vagos et mixtos, יוֹשְׁבֵי אֳהָלִים, *inhabitantes ta-*

bernacula, intelligi, qui ob id Plinio dicuntur *Scenitæ:* item Jer. L. 37. Plurale fœm. עֲרָבוֹת, *vesperæ*, Jer. V. 6. Duale, בֵּין הָעַרְבַּיִם, *inter duas vesperas*, Exod. XII. 6. id est, ut Kimchi in libro Radicum scribit, *a tempore inclinationis solis ad occidentem, quod est a sexta hora et ulterius usque ad noctem. Dicit autem* עַרְבַּיִם, *quod notat* duas vesperas: *nam a tempore, quando sol incipit declinare, ea est vespera una; post occasum solis est vespera altera. Inter hoc tempus est illud, de quo dicitur* בֵּין הָעַרְבַּיִם. Per *sextam* hic non intelligitur nostra sexta vespertina, sed sexta diei judaici, id est, Ipse meridies. Dies enim in duodecim horas erat divisus, Joh. XI. 9. Hæc latius explicanda. Jusserat Deus agnum paschalem mactari *inter duas vesperas*, Exod. VI. Jusserat etiam agnos duos quotidie offerri in sacrificium juge et quotidianum, unum *mane*, alterum *vespere* seu *inter duas vesperas*, Num. XXVIII. Ergo vespera paschatis *duo agni* erant mactandi. Agnus paschalis illum sequebatur, nam *ordinario* non debebat *accidentarium* præferri. De agno paschali traditio priscorum legitur: si juguletur Pæsach ante meridiem, profanum et illegitimum est, propterea quod dicitur: *et jugulabunt eum inter duas vesperas*, Exod. XII. 6. Ante sacrificium juge vespertinum, rectum est; maxime si quis misceat sanguinem agni, (ne scil. condensetur) usque dum sparsus fuerit sanguis sacrificii jugis, et postea ipse quoque spargatur, tum rectum est: tractatu Talmudico פסחים, *de Paschate*, cap. 5. fol. 6. De agno sacrificii jugis sive quotidiani traditio est, in eodem capite, initio, his verbis: » *tamid sive juge sacrificium agni, jugulabatur hora octava et dimidia* (id est, inter secundam et tertiam) *et offerebatur hora nona et dimidia* (inter tertiam et quartam). *Vespera paschatis, mactabatur septima et dimidia* (inter primam et secundam) *et offerebatur octava et dimidia*, (media ad tertiam); *quod si vespera paschatis incideret in vesperam sabbathi, mactabatur sexta et dimidia*, (inter duodecimam et primam) *et offerebatur septima* et *dimidia*, (media ad secundam) *et postea Pæsach.* » Hæc traditio; explicant et complent eam doctores in Ghemara hoc modo: » *unde hæc probantur? ex eo quod dicit Scriptura*, agnum unum parabis mane et agnum alterum parabis inter duas vesperas, (Num. XXVIII. 4.) *dividit illud tempus in duas vesperas, ut duæ horæ cum dimidia sint hinc, et totidem illinc, et hora una ad parandum eum. Quæsivit quidam, quare vespera paschatis anticipamus hora una? respondit Rabba: lex sacrificii jugis proprie est, a quo se inclinare incipiunt umbræ vesperæ. Quare id? ex eo quod dicit Scriptura*, inter duas vesperas, *id est*, מעידנא דמתחיל שמשא למערב, *a tempore quo incipit sol occumbere. At vespera paschatis, quando agnus paschatis post tamid, seu agnum quotidianum, mactandus est, anticipamus hora una. Quod si vespera paschatis incidat in vesperam sabbathi, ne assatura agni paschalis attingat sabbathum, ulterius hora una anticipamus, mactando eum sexta et dimidia.* » Hactenus Ghemara: unde satis liquet, quæ priscorum de hoc vespertino tempore sententia fuerit. Glossa R. Salomonis in hunc textum illustris est: *omnes sex horæ pomeridianæ rectæ sunt, ex quo scilicet incipiunt inclinare umbræ vespertinæ, quod fit a media septima et ulterius, quo sol vergit ad occidentem et umbra ad orientem, ut cum homo stat ex opposito solis, umbra ejus spargitur versus orientem; sed a dimidia sexta ad dimidiam septimam, sol consistit in medio firmamenti, et umbra in nullam partem declinat, sed recta deorsum sub hominem.* Hæc ibi. Omnino ergo per sextam, tam in Kimchio, quam aliis,

intelligendus ipse meridies, et sic reliquæ horæ, calculo diei judaici, in duodecim horas olim divisi. Majemon, tractatu תמיד, *de sacrificio jugi*, cap. 1. in eamdem sententiam scribit: *sacrificium juge duarum vesperarum jugulant, ex quo prolongari incipit umbra; et quum omnibus apparet, umbram prolongari, nempe a sexta hora et dimidia, et inde usque ad finem diei.* Vide eumdem ibidem latius, et de sacrificio Pesach cap. 1. et in tract. תפלה, *de Precibus*, cap. 3. Aruch in פלג. Gen. XLIX. 27. in Targum hierosol. et Jonathan, nec non Josephum Scaligerum de emendatione temporum fol. 532.

עָרֹב, m. *colluvies, mixtura insectorum* vel variorum animalium, Exod. VIII. 25.

עֹרֵב, m. *corvus*, Gen. VIII. 7. Plur. וְאֶת־הָעֹרְבִים, *et corvis præcepi*, 1 Reg. XVII. 4. Constr. עֹרְבֵי־נַחַל, *corvi torrentis*, Prov. XXX. 17.

עֲרָב, m. *Arabia*, 2 Par. IX. 14. sic dicta a *mixtis populis*, vel quod *quasi solitudo* et *deserta regio* esset, ex significatione nominis עֲרָבָה quod mox sequitur. Et in Pathach, עֲרַב, Ezech. XXVII. 21. הָעַרְבִי, *Arabs*, Nehem. II. 19. Plur. ערבים, 2 Par. XXI. 16. et עַרְבִיִּים, 2 Par. XXVI. 7. Et cum epenthesi א, הָעַרְבִיאִים, *Arabes*, 2 Paral. XVII. 11.

עֲרָבָה, f. *campestris locus*, *campestria*, Job XXIV. 5. Item *solitudo*, *desertus locus*, Jer. L. 12. כָּעֲרָבָה, *sicut solitudo*, Ies. XXXIII. 9. Cum ה locali, הָעֲרָבָתָה, *versus campestria*, Jos. XVIII. 18. Quibusdam est proprium nomen loci. Pluraliter, *cœli*: לָרֹכֵב בָּעֲרָבוֹת, *equitanti super cœlos*, Psalm. LXVIII. 5. juxta Aben Esram; et explicat per ver. 34. ubi dicitur, לָרֹכֵב בִּשְׁמֵי שְׁמֵי־קֶדֶם, *qui insidet cœlis cœlorum antiquorum.* R. Moses dixit, sic appellari cœlum, quod *latum* et *extensum* sit *instar loci campestris*: Majemon in More, parte 1. cap. 70. et Kimchi in commentario accipiunt de cœlo supremo, Dei sede, ubi *amœnitas* et *suavitas* perfectissima. R. Elieser in capitulis suis scribit: *septem firmamenta creavit Deus, ex quibus non elegit thronum gloriosum regale, nisi hoc quod dicitur* עֲרָבוֹת. Constr. עַרְבוֹת, *campestria (Jericho)*, Jos. IV. 13. Et transpositis literis, בְּעִבְרוֹת הַמִּדְבָּר, *in campestribus deserti*, 2 Sam. XV. 28. quod legendum juxta Masorethas בְּעַרְבוֹת.

עֲרֻבָּה, f. *sponsio*, Prov. XVII. 18. Item, *arrha*, *pignus*. Cum aff. וְאֶת־עֲרֻבָּתָם, *et arrham eorum*, 1 Sam. XVII. 18.

עֲרָבִים, m. pl. *salices*, Psalm. CXXXVII. 2. ab *amœnitate*, quod inter prima virescentia sunt, vel quod *campestribus locis* gaudent. Construct. וְעַרְבֵי־נָחַל, *et salices torrentis*, Lev. XXIII. 40.

עֵרָבוֹן, m. *arrha, pignus, arrhabo*, Gen. XXXVIII. 17.

מַעֲרָב, m. *occidens*, *plaga occidentalis*, Dan. VIII. 5. dicta quasi *vespertina*, quod sole illic occidente *vespera fiat*: aut שהצורות מתערבות באותה שעה, *quod rerum formæ eo tempore commiscentur*. Cum ה locali, מַעֲרָבָה, *occidentem versus*, 1 Par. XXVI. 30. Et fœmin. וּמִמַּעֲרָבָה, *et ab occidente*, Ies. XLV. 6. Item *commercium*, *negotiatio*: aff. מַעֲרָבֵךְ, *negotiationem tuam*, Ezech. XXVII. 27. et ver. 19. Plur. וּמַעֲרָבַיִךְ, *et commerciorum tuorum*, ver. 33.

תַּעֲרֻבוֹת, f. pl. *sponsiones*. וְאֶת־בְּנֵי הַתַּעֲרֻבוֹת, *etiam filiis fidejussionum*, 2 Reg. XIV. 14. id est, *obsidibus.*

עָרַג *glocitavit*: verbum cervorum proprium: futur. כְּאַיָּל תַּעֲרֹג, *sicut cervus glocitat*, Psalm. XLII. 2. Inde et aliis animalibus tribuitur: *etiam bestiarum agri quælibet* תַּעֲרוֹג אֵלֶיךָ, *glocitabit ad te*, Joel I. 20. id est, *vociferabitur*, *mugiet*.

עֲרוּגָה, f. *areola*. Constr. כַּעֲרוּגַת הַבֹּשֶׂם, *ut areola aromatica*, Cant. V. 13. Plur. עַל־עֲרֻגֹת צִמְחָהּ, *cum areolis germinationis suæ* (*siccabitur*), Ezech. XVII. 10.

ערד עָרוֹד, masc. *onager*, Job XXXIX. 5. Plurale chaldaicum, וְעִם־עֲרָדַיָּא, *et cum onagris* (*habitatio ejus*), Dan. V. 21.

עָרָה *nudari*: infinit. irregularis, וְעָרָה, *et nudari*, Ies. XXXII. 11. pro לְעָרוֹת, *nudandum est*. Est autem infinitivus loco imperativi, *nudamini*, *nudate vos*, et formam habet a vicino verbo עוּר; vel est per transpositionem vocalium pro עֲרֵה: vide simile in רגז. Niph. נֶעֱרָה, *nudari*, *evacuari*, *effundi*: effusione enim vas quasi *nudatur*. Futur. עַד־יֵעָרֶה, *donec effundatur*, Ies. XXXII. 15. Et anomalum, תֵּעוֹר, *nudabitur*, Hab. III. 9. forma ab עוּר mutuata. Pih. עֵרָה, *nudavit*, *evacuavit*, *deplevit*, *effudit*: præterit. עֵרָה מָגֵן, *nudat clypeum*, Ies. XXII. 6. Infinit. עָרוֹת, *nudando*, Hab. III. 13. Imper. עָרוּ, *nudate*, Psalm. CXXXVII. 9. Futur. יְעָרֶה, *nudabit*, Ies. III. 17. Per apocopam, אַל־תְּעַר, *ne nudes*, Psalm. CXLI. 8. pro תְּעָרֶה: sic וַתְּעַר, *et deplevit*, Gen. XXIV. 20. וַיְעָרוּ, *et evacuarunt*, 2 Par. XXIV. 11. Hiph. præter. הֶעֱרָה, *effudit* (*in mortem animam suam*), Ies. LIII. 12. *nudavit*, Levit. XX. 18. Hithp. particip. מִתְעָרָה, *diffundens*, *explicans se*, *virescens*, Psalm. XXXVII. 35. Futur. תִּתְעָרִי, *nudabis te*, Thren. IV. 21. Et geminatis duabus literis, תִּתְעַרְעָר, *nudabitur*, Jer. LI. 58.

עֶרְוָה, f. *nuditas*, *nudatio*: *verenda*, *pudenda*, *turpitudo*, *probrum*: nuditas corporis humani propalam turpis et pudenda censetur, maxime partium genitalium, quas natura tectas voluit. בְּשַׂר עֶרְוָה, *carnem nuditatis*, Exod. XXVIII. 42. id est, *pudenda*. Construct. עֶרְוַת אָבִיו, *verenda patris sui*, Gen. IX. 22. Aff. עֶרְוָתוֹ, *nuditatem ejus*, Levit. XX. 17. Chald. וְעַרְוַת מַלְכָּא, *et nudationem regis*, Esr. IV. 14. ut tributo suo *nudetur* et *spolietur*: vel, *probrum regis*, quod accidet, si subditi tributum denegent.

עֶרְיָה, f. *retectio*; vel adjective, *retecta*, *nudata*, Ezech. XVI. 7. Mich. I. 11. Vel accipiendum pro בְּעֶרְיָה.

עוֹר, m. *cutis*, *pellis*, a *nuditate* sic dicta, Genes. III. 21. Aff. וְאֶת־עוֹרוֹ, *et pellem ejus*, Levit. VIII. 17. עוֹרִי, *pellem meam*, Job XIX. 26. juxta hebræos. Plur. עוֹרֵנוּ, *pelles nostræ*, Thren. V. 10. cum defectu י in medio. Et fœmin. עֹרֹת, Exod. XXVI. 14. Aff. עֹרֹתָם, *pelles eorum*, Levit. XVI. 27.

עָרוֹת, f. pl. *papyri*, juxta quosdam, Ies. XIX. 7. quasi *pelliculæ* dictæ: nam in prætenues, et multiplices membranulas acu dividebantur, ut docet Plin. lib. XIII. cap. 11. Hebræi *virentia*, *gramineta*, explicant.

עַרְעָר, masc. *nudatissimus*, juxta quosdam: aliis *myrica*, virgultum tenue, humile, fragile: פָּנָה אֶל־תְּפִלַּת הָעַרְעָר, *respexit ad orationem*

nudatissimi, Psalm. CII. 18. id est, omni ope destituti, derelicti ab omnibus. R. Salomon, *vociferantis*, *clamantis*, ex significatione וְעוֹעֵרוּ, *vociferantur*, Ies. XV. 5. Aben Esra, *ad precationem populi qui est veluti myrica solitudinis*; ut in sequenti loco, כְּעַרְעָר בָּעֲרָבָה, *ut myrica solitudinis*, Jer. XVII. 6. vel, *ut locus nudatus* deserti: in quo scil. *nihil crescit*: R. Salomon, *ut arbor solitaria*, quasi ab עֲרִירִי, vel *ut locus vastus*. Sic juxta quosdam, כַּעֲרוֹעֵר בַּמִּדְבָּר, *sicut arbor nuda in deserto*, Jer. XLVIII. 6. Alias, *Aroer*, est proprium nomen loci.

מַעַר, m. *nuditas*: כְּמַעַר אִישׁ, *secundum nuditatem cujusque*, id est, spatium *nudum* et *vacuum*, 1 Reg. VII. 36. Kimchi, *secundum adhæsionem cujusque*, prout unum alteri adhærebat et conjunctum erat; et sic verbum in Pihel pro *adhærere* quidam exponunt: quidam vero *cœlaturam* vertunt, quod cœlando et exsculpendo res antea tecta *denudetur* et *retegatur*.

מַעֲרֶה, masc. *nuditas*, *denudatio*: constr. מִמַּעֲרֵה, *post denudationem* (*Ghibheae*) id est, postquam urbs Ghibhea præsidio *denudata esset*, Jud. XX. 33. R. Levi, *ex valle* seu *spelunca*, quasi idem sit cum sequenti nomine.

מְעָרָה, f. *spelunca*, *fossa*, quasi locum *nudum* et *evacuatum* dicas, 1 Sam. XXIV. 4. Constr. הַמְעָרַת פָּרִצִים, *an spelunca latronum?* Jer. VII. 11. Plur. מְעָרוֹת, *speluncæ*, Ies. XXXII. 14. cujus thema quidam faciunt inusitatum מער.

מְעוֹרִים, m. pl. *nuditates*: affix. מְעוֹרֵיהֶם, *nuditates eorum*, Hab. II. 15. quod formam habet ab עוּר.

עָרַךְ *ordinavit*, *disposuit*, *aptavit*, *struxit*, *instruxit*: *æstimavit*, *taxavit*, *comparavit*, *æquiparavit*, *par æstimatus fuit*. Præt. עָרַךְ אֵלַי, *disposuit mihi*, Job XXXII. 14. וְעָרַכְתָּ אֶת־עֶרְכּוֹ, *et ordinabis ordinationem ejus*, Exod. XL. 4. Hiph. præt. הֶעֱרִיךְ אֶת־הָאָרֶץ, *taxabat terram*, 2 Reg. XXIII. 35. וְהֶעֱרִיךְ אֹתוֹ, *et æstimet eum*, Levit. XXVII. 8. Futur. יַעֲרִיךְ אֹתוֹ, *æstimabit eam*, Lev. XXVII. 14.

עֵרֶךְ, m. *instructio*, *dispositio*, *æstimatio*: affix. וְחִין עֶרְכּוֹ, *et gratiam dispositionis ejus*, Job XLI. 4. עֶרְכְּךָ, *æstimatio tua*, Lev. XXVII. 16.

מַעֲרָכָה, fœm. *ordo*, *aptatio*, *acies*, *strues*. נֵרוֹת הַמַּעֲרָכָה, *lucernas aptationis*, Exod. XXXIX. 37. מֵהַמַּעֲרָכָה *ex ipsa acie*, 1 Sam. IV. 12. Plural. מַעֲרָכוֹת, *ordines*, Levit. XXIV. 6. Constr. מַעַרְכוֹת. *acies* (*Dei viventis*), 1 Sam. XVII. 26.

מַעֲרֶכֶת, f. *ordo*, *dispositio*, Levit. XXIV. 7. Plural. mascul. construct. מַעַרְכֵי־לֵב, *dispositiones cordis*, Prov. XVI. 1.

עָרֵל *præputiatum*, *obturatum habuit* vel *censuit*, juxta hebræos, qui per אָטַם exponunt; vel *præputium abstulit*, quasi *depræputiare* dicas. Præterit. וַעֲרַלְתֶּם עָרְלָתוֹ, *et obturabitis obturationem ejus*, Lev. XIX. 23. juxta R. Salomonem; id est, arborem impuram et fructus ejus pollutos et abominabiles censebitis, sicut est *præputium* seu *cutis obturans* membrum virile. Vel, *depræputiabitis*; id est, *auferetis præputium ejus*, id est, *fructus ceu impuros decutietis*; ut chaldaice, תְּרַחֲקוּן רַחָקָא יַת אִבֵּיהּ, *removendo removebitis fructus ejus*, id est, abjicietis tamquam immundos. Niph. imper. הֵעָרֵל, *præputium relege*, *præputiatum te ostende*, *pudendis nuda te*, ut ebrii solent, Hab. II. 16. juxta Aben Esram: R.

Salomon reddit, *obturator stuporæ cordis*.

עָרֵל, m. *præputiatus*, *incircumcisus*, *obturatus*, cujus membrum genitale obducto præputio *obturatum est*, Exod. XII. 48. Construct. עֲרַל שְׂפָתַיִם, *obturatus*, *præputiatus labiis*, Exod. VI. 12. Plural. עֲרֵלִים, *præputiati*, Lev. XIX. 23. Construct. עַרְלֵי־לֵב, *præputiati corde*, Jer. IX. 25. Fœmin. עֲרֵלָה, *præputiata*, Jer. VI. 10.

עָרֵל, mascul. *præputiatus*, Ezech. XLIV. 9.

עָרְלָה, fœmin. *præputium*, Genes. XXXIV. 14. Constr. עָרְלַת בְּנָהּ, *præputium filii sui*, Exod. IV. 25. Affix. עָרְלָתָם, *præputii sui*, Genes. XVII. 27. Plur. עֲרָלוֹת, 1 Sam. XVIII. 25. Affix. עָרְלֹתֵיהֶם, *præputia eorum*, ver. 27.

ערם *calliditate*, *astu usus fuit*: infinitiv. עָרוֹם, *astu utendo*, 1 Sam. XXIII. 22. Niph. נֶעֱרַם, *coacervari*: præter. נֶעֶרְמוּ־מַיִם, *coacervatæ sunt aquæ*, Exod. XV. 8. Hiph. futur. יַעְרִם, *astute aget*, *astutus fiet*, Prov. XIX. 25.

עָרוּם, masc. *astutus*, Gen. III. 1. Plur. עֲרוּמִים, Job XV. 5.

עָרוֹם, עָרֹם, masc. *nudus*, Ies. LVIII. 7. Plur. עֲרוּמִּים, *nudi*, Gen. II. 25. Fœm. עֲרֻמָּה, *nuda*, Hos. II. 3.

עֵירֹם, masc. *nudus*, Gen. III. 10. Item, *nuditas*, Deut. XXVIII. 48. Plur. עֵירֻמִּים, *nudi*, Gen. III. 7.

עָרְמָה, f. *astutia*, Prov. I. 4. Affix. בְּעָרְמָם, *in astutia ipsorum*, Job V. 13. contracte pro בְּעָרְמָתָם, cui simile vide in פֶּחָה.

עֲרֵמָה, f. *acervus*, Ruth III. 7. Construct. עֲרֵמַת חִטִּים, *acervus triticorum*, Cant. VII. 3. Plur. עֲרֵמוֹת, *acervi*, 2 Par. XXXI. 6. Et masculinum, עֲרֵמִים, *acervi*, Jer. L. 26.

מַעֲרֻמִּים, masc. plur. *nudi*: affix. מַעֲרֻמֵּיהֶם, *nudos eorum*, 2 Paral. XXVIII. 15.

*עַרְמוֹן, m. *platanus* arbor: hebræis, *castanea* arbor, Genes. XXX. 37. Plur. עַרְמֹנִים, *castaneæ*, Ezech. XXXI. 8.

ערס עֲרִיסוֹת, f. pl. *massæ*, farinæ scil. aqua conspersæ: affix. עֲרִיסֹתֵיכֶם, *massarum vestrarum*, Num. XV. 20.

*עַרְעָר, vide supra in עָרָה.

ערף עֹרֶף, masc. *cervix*, Exod. XXIII. 27. Affix. עָרְפּוֹ, *cervicis ejus*, Lev. V. 8. וְעָרְפְּכֶם, *et cervicem vestram*, Deut. X. 16.

עָרַף, *decollavit*, quasi *decervicare* dicas. Item, *stillavit*. Præt. וַעֲרַפְתּוֹ, *et decollabis ipsum*, Exod. XIII. 13. וְעָרְפוּ, *et decollabunt*, Deut. XXI. 4. Partic. עֹרֵף, *decollat*, Ies. LXVI. 3. Partic. præt. fœm. הָעֲרוּפָה, *decollata*, Deut. XXI. 6. Futur. יַעֲרֹף, *decollabit*, id est, *decutiet*, *diruet*, Hos. X. 2. Et secundum alteram significationem, יַעֲרֹף, *stillet*, Deut. XXXII. 2. יַעַרְפוּ, *stillabunt*, Deut. XXXIII. 28.

עֲרִיפִים, m. pl. *ruinæ*, ex significatione verbi, Hos. X. 2. juxta Aben Esram. Aff. בַּעֲרִיפֶיהָ, *in ruinis ejus*, nempe *terræ*, quo affixum fœmininum referendum est, Ies. V. 30. Quidam, *in caligine ejus*; alii *in stillationibus ejus* scil. *lucis*, et tunc discrepantia generis est in affixo.

עֲרָפֶל m. *caligo*, Job XXII. 13. לִשְׁכֹּן בָּעֲרָפֶל, *habitare in caligine*, 1 Reg. VIII. 12.

עָרַץ *violentia usus fuit, violenter exagitavit, confregit,* vel *contrivit; fortem* aut *violentum se exhibuit: expavit, consternatus fuit: terruit.* Infin. לַעֲרֹץ, *ad violenter exagitandum*, Psal. X. 18. Futur. אֶעֱרוֹץ, *violentia usus sim*, Job XXXI. 34. תַּעַרְצוּ, *expavescite*, Deut. XX. 3. תַּעֲרוֹצִי, *fortem præbueris te*, Ies. XLVII. 12. Niph. part. נַעֲרָץ, *formidabilis*, Psal. LXXXIX. 8. Hiph. futur. יַעֲרִיצוּ, *formidabunt*, Ies. XXIX. 23. תַּעֲרִיצוּ, *formidetis*, Ies. VIII. 12.

עָרִיץ, m. *violentus, tyrannus, formidabilis:* לֶעָרִיץ, *violento*, Job XV. 20. Plur. עָרִיצִים, *violenti, prævalidi*, Job VI. 23. Constr. עָרִיצֵי גוֹיִם, *violentissimi gentium*, Ezech. XXVIII. 7.

עָרוּץ, vel עָרוּץ, m. *ruptura, concavitas*, Job XXX. 6.

מַעֲרִיץ, masc. *pavor, terror*. Affix. מַעֲרִיצְכֶם, *pavor vester*, Ies. VIII. 13.

מַעֲרָצָה, f. *violentia*, Ies. X. 33.

עָרַק *fugit*, proprie chaldaicum est: part. הָעֹרְקִים, *qui fugiunt*, Job XXX. 3.

עֹרְקִים, m. pl. *arteriæ, nervi:* affix. וְעֹרְקַי, *et arteriæ meæ*, Job XXX. 17.

ערר עֲרִירִי, m. *solitarius, ἄτεκνος, sine liberis*. Genes. XV. 2. Plural. עֲרִירִים, Levit. XX. 20.

* עַרְעָר, vide supra in עָרָה.

עֶרֶשׂ f. *sponda, lectus*, Psalm. XLI. 4. Aff. עַרְשִׂי, *spondam meam*, Psalm. VI. 7. Plural. עַל עַרְשׂוֹתָם, *in spondis suis*, Amos VI. 4.

עֵשֶׂב m. *herba, sativa* proprie et cultura vel ex semine suo rursus proveniens, Gen. I. 11. Aff. עֶשְׂבָּם, *herbam eorum*, Ies. XLII. 15. Plural. עִשְּׂבוֹת, *herbæ*, Prov. XXVII. 25. Chald. בַּעֲשַׂב אַרְעָא, *in herba terræ*, Dan. IV. 12. וְעִשְׂבָּא, *et herbam*, ver. 22.

עָשָׂה *fecit, effecit; paravit, apparavit; comparavit, acquisivit; magnifecit, magnificavit: curavit, aptavit.* Item *confecit, subegit, consumpsit:* quomodo cum עָסַס convenit, ut notat R. Salomon, Mal. IV. 3. Præteritum, עָשָׂה, *fecerat*, Gen. I. 31. עָשְׂךָ, *magnifecit te*, Deut. XXXII. 6. Particip. עֹשֶׂה, *conficiens, consumens*, Soph. III. 19. Infinit. בַּעֲשׂוֹת, *in conficiendo*, id est, *in subigendo*, Ezech. XXIII. 21. etc. Semel etiam ex futuro scriptum, וַיַּעַשׂ, sed legendum וַיַּעַשׂ; vide עָשָׂה. Niph. נַעֲשָׂה, *fieri:* præt. נַעֲשָׂה, *factum est*, Eccl. IX. 3. Particip. וְנַעֲשִׂים, *et facti*, Esth. IX. 28. etc. Pih. præter. עִשּׂוּ, *confecerunt, subegerunt*, Ezech. XXIII. 3. Pyh. præt. עֻשֵּׂיתִי, *factus sum*, Psal. CXXXIX. 15.

מַעֲשֶׂה, m. *factum, opus, opificium.* Construct. וּמַעֲשֵׂה, *et opus*, 1 Reg. VII. 33. Affix. מַעֲשֵׂהוּ, *operi ejus*, 2 Reg. XVI. 10. Plural. מַעֲשִׂים, Numer. XVI. 28. Constr. מַעֲשֵׂי־יָהּ, *opera Dei*, Psal. CXVIII. 17. Affix. מִמַּעֲשָׂיו, *ab operibus suis*, Ex. V. 4.

עָשַׁן *fumavit:* præt. עָשַׁנְתָּ, *fumaturus es*, Psalm. LXXX. 5. metaphorice, pro *iratus eris*. Et sic futurum, יֶעְשַׁן, *fumabit*, Psal. LXXIV. 1. וְיֶעֱשָׁנוּ, *et fumabunt*, Ps. CIV. 32.

עָשָׁן, m. *fumus*, Genes. XV. 17.

Constr. עֲשַׁן, Jos. VIII. 20. Cum aff. עֲשָׁנָהּ, *fumus ejus*, Ies. XXXIV. 10.

עָשֵׁן, m. *fumans*, *fumigans*, Exod. XX. 18. Plural. הָעֲשֵׁנִים, *fumigantium*, Ies. VII. 4.

עָשָׁן, m. *fumus*, Exod. XIX. 18.

עָשַׁק *oppressit*, *vi* scilicet vel *fraude, fraudavit, fraudem fecit; fraude* vel *oppressione detinuit* : præter. עָשַׁק, *oppressit*, Ezech. XVIII. 18. Et passive, עָשְׁקָה־לִּי, *vis* vel *oppressio fit mihi*, Ies. XXXVIII. 14. quod juxta R. Salomonem est imperativus, *oppressionem fac* vel *opprime me*. Quibusdam est nomen substantivum cum Kametz chatuph ab initio, *oppressio*, etc. Pyh. particip. הַמְעֻשָּׁקָה, *o oppressa*, Ies. XXIII. 12.

עָשׁוֹק, m. *oppressor*, Jer. XXII. 3.

עֹשֶׁק, m. *oppressio*, *fraus*, Psal. LXXIII. 8.

מַעֲשַׁקּוֹת, masc. *oppressiones*, Ies. XXXIII. 15.

עשק Hithp. הִתְעַשֵּׂק, *litem habere* vel *movere*, *litigare*. Præter. הִתְעַשְּׂקוּ, *litem moverunt*, Genes. XXVI. 20.

עֵשֶׂק, m. *lis* ; est autem nomen proprium fontis propter quem litigarunt, Gen. XXVI. 20.

עָשַׁר *ditescere*, *ditari*. Præterit. עָשַׁרְתִּי, *ditatus sum*, Hos. XII. 9. Fut. לֹא־יֶעְשַׁר, *non ditescet*, Job XV. 29. Hiph. הֶעֱשִׁיר, *ditavit* : præterit. הֶעֱשַׁרְתִּי, *ditavi* (*Abrahamum*), Gen. XIV. 23. Absolute positum, est *ditescere* ; infin. לְהַעֲשִׁיר, *ut ditescas*, Prov. XXIII. 4. etc. Hithp. partic. מִתְעַשֵּׁר, *divitem se jactans* vel *fingens*, Prov. XIII. 7.

עָשִׁיר, m. *dives*, 2 Sam. XII. 1. Plur. וַעֲשִׁירִים, *et divites*, Eccl. X. 6. Construct. עֲשִׁירֵי עָם, *divites populi*, Psalm. XLV. 13.

עֹשֶׁר, m. *divitiæ*, 1 Sam. XVII. 25. Aff. עָשְׁרוֹ, *divitiarum suarum*, Ps. LII. 9.

עָשַׂר *decimavit*, *decimas accepit* : futur. יַעְשֹׂר, *decimabit*, 1 Sam. VIII. 15. Pih. participium, הַמְעַשְּׂרִים, *decimaturi sunt*, Neh. X. 38. Infin. et futur. עַשֵּׂר אֲעַשְּׂרֶנּוּ, *decimando decimaturus sum*, id est, *decimas daturus*, Genes. XXVIII. 22. Sic, עַשֵּׂר תְּעַשֵּׂר, *decimando decimabis*, Deuter. XIV. 22. Hiph. infin. בַּעְשֵׂר, *in decimando*, *quando dabunt decimas*, Neh. X. 39. לַעְשֵׂר, *decimare*, *decimas dare*, Deut. XXVI. 12.

עָשָׂר, m. *decem*, *decimus* ; hæc forma adhibetur dumtaxat in numeris cum *denario* compositis, ut אַחַד עָשָׂר יוֹם, *undecimo die*, Deut. I. 2. וְאַחַד עָשָׂר, *et undecim*, Gen. XXXVII. 9. Chald. עֲשַׂר, *decem*, Dan. VII. 7. תְּרֵי־עֲשַׂר, *duodecim*, Dan. IV. 26.

עֶשֶׂר, f. *decem*, Exod. XXXVI. 21.

עָשׂוֹר, m. *decem*, *decimus*, Genes. XXIV. 55. בֶּעָשׂוֹר, *in ipso decimo*, scil. *die*, Exod. XII. 3. Item, *decachordum*, Psal. XXXIII. 2.

עֲשָׂרָה, m. *decem*, Genes. XVIII. 32. Chald: עַשְׂרָה, *decem*, Dan. VII. 24. Constr. עֲשֶׂרֶת, quod instar substantivi est, quasi *decadem* dicas : עֲשֶׂרֶת הַדְּבָרִים, *decas verborum*, *decem verba*, Exod. XXXIV. 28. Plur. עֲשָׂרוֹת, *decuriæ*. וְשָׂרֵי עֲשָׂרֹת, *et præfecti decuriarum*, id est, *decuriones*, Exod. XVIII. 21.

עֶשְׂרֵה, f. *decem* : semper alii nomini numerali postponitur : ut אַחַת־עֶשְׂרֵה, *undecimo*, 2 Reg. IX. 29. שְׁתֵּים עֶשְׂרֵה, *duodecim*, Gen. V. 8.

עֲשִׂירִי, m. *decimus*, Gen. VIII. 5.

עֲשִׂירִיָּה, f. *decimatio*, *decimæ*, Ies. VI. 13.

עֲשִׂירִית, f. *decima*, *pars decima*, Exod. XVI. 36. בַּשָּׁנָה הָעֲשִׂירִית, *in anno decimo*, Jer. XXXII. 1.

עֶשְׂרִים, c. pl. *viginti*, Gen. XVIII. 31. pro עֶשְׂרִים, *bis dena*. Item *vicesimus*, וּבְיוֹם עֶשְׂרִים, *et die vicesimo*, 2 Paral. VII. 10. Chald. עֶשְׂרִין, *viginti*, Dan. VI. 2.

עִשָּׂרוֹן, m. *decima pars*, Numer. XV. 4.

עֶשְׂרֹנִים, m. pl. *decimæ partes*, Lev. XIV. 10.

מַעֲשֵׂר, m. *decima*. Hæc erat duplex: *primam* dabat colonus Levitis, de qua ipsi rursus dabant decimam sacerdotibus, (Num. XVIII. 26, 28.) reliquum Levitarum fuit proprium et liberum, vers. 31. Deinde colonus rursus Levitis dabat decimam *secundam*, quæ sacra erat, et a Levitis in templo consumebatur, Deut. XIV. 23. וַיִּתֶּן־לוֹ מַעֲשֵׂר, *et dedit ei decimam (de omnibus)*, Gen. XIV. 20. Constr. מַעְשַׂר, *decimam (terræ)*, Deut. XIV. 25. מִמַּעַשְׂרוֹ, *de decima sua*, Levit. XXVII. 31. Plurale fœmin. מִכֹּל מַעְשְׂרֹתֵיכֶם, *de omnibus decimis vestris*, Num. XVIII. 28.

עָשַׁשׁ *depasci*, *contabescere*: præterit. (*et ossa mea*) עָשֵׁשׁוּ, *contabescunt*, Psalm. XXXI. 11. עָשְׁשָׁה, *contabuit*, *depastus est*, Psal. VI. 8. Quidam, *caligavit*.

עָשׁ, m. *tinea*, a *depascendo* dicta, Job XIII. 28. Aliam significationem vide in עוּשׁ.

עָשַׁת *nitidum esse*: עָשְׁתוּ, *nitidi sunt*, Jerem. V. 28. Hithp. הִתְעַשֵּׁת, *cogitavit*, ex chaldaico usu, ut sequitur: futur. יִתְעַשֵּׁת, *cogitabit*, *cogitationem suscipiet*; vel secundum quosdam, *nitidum*, id est, *amicum exhibebit se*, Jon. I. 6.

עֲשִׁית, Chald. *cogitavit*: præter. וּמַלְכָּא עֲשִׁית, *et rex cogitabat*, Dan. VI. 4.

עָשׁוֹת, m. *nitidum*, *tersum*, Ezech. XXVII. 19.

עֶשֶׁת, m. *nitor*, Cant. V. 14.

עַשְׁתֵּי, *unum*, *unus*, sed semper additur nomini numerali עָשָׂר vel עֶשְׂרֵה, pro *undecim*, *undecimus*. בְּעַשְׁתֵּי־עָשָׂר, *in undecimo*, Deut. I. 3. לְעַשְׁתֵּי עֶשְׂרֵה, *undecim*, Exod. XXVI. 8. Vide Aben Esram, Numer. VII. 72.

עֶשְׁתּוּת, f. *cogitatio*: לְעַשְׁתּוּת, *ad cogitationem*, Job XII. 5. Quidam libri habent, עַשְׁתּוֹת.

עֶשְׁתֹּנוֹת, f. pl. *cogitationes*: affix. עֶשְׁתֹּנֹתָיו, *cogitationes ejus*, Psalm. CXLVI. 4.

עַשְׁתָּרָה עשתר, f. *grex*: plur. constr. וְעַשְׁתְּרוֹת צֹאנֶךָ, *et greges ovium tuarum*, Deuter. VII. 13. Apud Talmudicos legitur, sic dici שמעשרות את בעליהן, *quod ditant dominos suos*: Cholin fol. 84. 2. Chaldæus, עֶדְרֵי, *greges*. Est et nomen imaginum, ovium formam habentium, ut Kimchi notat, quas pro deabus colebant Tzidonii et Philistæi, Jud. II. 13. 1 Sam. XXXI. 10. Est et nomen proprium urbis, Deut. I. 4. Inde, עַשְׁתְּרָתִי, *hasteratæus*, 1 Par. XI. 44.

עָתַד Pih. *paravit*: imper. עַתְּדָהּ, *para illud*, Prov. XXIV. 27. Hithp. præt. הִתְעַתָּדוּ, *paratæ fuerunt*, vel *parant se*, Job XV. 28.

עָתִיד, m. *paratus*, Job XV. 24. Plur. עֲתִידִים, *parati*, Esth. III. 14. Fœmininum, עֲתִדֹת לָמוֹ, *parata eis*, id est, *quæ eventura sunt ipsis*,

Deut. XXXII. 35. Chald. עֲתִידִין, *parati estis*, Dan. III. 15. Apud Rabbinos, *futurum;* et sic grammaticis, עָתִיד, *tempus futurum.*

עַתּוּדִים, m. pl. *hirci*, majores proprie, qui gregis duces sunt, Numer. VII. 17. Metaphorice, *duces.* Constr. עַתּוּדֵי אָרֶץ, *duces terræ*, Ies. XIV. 9.

עֲתוּדִים, m. pl. *parata*, id est, *thesauri parati*, divitiæ *comparatæ*, juxta Kimchium. Aff. וַעֲתִידֹתֵיהֶם, *et paratos thesauros eorum*, Ies. X. 13. Scribitur in medio cum י, sed legendum juxta Masorethas per ו cum Schurek.

עתם Niph. נֶעְתַּם, *obscurari.* Præterit. נֶעְתַּם אֶרֶץ, *obscurata est terra*, Ies. IX. 18. Aben Esra scribit esse idem quod קדר, חָשַׁךְ. Sic arabice, juxta R. Davidem.

עָתַק *consenescere*, *veterascere: transferri:* præt. עָתְקוּ, *veterascunt*, Job XXI. 7. עָתְקָה, *consenuit*, Psal. VI. 8. Fut. וְיֶעְתַּק, *transferetur*, *refigetur*, Job XVIII. 4. Hiph. הֶעְתִּיק, *transcribere*, *transferre*, *refigere.* Præt. הֶעְתִּיקוּ, *transcripserunt*, *ex multis libris in unum contulerunt*, Proverb. XXV. 1. הֶעְתִּיקוּ מֵהֶם מִלִּים, *transtulerunt*, impersonaliter, pro *translati sunt ab illis sermones*, Job XXXII. 15. Part. הַמַּעְתִּיק הָרִים, *qui refigit*, *transfert montes*, Job IX. 5. Fut. וַיַּעְתֵּק, *et refixit*, *transtulit*, Genes. XII. 8.

עָתָק, m. *durum*, *perversum*, *detortum*, 1 Sam. II. 3. Psal. LXXV. 6.

עָתֵק, m. *durans*, *durabile*, *stabile*, quasi *antiquum* dicas, Prov. VIII. 18.

עָתִיק, m. idem, Ies. XXIII. 18.

עַתִּיק, Chald. *antiquus*, Dan. VII. 13. וְעַתִּיק יוֹמִין, *et antiquus dierum*, ver. 9. Plural. עַתִּיקִים, *antiqua*, *obsoleta*, 1 Par. IV. 22. Constr. עַתִּיקֵי מִשָּׁדָיִם, *translati*, *avulsi ab uberibus*, Ies. XXVIII. 9.

עָתַר *deprecatus est*, *supplex oravit:* construitur cum præp. אֶל et לְ. Fut. יֶעְתַּר אֶל־אֱלוֹהַּ, *supplex oraverit ad Deum*, Job XXXIII. 26. וַיֶּעְתַּר יִצְחָק לַיהוָֹה, *et supplex oravit Isaac ad Dominum*, Gen XXV. 21. Niph. נֶעְתַּר, *exoratus fuit*, Ies. XIX. 22. Et in Cholem, וְנַעְתּוֹר, *et exoratus fuerat*, 1 Par. V. 20. Simile vide in הָפַךְ. Particip. וְנַעְתָּרוֹת, *deprecanda*, *precibus avertenda*, quia *infida*, Prov. XXVII. 6. Fut. וַיֵּעָתֵר, *et exoratus est*, 2 Sam. XXIV. 25. Hiph. præterit. וְהַעְתַּרְתִּי, *et supplex orabo*, Exod. VIII. 25. וְהַעְתַּרְתֶּם, *et abunde profudistis*, Ezech. XXXV. 13. Imper. הַעְתִּירוּ, *supplices orate*, Exod. VIII. 24. Futur. אַעְתִּיר, *supplex orabo*, Exod. VIII. 5.

עָתָר, m. *abundantia:* construct. וַעֲתַר עֲנַן, *et abundantia nubis* (*suffitus*), Ezech. VIII. 11.

עֲתֶרֶת, f. idem, עֲתֶרֶת שָׁלוֹם, *abundantia pacis*, Jer. XXXIII. 6.

עֲתָרִים, m. pl. *supplices:* affix. עֲתָרַי, *supplices mei*, Soph. III. 10. quod multis proprium nomen populorum censetur, *Halaræi.*

עָתַת *tempestive eloqui:* infinit. לָעוּת, *ad tempestive loquendum*, Ies. L. 4. neimpe, לֵאמוֹר דָּבָר בְּעִתּוֹ, *loqui rem in tempore suo*, ut Kimchi exponit; et Schurek est loco Cholem, cui simile vide in חָלַל.

עֵת, c. *tempus*, Eccl. III. 2. Vide Aben Esram ad Eccl. X. 11. Affix. עִתּוֹ, *tempus suum*, Eccles. IX. 12. Plur.

עִתִּים, *tempora*, Job XXIV. 1. Cum affixo, עִתֶּיךָ, *temporum tuorum*, Ies. XXXIII. 6. Fœm. לְעִתּוֹת, *temporibus*, Psal. IX. 10. Affix. עִתּוֹתַי, *tempora mea*, Psal. XXXI. 16. וּכְעֶנֶת, Chald. vide in עֶנֶת. Deducunt vulgo ab עָוַת, *perdere*, sed Daghesch illis obstat.

עִתִּי, m. *tempestivus*, *opportunus*, Lev. XVI. 21.

עַתָּה, *nunc*, *jam*, *modo*, quasi hoc *tempore* vel *momento*: מֵעַתָּה, *ex nunc*, *ab hoc tempore*, *hinc*, Psalm. CXIII. 2.

פ

פֵּאָה f. *angulus*, *latus*, *plaga*: קְצוּצֵי פֵאָה, *extremati angulo*, Jer. IX. 25. id est, Arabes in *extremis angulis* deserti habitantes, ut Kimchi et R. Salomon exponunt. Construct. פְּאַת־נֶגֶב, *plaga australis*, Numer. XXXIV. 3. Plur. הַפֵּאוֹת, Exod. XXV. 26. Constructum ex terminatione masculina, פַּאֲתֵי, *latera*, *angulos* (*Moab*); vel juxta Chaldæum, *duces*, Num. XXIV. 17. Hinc verbum in Hiphil, unde futur. אַפְאֵיהֶם, *angulabo eos*, Deut. XXXII. 26. id est, *angulatim profligabo eos*, vel *in angulos* et *extremitates terræ relegabo eos*, aut *ex omnibus angulis ejiciam eos*: Jod est loco tertiæ radicalis, quasi pro אֲפָאֵה אוֹתָם, ut R. Salomon exponit.

* פא, vide infra in פֹּה.

פָּאַר Pih. *ornavit*, *decoravit*, *glorificavit*. Semel ex significatione nominis derivati est, *ramos scrutari*, *ramos singillatim recognoscere*, et *fructus decutere*: præt. פֵּאֲרָךְ, *decoravit te*, Ies. LV. 5. Futur. אֲפָאֵר, *ornabo*, Ies. LX. 7. לֹא תְפָאֵר אַחֲרֶיךָ, *non scrutaberis ramos post te*, postquam scil. olivas tuas decusseris, Deut. XXIV. 20. et notatur in medio cum Pathach discernendæ significationis causa, scribit Kimchi. Hithp. infinit. לְהִתְפָּאֵר, *ad gloriandum*, Ies. LX. 21. Imper. הִתְפָּאֵר עָלַי, *gloriare*, *gloriam assume supra me*, Exod. VIII. 5.

פְּאֵר, m. *ornatus*, *ornamentum*, *decus*, Ies. LXI. 3, 10. Item, *tiara*, *capitis ornamentum*, Ezech. XXIV. 17. Plur. הַפְּאֵרִים, *tiaræ*, Ies. III. 20. Constr. פַּאֲרֵי פִשְׁתִּים, *tiaræ lineæ*, Ezech. XLIV. 18. Aff. וּפַאֲרֵכֶם, *et tiaræ vestræ*, Ezech. XXIV. 23. cum defectu י in medio, pro פְּאֵרֵיכֶם, ut Kimchi notat.

פֻּארָה, פֹּארָה, f. *ramus*, quia *ornamentum arboris*, Ies. X. 33. Plur. פֹּארוֹת, *rami*, Ezech. XVII. 6. Affix. פֹּארֹתָיו, *ramos suos*, Ezech. XXXI. 5.

קֵיט m. Chald. *æstas*, Dan. II. 35. ab hebræo קַיִץ, mutato צ in ט, ut sæpe.

קַיִן m. *lancea*, *hasta*. Aff. וּמִשְׁקַל קֵינוֹ, *et pondus lanceæ ipsius*, 2 Sam. XXI. 16.

• קַיִץ, vide supra in קוּץ.

קִיק קִיקָיוֹן, m. *ricinus*, Jon. IV. 6. Virgultum vel arbuscula ramos suos in longum extendens, in altum crescens et umbram faciens, ut scribit Kimchi. Quæ præterea ex Talmudicis adducit, exstant in cod. de Schabbath, cap. 2. fol. 21.

קִיר m. *paries*, *murus*, Levit. I. 15. Plural. אֶת־קִירוֹת הַבַּיִת, *parietes domus*, 1 Reg. VI. 5. קִירוֹת לִבִּי, *parietes cordis mei*, Jer. IV. 19. id est, *præcordia*.

קַרְקַר, Pih. *destruxit*, Num. XXIV. 17. cum Pathach ab initio ex forma chaldaica. Particip. מְקַרְקַר קִר, *destruens parietem*, Ies. XXII. 5.

• קָל, nomen chaldaicum; vide supra in קוֹל.

קלה *torrefecit*, *assavit*: præter. קָלָם, *torrefecit eos*, Jer. XXIX. 22. Particip. Pahul קָלוּי בָאֵשׁ, *tostas igne*, Levit. II. 14. Niph. נִקְלָה, *vilescere*, *vilem reddi* vel *haberi*, Deut. XXV. 3. Particip. טוֹב נִקְלֶה, *melior est vilis*, Proverb. XII. 9. אִישׁ־רָשׁ וְנִקְלֶה, *vir pauper et vilis*, 1 Sam. XVIII. 23. Hiph. particip. מַקְלֶה אָבִיו, *vilipendens patrem suum*, Deut. XXVII. 16.

קָלִיא, קָלִי, m. *tostum*, Lev. XXIII. 14. 1 Sam. XVII. 17.

קָלוֹן m. *levitas*, *ignominia*, *vilitas*, Psalm. LXXXIII. 17. בָּא זָדוֹן וַיָּבֹא קָלוֹן, *veniente superbia venit etiam ignominia*, Prov. XI. 2. Aff. קְלוֹנֵךְ, *ignominia tua*, Jer. XIII. 26.

קִיקָלוֹן, m. *vomitus ignominiosus*, Hab. II. 16. Vide supra in קוֹא.

קלח קַלַּחַת, f. *lebes*, *ahenum*, *olla*; 1 Sam. II. 14. וּכְבָשָׂר בְּתוֹךְ קַלָּחַת, *et sicut caro in aheno*, Mich. III. 3.

קלט קָלוּט, m. *contractum*, *curtum membro uno*, Levit. XXII. 23. Onkelos, חָסִיר, *deficiens*; cujus oppositum, שָׂרוּעַ, *redundans*.

מִקְלָט, m. *asylum*, *receptus*, *refugium*, quasi *retractum* dicas, Num. XXXV. 6. Aff. אֶל־עִיר מִקְלָטוֹ, *ad urbem refugii ejus*, ver. 25.

קָלַל *levari*; *levem*, *velocem*, *vilem esse* vel *haberi*, *vilescere*: est quantitatis et qualitatis. Præterit. כִּי קַלּוֹתָ, *postquam vilueris*, Nah. I. 14. יָמַי קַלּוּ, *dies mei velociores fuerunt*, Job VII. 6. הֲקַלּוּ הַמַּיִם, *an levatæ essent aquæ*, Genes. VIII. 8. Niph. præter. וּנְקַלֹּתִי, *et levem habuero me*, id est, *abjecero me*, 2 Sam. VI. 22. Particip. נָקֵל, *leve est*, Ies. XLIX. 6. Fœmin. עַל־נְקַלָּה, *per leviculum*, *rem leviculam*, Jerem. VI. 14. הַנְקַלָּה בְעֵינֵיכֶם, *an leviculum est in oculis vestris?* 1 Sam. XVIII. 23. Futurum, וָאֵקַל, *et levis habita sum*, pro אֶקַל, Gen. XVI. 5. יֵקַלּוּ, *leves erunt*, Ies. XXX. 16. וּבֹזַי יֵקָלּוּ, *contemptores mei leves fient*, 1 Sam. II. 30. Pih. קִלֵּל, *maledicere*, *blasphemare*, *execrari*, Regit accusativum, ut oppositum

ejus בָּרֵךְ, *benedixit*. Præterit. אָבִיו וְאִמּוֹ קִלֵּל, *patri suo et matri suæ maledixit*, Lev. XX. 9. Partic, הוֹצֵא אֶת־הַמְקַלֵּל, *educ maledicentem, blasphemum*, Lev. XXIV. 14. Hinc irregulare, מְקַלְלַוְנִי, *maledicit mihi*, Jer. XV. 10. composita forma ex קלה et קלל, quasi קְלוּנִי, *ignominia afficiunt me*, et מְקַלְלֵנִי, *maledicit mihi quisque*. Et geminata prima radicali, קִלְקֵל, *lævigavit, tersit, expolivit*, Ezech. XXI. 26. Eccles. X. 10. Pyh. partic. וּמְקֻלָּלָיו, *et maledicti ejus*, sive *ab eo*, Psal. XXXVII. 22. Futur. יְקֻלָּל, *maledicetur*, Ies. LXV. 20. Hiph. הֵקַל, *levare, allevare; leve et vile reddere, vilipendere*. Præter. הֵקַל אַרְצָה, *allevavit terram, levius affecit*, Ies. VIII. 23. וּמַדּוּעַ הֱקִלֹּתַנִי, *et quare vilipendisti me?* 2 Sam. XIX. 44. Infinitiv. לְהָקֵל, *ad levandum a se*, Jon. I. 5. Hithp. præterit. הִתְקַלְקָלוּ, *leviter vel velociter movent se, levantur*, Jer. IV. 24.

קַל, mascul. *levis, velox, celer*: קַל בְּרַגְלָיו, *levis pedibus suis*, Amos II. 15. מְהֵרָה קַל, *cito et lëvis, velocissime et levissime*, Ies. V. 26. Et versim, קַל מְהֵרָה, Joel IV. 4. Plural. קַלִּים, *leves*, Thren. IV. 19. Fœmin. קַלָּה, *velox*, Jer. II. 23.

קֹל, masc. *levitas*, Jer. III. 9. juxta Masoram, Targum et alios.

קָלָל, m. *tersum*, Ezech. I. 7.

קְלָלָה, f. *maledictio, exsecratio*, Gen. XXVII. 12. Constr. קִלְלַת חִנָּם, *maledictio gratis*, id est, *immerita*, Prov. XXVI. 2. Aff. קִלְלָתְךָ, *maledictio tua*, Gen. XXVII. 13.

קְלוֹקֵל, masc. *vilissimus*; Numer. XXI. 5.

קָלַס Pih. *ludificavit, elusit*. Infinitiv. לְקַלֵּס אֶתְנָן, *eludendo mercedem*, Ezech. XVI. 31. Hithp. futur. בַּמְּלָכִים יִתְקַלָּס, *regibus illudet*, Hab. I. 10.

קֶלֶס, m. *ludificatio, illusio*, Jerem. XX. 8.

קַלָּסָה, f. idem, Ezech. XXII. 4.

קָלַע *sculpsit, incidit*: item, *funda mittere* vel *projicere*, ex nomine petita significatione. Præterit. קָלַע, *incidit sculpturis*, 1 Reg. VI. 29. Part. קֹלֵעַ בָּאֶבֶן, *funda mittens lapidem*, Jud. XX. 16. Pih. fut. וַיְקַלַּע, *et funda misit*, 1 Sam. XVII. 49.

קֶלַע, m. *funda*, 1 Sam. XXV. 29. Aff. קַלְעוֹ, *funda ejus*, 1 Sam. XVII. 40. Plural. וּלְאַבְנֵי קְלָעִים, *et lapides fundarum*, 2 Par. XXVI. 14. Item, *tapetes ocellati*, Exod. XXVII. 9. *valvæ incisæ*, 1 Reg. VI. 34. Constr. אֶת־קַלְעֵי הֶחָצֵר, *tapetes ocellatos atrii*, Exod. XXXV. 17.

קַלָּעִים, m. pl. *funditores*, 2 Reg. III. 25.

מִקְלַעַת, fœm. *incisura, sculptura*; 1 Reg. VI. 18. Plurale, מִקְלְעוֹת, *incisuræ* (*cherubim*), ver. 29.

קלש קִלְּשׁוֹן, m. *furca, instrumentum*, (scribit Kimchi) *ferreum, habens dentes, quo fimus et palea sive stramen removetur*. לִשְׁלֹשׁ קִלְּשׁוֹן, *triplici*, seu *tridente furca*, 1 Sam. XII. 21. id est, קִלְּשׁוֹן שְׁלֹשׁ הַשִּׁנַּיִם, *furca trium dentium*.

קֶמַח m. *farina*, Gen. XVIII. 6. וְטַחֲנִי קָמַח, *et mole farinam*, Ies. XLVII. 2.

קָמַט *corrugavit, rugas contraxit* seu *obduxit*. Futur. וַתִּקְמְטֵנִי,

et rugas obduxisti mihi, Job XVI. 8. Pyh. præt. אֲשֶׁר־קֻמְּטוּ, *qui corrugati sunt*, Job XXII. 16. R. Levi et Aben Esra, נִכְרְתוּ, *excisi sunt* ex hoc mundo per diluvium. Solent autem cadavera hominum aquis mersa *corrugari*.

קָמַל *languere*, *exarescere*, *marcescere*, *marcidum fieri*: præterit. קָמַל, *languebat*, Ies. XXXIII. 9. Rabbi Salomon, *exaruit*, ac proinde *excisus fuit*. קָמֵלוּ, *languebant*, Ies. XIX. 6. Rab. Salomon, *exarescent*, exsiccatis scilicet fluminibus; Aben Esra, *exscindentur*.

קָמַץ *collegit in pugillum*, quasi dicas, *pugillavit*. Præt. וְקָמַץ מִשָּׁם, *et colliget inde*, Lev. II. 2.

קֹמֶץ, m. *pugillus*, *manipulus*, à *colligendo*. מְלֹא קֻמְצוֹ, *plenum pugillum suum*, Levit. II. 2. Aff. בְּקֻמְצוֹ, *pugillo suo*, Levit. VI. 8. Plurale, לִקְמָצִים, *ad manipulos*, *manipulatim*, *copiosos manipulos frumenti*, Genes. XLI. 47.

קמשׂ קִמּוֹשׂ, קִימוֹשׂ, m. *carduus*, *chamæleon*, cardui species, Ies. XXXIV. 13. קִימוֹשׂ יִירָשֵׁם, *chamæleon possidebit ea*, Hos. IX. 6. Quidam, *urtica*.

קִמְּשֹׂנִים, m. pl. *cardui*, Proverb. XXIV. 31. Distinguitur heic a חָרוּל, *urtica*, quomodo quidam reddunt.

קָנָא Pih. *zelotypus fuit*, *zelo affectus*, *zelo prosecutus fuit*: *ad zelum movit* vel *commovit*. Cum præpositione ל constructum, in bonum sumitur; cum ב fere in malum, ut notat Aben Esra, Zach. I. 14. Hinc est etiam, *invidere*, *æmulari*: nam *æmulationis affectus* ex *invidia* plerumque nascitur. Præter. קִנֵּא לֵאלֹהָיו, *zelotypus fuit pro Deo suo*, Num. XXV. 13.

וְקִנֵּא אֶת־אִשְׁתּוֹ, *et zelotypus fuerit uxoris suæ*, Num. V. 14. קִנֵּאתִי בַּהוֹלְלִים, *invidebam insanientibus*, Psal. LXXIII. 3. Futur. וַיְקַנְאוּ אֹתוֹ, *et inviderunt ei*, Genes. XXVI. 14. Hiph. הִקְנִיא, *zelare fecit*, *ad zelotypiam commovit*, *concitavit*, *provocavit*. Partic. הַמַּקְנֶה, *ad zelotypiam provocans*, Ezech. VIII. 3. ad formam quiescentium tertia ה. Fut. אַקְנִיאֵם, *ad zelotypiam commovebo eos*, Deuter. XXXII. 21.

קַנָּא, m. *zelotes*, Exod. XX. 5.

קַנּוֹא, m. idem, Jos. XXIV. 19.

קִנְאָה, f. *zelotypia*; *zelus*, *invidia*, *invidentia*, *æmulatio*. Constr. קִנְאַת יְהוָה, *zelus Domini* (*exercituum*), Ies. XXXVII. 32. Aff. וּבְאֵשׁ קִנְאָתוֹ, *et igne zeli ejus*, Soph. I. 18. Plurale, מִנְחַת קְנָאוֹת, *oblatio zelotypiarum*, Num. V. 15.

קָנָה *comparavit*, *emit*, *acquisivit*, *acquisitum possedit*. Præt. אֲשֶׁר־קָנָה, (*ager*) *quem emerat*, Genes. XXV. 10. יְהוָה קָנָנִי, *Dominus possedit me*, Prov. VIII. 22. Part. קֹנֶה לֵב, *possidet animum*, Prov. XV. 32. Infinit. לִקְנוֹת בַּכֶּסֶף, *ad emendum pecunia*, Amos VIII. 6. Futur. per apocopam, וַיִּקֶן, *et emit*; Genes. XXXIII. 19. Niph. præter. וְנִקְנָה הַשָּׂדֶה, *et comparabitur ager*, Jer. XXXII. 43. Fut. עוֹד יִקָּנוּ בָתִּים, *adhuc comparabuntur domus*, ver. 15. Hiph. præt. הִקְנַנִי, *possidere fecit me*, Zach. XIII. 5. scil. *terram*, juxta Aben Esram; vel, *pecuarium* fecit me, *pecoribus custodiendis* præfecit me, juxta R. Salomonem, ex significatione nominis derivati מִקְנֶה.

קוֹנֶה, קֹנֶה, m. *possessor*, *emptor*. בְּקֹנֶה

כַּמּוֹכֵר, *sicut emptor sic venditor*, Ies. XXIV. 2.

קָנֶה, m. *canna, calamus, culmus; arundo; calamus odoratus; calamus mensorius; scapus* in statera, unde *bilances* dependent. קָנֶה רָצוּץ, *arundinem quassatam*, Ies. XLII. 3. קִדָּה וְקָנֶה, *casia et calamus odoratus*, Ezech. XXVII. 19. Constr. בִּקְנֵה הַמִּדָּה, *calamo mensuræ*, id est, *mensorio*, Ezech. XLII. 16. Hic fuit *sex cubitorum*, ut dicit Targum, Ezech. XL. 5. et R. David ibidem ad ver. 6. Affix. מִקָּנָה, *de canna sua*, vel *lacerto suo*, Job XXXI. 22. et sic vocatur os longum brachii instar *calami*, a junctura cubiti usque ad juncturam humeri, scribit Kimchi: deest Mappik quod Chaldæus expressit. Plural. קָנִים, *rami, calami*, Exod. XXV. 32. Constr. קְנֵי מְנֹרָה, *calami candelabri*, ver. 32. Fœm. cum affixo, וּקְנוֹתָם, *et calami eorum*, ver. 36.

קִנְיָן, m. *possessio, acquisitio, negotiatio*: עֹשֶׂה מִקְנֶה וְקִנְיָן, *facientem pecuariam et negotiationem*, Ezech. XXXVIII. 12. Constr. קִנְיַן כַּסְפּוֹ, *acquisitione pecuniæ suæ*, Lev. XXII. 11. Aff. מִקְנֵה קִנְיָנוֹ, *pecus acquisitionis suæ*, Gen. XXXI. 18. Plural. קִנְיָנֶיךָ, *possessionibus tuis*, Psalm. CIV. 24.

מִקְנָה, fœm. *acquisitio, possessio, emptio, comparatio*. אֶת־סֵפֶר הַמִּקְנָה, *librum emptionis*, Jer. XXXII. 11. לְמִקְנָה, *in possessionem*, Gen. XXIII. 18. Constr. וְאֵת כָּל־מִקְנַת כַּסְפּוֹ, *et omnem emptionem argenti sui*, Genes. XVII. 23. Aff. תַּרְבֶּה מִקְנָתוֹ, *augebis emptionem ejus*, Levit. XXV. 16. id est, *emptionis pretium*.

מִקְנֶה, m. *pecus, possessio*, maxime *pecuaria*. אַנְשֵׁי מִקְנֶה, *homines pecoris*, id est, *pecuarii*, Gen. XLVI. 34. מִקְנֶה כָּבֵד מְאֹד, *possessio gravis valde*, Exod. XII. 38. Constr. מִקְנֵה־ צֹאן וּמִקְנֵה בָקָר, *possessio ovium et possessio boum*, Genes. XXVI. 14. Aff. מִקְנֵהוּ, *possessio ejus*, Job I. 3. Plural. cum aff. יִרְעֶה מִקְנֶיךָ, *pascet pecora tua*, Ies. XXX. 23.

קנם קִנָּמוֹן, m. *cinnamomum*, Cant. IV. 14. Constr. וְקִנְּמָן־בֶּשֶׂם, *et cinnamomi aromatis*, id est, *odorati*, Exod. XXX. 23.

קנן Pih. *nidificare*. Præt. קִנְּנוּ, *nidificaverunt*, Ezech. XXXI. 6. Fut. תְּקַנֵּן, *nidificabit*, Jer. XLVIII. 28. Pyh. partic. fœm. מְקֻנַּנְתְּ, *quæ facta es ut nidificares*, Jerem. XXII. 23. forma est ex præterito et participio composita.

קֵן, m. *nidus*, Psal. LXXXIV. 4. Constr. קַן־צִפּוֹר, *nidus avis*, Deut. XXII. 6. Aff. קִנֶּךָ, *nidum tuum*, Num. XXIV. 21. Plural. קִנִּים, *nidos*, Gen. VI. 14. id est, *mansiones*.

• קִנְצֵי קנץ, vide infra in קצץ.

קסם קָסַם *divinavit*: partic. קֹסֵם קְסָמִים, *divinans divinationes*, Deut. XVIII. 10.

קֶסֶם, m. *divinatio*, Ezech. XXI. 26. In bonum sumitur, Prov. XVI. 10. et potest dici *sagacitas*: *oraculum*. Plur. קְסָמִים, ut ante: וּקְסָמִים בְּיָדָם, *et divinationes erant in manibus suis*, Num. XXII. 7. Vide R. David ad Jer. XIV. 14.

מִקְסָם, m. *divinatio*, Ezech. XII. 24.

קֶסֶת m. *atramentarium*: וְקֶסֶת הַסֹּפֵר, *et atramentarium scribæ*, Ezech. IX. 2.

קעע קַעֲקַע, m. *stigma*: וּכְתֹבֶת קַעֲקַע, *et scripturam stigmatis*, Lev. XIX. 28.

קער קְעָרָה, fœm. *scutula*, *scutella*, Numer. VII. 85. Constr. קְעָרַת־כֶּסֶף אַחַת, *scutula argenti una*, ver. 13. Plur ale, אֶת־הַקְּעָרוֹת, *scutulas*, Num. IV. 7. Constr. קְעָרֹת, Num. VII. 84. Aff. קְעָרֹתָיו, *scutulas ejus*, Exod. XXV. 29.

קפא קָפָא *concrescere*, *coagulari*. Præter. קָפְאוּ תְהֹמֹת, *concreverunt abyssi*, Exod. XV. 8. Part. הַקֹּפְאִים עַל־שִׁמְרֵיהֶם, *qui concreti sunt cum fæcibus suis*, Soph. I. 12. Hiph. fut. וְכַגְּבִינָּה תַּקְפִּיאֵנִי, *et sicut caseum coagulasti me*, Job X. 10.

קִפָּאוֹן, masc. *concretio*, *densitas*, Zach. XIV. 6.

קפד קִפֵּד Pih. *præcidit*: præterit. קִפַּדְתִּי כָאֹרֵג חַיַּי, *præcidi ut textor vitam meam*, Ies XXXVIII. 12. id est, *ad finem perduxi*, ut textor pertextam telam præcidit.

קִפֹּד, m. *anataria*, aquilæ species lacus amans, Ies. XIV. 23. Kimchi scribit esse avem deserta loca incolentem. R. Salomon, *ericium*, hic exponit, et Ies. XXXIV. 11. *noctuam* explicat.

קְפָדָה, f. *excidium*, Ezech. VII. 25. ubi jungitur verbo masculino; unde videtur ה paragogicum esse, ut scribit Kimchi in Comment. Habet etiam accentum in penultima, vel ob monosyllabam vocem sequentem, vel quod ה sit paragogicum; et ita masculinum esse posset קֶפֶד vel קִפֹּד.

קפז קִפּוֹז, masc. *merula*, Ies. XXXIV. 15. R. Salomon et Aben Esra volunt idem esse quod קִפֹּד, *ericius*; et sic Kimchi in libro Radicum. *Merula* autem avis est *saltuatim incedens*; et קָפַז Rabbinis et in Targum est, *subsilire*, ut et sequens קפץ in Pihel.

קפץ קָפַץ *occlusit*, *obdidit*. Præterit. אִם־קָפַץ בְּאַף רַחֲמָיו, *an occluderet in ira miserationes suas?* Psal. LXXVII. 10. קָפְצָה פִּיהָ, *occludat os suum*, Psal. CVII. 42. Niph. futur. יִקָּפֵצוּן, *occludentur*, scil. *sepulcro*, Job XXIV. 24. Pih. קִפֵּץ, *subsilire*, *subsultare*. Particip. מְקַפֵּץ, *subsultans*, Cant. II. 8.

קצב קָצַב *præcidit*. Participium Pahul כְּעֵדֶר הַקְּצוּבוֹת, *sicut grex præcisarum ovium*, Cant. IV. 2. id est, *tonsarum*. Futur. וַיִּקְצָב־עֵץ, *et præcidit lignum*, 2 Reg. VI. 6.

קֶצֶב, m. *præcisio*, *incisio*, *cæsura*: קֶצֶב אֶחָד, *cæsura eadem*, 1 Reg. VII. 37. id est, *eadem* et *æqualis proportio omnibus erat*. Plurale constructum, לְקִצְבֵי הָרִים, *ad præcisiones montium*, Jon. II. 7. id est, *ad radices*, ubi montes *præcisi* videntur.

קצה קָצָה *scidit*, *succidit*, *præcidit*, *abscidit*, *abrasit*, *amputavit*, *decurtavit*, *detruncavit*, proprie *finem* et *extremitatem*. Infin. קְצוֹת־עַמִּים, *exscindendo populos*, Hab. II. 10. Pih. particip. מְקַצֶּה רַגְלַיִם, *detruncans pedes*, Proverb. XXVI. 6. Infinit. לְקַצּוֹת, *truncare*, 2 Reg. X. 32. Hiph. præter. אֲשֶׁר הִקְצוּ, *quem abraserint*, Levit. XIV. 41. Infinit. וְאַחֲרֵי הִקְצוֹת, *et postquam abraserint*, ver. 43. ubi Chirek est loco Pathach.

קָצֶה, קֵצֶה, קָצֶה, vide in קָצַץ.

קָצֶה, m. *finis*, *extremum*, *extremitas*, quasi *præcisum* dicas: ubi enim res *præciditur*, ibi ejus *finis* est. מִן־הַקָּצֶה אֶל־הַקָּצֶה, *ab extremo ad extremum*, Exod. XXVI. 28. Construct. בִּקְצֵה הַמָּיִם, *in extremo aquarum*, Jos. III. 15. Aff. בְּקָצֵהוּ, *in extremi-*

tatem ejus, Exod. XIX. 12. Plur. cum aff. מִקְּצֵיהֶם, *ab extremitatibus suis*, Ezech. XXXIII. 2. et deficit Daghesch in Koph.

קָצָה, f. *extremum*, Exod. XXXVII. 8. Plur. קָצוֹת; et constructum, קְצוֹת, *extremitates*, Exod. XXVIII. 23. מִקְצוֹת הָאָרֶץ, *ab extremitatibus terræ*, Ies. XLI. 9. Aff. קְצוֹותָו, *extremitatibus ejus*, Exod. XXXIX. 4. Scribitur cum ו, quasi legendum fuisset קְצוּוֹתָו, ut mox dicitur קַצְוֵי, sed juxta Masorethas alterum ו redundat. עַד־קְצוֹתָם, *usque ad extremitates eorum*, Psal. XIX. 7.

קְצָוִים, m. pl. *extremitates*. Constr. עַל־קַצְוֵי־אֶרֶץ, *in extremitatibus terræ*, Psal. XLVIII. 11.

קְצוֹת, f. pl. idem, Exod. XXXVIII. 5. In hac et in præcedenti voce, ו est loco tertiæ radicalis ה, ut in חַגְוֵי, a חגה.

קִיצוֹן, masc. *extremus*: fœmin. קִיצוֹנָה, *extrema*, *ulterior*, Exod. XXVI. 4. Est formæ אִיתוֹן ab אָתָה.

קְצָת, Chald. *pars, finis*: מִן־קְצָת, *ex parte*, Dan. II. 42. לִקְצָת יַרְחִין, *ad* vel *post finem mensium* (*duodecim*), Dan. IV. 26. Rabbinice est, *quidam*, *nonnulli*.

מִקְצָת, f. idem. וּמִקְצָת כְּלֵי, *et partem vasorum* (*domus Dei*), Dan. I. 2. וּמִקְצָת יָמִים, *et a fine dierum* (*decem*), ver. 15. וּלְמִקְצָת הַיָּמִים, *et post finem dierum istorum*, ver. 18. וּמִקְצָת רָאשֵׁי הָאָבוֹת, *tum pars capitum paternarum familiarum*, Neh. VII. 70. id est, *aliqui*, *quidam e primoribus*, quomodo Rabbinis familiare est. Affix. וּמִקְצָתָם, *et a fine istorum*, id est, *exactis illis annis*, Dan. I. 5. juxta R Saadiam: alii, *pars istorum*, *aliqui*, *quidam ex illis*.

קֶצַח masc. *melanthion*, *nigella*, Ies. XXVIII. 25. Aben Esra scribit, ejus semen esse cumino minus et nigrum.

קצן קָצִין, m. *dux*, *ductor*, *princeps*: Ies. III. 6. וְהָיִיתָה לָּנוּ לְקָצִין, *et esto nobis in ducem*, Jud. XI. 6. Plur. constr. וּקְצִינֵי, *et principes* (*domus Israel*), Mich. III. 1. Affix. כָּל־קְצִינַיִךְ, *omnes duces tui*, Ies. XXII. 3.

קצע Hiph. הִקְצִיעַ, *tectorio nudavit*, *lituram* vel *superficiem muri abrasit*. Futurum, וְאֶת־הַבַּיִת יַקְצִעַ מִבַּיִת, *et domum nudabit tectorio*, vel *circumradet*, *intrinsecus*, Levit. XIV. 41. Hophal vide in fine hujus radicis.

קְצִיעֹת, f. pl. *casiæ*, Psal. XLV. 9. Chaldæus utitur hac voce pro hebræo קִדָּה, de quo supra in קדד.

מִקְצֹעַ, m. *angulus*; מִן־הַמִּקְצוֹעַ, *ab angulo*, Neh. III. 20. Plur. constr. מִקְצוֹעֵי הֶחָצֵר, *angulos atrii*, Ezech. XLVI. 21. Fœm. מִקְצֹעֹת, *anguli*, Ezech. XLVI. 22. Aff. וּמִקְצְעֹתָיו, *et anguli ejus*, Ezech. XLI. 22.

מִקְצָעָה, f. idem. Plur. construct. לִמְקְצְעוֹת הַמִּשְׁכָּן, *angulis tabernaculi*, Exod. XXVI. 23.

מַקְצֻעָה, f. idem. Plural. יַעֲשֵׂהוּ בַּמַּקְצֻעוֹת, *aptat illud in angulos* (*suos*), Ies. XLIV. 13. R. Salomon, *dolabris*: R. Jona, *regula*, *amussi*.

מְהֻקְצָעוֹת, f. pl. *angulata*, *angularia*, Ezech. XLVI. 22. ex participio Hophal.

קָצַף *effervescere*, *spumare*: metaphorice tantum de irato dicitur, pro, *ira effervescere*, quod *gravius irati* aliquando *spument*. Construitur absolute, et cum præpositione עַל. Præt. קָצַף עַל־עֲבָדָיו, *efferbuit* (*Pharao*)

contra servos suos, Gen. XLI. 10. Chald. præt. וּקְצַף שַׂגִּיא, *et efferbuit vehementer*, Dan. II. 12. Quibusdam nomen est, ut infra. Hiph. præt. הִקְצַפְתָּ אֶת־יְהוָה אֱלֹהֶיךָ, *ira effervescere fecisti Dominum deum tuum*, Deuter. IX. 7. Part. מַקְצִפִים, *facientes ira effervescere*, ver. 22. Hithp. præt. וְהִתְקַצַּף, *et efferbuerit*, Ies. VIII. 21.

קֶצֶף, m. *spuma*, Hos. X. 7. *ira fervens et quasi spumans*, *fervor*: מִקֶּצֶף יְהוָה, *propter fervorem Domini*, Jerem. L. 13. Affix. בְּקִצְפִּי, *in fervore meo*, Ies. LX. 10. אַל־בְּקֶצְפְּךָ תוֹכִיחֵנִי, *ne fervore tuo corripias me*, Psal. XXXVIII. 2.

קְצַף, m. Chald. idem: לֶהֱוֵא קְצַף *ad esse iram, ut sit ira*, Esr. VII. 23.

קְצָפָה, f. *spuma*: וּתְאֵנָתִי לִקְצָפָה *et ficum meam in spumam*, Joel I. 7. id est, *rem nihili*, juxta Aben Esram. Quidam, *in clavum* vel *fungum*, qui scilicet *effervescentia* quædam et *spuma* est in arbore. Quidam, *decorticationem*.

קָצַץ *amputavit*, *truncavit*, *mutilavit*: de *extremitate* proprie dicitur. Præter. וְקַצֹּתָה אֶת־כַּפָּהּ, *et amputabis manum illius*, Deut. XXV. 12. Partic. præt. קְצוּצֵי פֵאָה, *amputati latere* vel *angulo*, Jerem. IX. 25. id est, *attonsam* et *circumrasam comam habentes*, ut mos fuit Arabum. Aliam expositionem vide in פֵּאָה. Pih. præt. קִצֵּץ, *truncavit*, 2 Reg. XVIII. 16. Fut. וַיְקַצֵּץ, *et truncavit*, id est, *decerpsit* vel *concidit*, 2 Reg. XXIV. 13. וַיְקַצְּצוּ אֶת־יְדֵיהֶם, *et amputarunt manus eorum*, 2 Sam. IV. 12. Chald. imp. Pahel, וְקַצִּצוּ עַנְפוֹהִי, *et amputate ramos ejus*, Dan. IV. 11. Pyh. part. מְקֻצָּצִים, *mutilati*, Jud. I. 7.

קֵץ, m. *finis*, *extremum*. קֵץ כָּל־בָּשָׂר, *finis universæ carnis*, Gen. VI. 13. מִקֵּץ יָמִים, *a fine dierum*, Gen. IV. 3. id est, *post dies aliquot*. Cum ה paragogico, קִצָּה, Ies. II. 7. vel קֵצֶה, Nah. II. 10. et III. 9. estque Milhel, sive penacutum, propter ה paragogicum, scribit Aben Esra. Affix. קִצּוֹ, *finis* vel *extremitatis ejus*, Ies. XXXVII. 24. Et cum ה loco ו, מְלוֹן קִצֹּה, *habitaculum extremitatis ejus*, 2 Reg. XIX. 23. Plural. constr. תְּשִׂימוּן קִנְצֵי לְמִלִּין, *ponetis fines sermonibus*, Job XVIII. 2. cum נ loco Daghesch, more chaldaico, ut in אבב ; et ידע.

* קְוֻצּוֹת, f. pl. *capilli*, a *resectione* sic dicti: vide in radice קוץ.

קָצַר *abbreviari*, *decurtari*, *breve*, *curtum esse* aut *fieri*, *angustari*, *imminui*: *metere*, *demetere*. Præt. קָצַר הַמַּצָּע, *brevius est stratum*, Ies. XXVIII. 20. וְקֹצִים קָצָרוּ, *et spinas metent*, Jerem. XII. 13. Part. קֹצֵר, *metens*, *messor*, Psalm. CXXIX. 7. Pih. præter. קִצַּר יָמָי, *curtavit dies meos*, Psal. CII. 24. Hiph. præter. הִקְצַרְתָּ יְמֵי עֲלוּמָיו, *decurtasti dies adolescentiæ ejus*, Psal. LXXXIX. 46.

קְצַר, m. *brevis*, *curtus*, *contractus*: *præceps*. Constr. קְצַר־אַפַּיִם, *brevis irarum*, Prov. XIV. 17. id est, *iracundus*, *præceps ad iram*: וּקְצַר־רוּחַ, *et brevis spiritu*, ver. 29. id est, *præceps animo*: קְצַר יָמִים, *brevis dierum*, Job XIV. 1. Plurale constructum, קִצְרֵי־יָד, *breves manu*, 2 Reg. XIX. 26. id est, *contracti*, *manci*.

קֹצֶר, masc. *brevitas*, *imminutio*, *angustia*: מִקֹּצֶר רוּחַ, *præ angustia spiritus*, Exod. VI. 9.

קָצִיר, m. *messis*; item, *ramus*, ab *amputando*, vel *decurtando*. בִּימֵי

קָצִיר, *in diebus messis*, 2 Sam. XXI. 9. Constr. קְצִיר־הַשְּׂעֹרִים, *messis hordeorum*, Ruth II. 23. Aff. יִמַּל קְצִירוֹ, *succidetur ramus ejus*, Job XVIII. 16. בִּקְצִירִי, *in ramo meo*, Job XXIX. 19. כִּי תִקְצֹר קְצִירְךָ, *quum metes messem tuam*, Deut. XXIV. 19. Plur. cum aff. תְּשַׁלַּח קְצִירֶיהָ, *emisit ramos suos*, Psal. LXXX. 12.

קָרָא *vocavit, advocavit, accersivit, convocavit, evocavit, invocavit; invitavit, clamavit, exclamavit, inclamavit, proclamavit*, proprie *voce significativa, conceptis* et *expressis verbis*, quomodo ab aliis clamandi verbis differt. Item *evenit, obvenit, occurrit*, quæ significatio ad קָרָה pertinet. Item, *legit*, ubi ad *scripturam*, vel *librum* refertur. Construitur cum ל sive dativo, et accusativo et præpositionibus ב, עַל, אֶל. Præter. וְלַחֹשֶׁךְ קָרָא לָיְלָה, *et tenebris*, hoc est, *tenebras vocavit noctem*, Gen. I. 5. וְקָרָא לְךָ, *et advocet te, invitet te*, Exod. XXXIV. 15. וְקָרָא בוֹ, *et leget in eo*, Deut. XVII. 19. וּקְרָאָהוּ, *et obvenerit ipsi*, Gen. XLII. 38. בְּשִׁמְךָ לֹא קָרָאוּ, *in nomine tuo non vocant*, Jerem. X. 25. id est; *nomen tuum non invocant*. Particip. præs. לְמַעַן יָרוּץ קוֹרֵא בוֹ, *ut percurrat legens in eo*, Hab. II. 2. Particip. præter. קְרוּא־לָהּ, *vocatus ipsi*, id est, *ab ipsa invitatus*, Esth. V. 12. Plural. וּקְרוּאִים, *et vocatos*, id est, *celeberrimos*, Ezech. XXIII. 23. יֹאכְלוּ הַקְּרֻאִים, *comedent vocati*, id est, *invitati*, 1 Sam. IX. 13, 22. 1 Reg. I. 41. Constr. קְרִיאֵי הָעֵדָה, *vocati cœtus*, Num. I. 16. id est, *convocati e cœtu*, nempe tamquam præcipui et celebriores, qui ad consilia capienda et ardua peragenda *convocari*, et eligi solent. Scribitur autem cum י, sed legendum per ו in medio. Chald. particip. præs. וְכָרוֹזָא קָרֵא, *et præco proclamavit*, Dan. III. 4. Particip. præterit. קְרִי קֳדָמַי, *lecta est coram me*, Esr. IV. 18. Infin. לְמִקְרָא, *ad legendum*, Dan. V. 8. Futur. כְּתָבָא אֶקְרֵא, *scripturam istam legam*, Dan. V. 17. כָּל־אֱנָשׁ דִּי־יִקְרֵה, *omnis homo qui legerit*, id est, *quisquis, quicumque legerit (scripturam hanc)*, ver. 7. cum ה loco א. Plur. יִקְרוֹן, *legerent*, ver. 15. Ex Ithpeh. futurum, יִתְקְרֵי, *vocetur*, ver. 12. Niph. præt. נִקְרָא עָלֶיךָ, *invocatur super te*, Deut. XXVIII. 10. נִקְרָא בְּסֵפֶר מֹשֶׁה, *lectum est in libro Mosis*, Neh. XIII. 1. לֹא נִקְרֵאתִי, *non fui vocata*, Esth. IV. 11. Infinitiv. נִקְרֹא נִקְרֵיתִי, *incidendo incidi, casu incidi*, 2 Sam. I. 6. in Cholem ex forma Kal; cui simile vide in שָׁאַל. Futur. יִקָּרֵא לָךְ, *vocabitur tibi*, id est, *vocaberis*, Ies. I. 26. Pyh. præter. וְקֹרָא לָךְ, *et vocabitur tibi*, Ies. LXII. 2. id est, *nomen indetur tibi*. Partic. מְקֹרָאִי, *vocatus meus*, id est, *a me*, vel, *qui nomen habes a me*, Ies. XLVIII. 12. Hiph. futur. וַתַּקְרֵא אֹתָם, *et fecisti ut eveniret illis*, Jer. XXXII. 23.

קֹרֵא, m. *perdix*, 1 Sam. XXVI. 20. Jer. XVII. 11. R. Salomon, *cuculus*, a *clamando* dictus.

קְרוּאִים, m. pl. *vocati*: construct. קְרוּאֵי הָעֵדָה, *vocati cœtus*, id est, *e cœtu*, Num. XXVI. 9. Scribitur cum ו in medio, sed juxta Masorethas legendum קְרִיאֵי.

קְרִיאָה, f. *proclamatio, prædicatio, lectio*, Jon. III. 2. Ad hujus formam Rabbini a quibuslibet verbis nomina verbalia deducunt. Talia etiam sunt, שְׁנִינָה, נְגִינָה, אֲכִילָה, quæ vide suis locis.

קְרָאָה, vide infra in קרה.

מִקְרָא, m. *convocatio*, Exod. XII. 16. Item, *scriptura sacra*, quasi *lectura* dicta, quod ab omnibus hominibus, quibus salutis suæ causa data est, *legi debeat*, Neh. VIII. 8. Plural. constr. מִקְרָאֵי קֹדֶשׁ, *convocationes sanctitatis*, id est, *sanctæ*, Levit. XXIII. 2. Affix. וְעַל־מִקְרָאֶיהָ, *et super convocationes*, *cœtus convocatos ejus*, Ies. IV. 5.

קָרַב *appropinquavit*, *propinquus fuit*, *accessit*, *processit*, *congressus est*. Construitur cum præpositionibus אֶל, לְ, et interdum עַל pro אֶל usurpato. Præter. קָרַב אֵלֶיהָ, *accesserat ad eam*, Gen. XX. 4. Infin. בִּקְרֹב עָלַי, *accedentibus ad me*, Psal. XXVII. 2. Imp. קְרַב עַד־הֵנָּה, *accede hucusque*, 2 Sam. XX. 16. קְרַב אֵלֶיךָ אַל־תִּגַּשׁ־בִּי, *appropinqua ad te*, *ne attingito me*, Ies. LXV. 5. id est, *contine te*, *mane in tuo loco*, *ne accedas ad me*. Fut. וַיִּקְרַב עַל־הַמִּזְבֵּחַ, *et accessit* (*rex*) *ad altare*, 2 Reg. XVI. 12. ubi עַל pro אֶל. Chald. præt. בֵּאדַיִן קְרֵב לִתְרַע אַתּוּן, *tunc accessit* (*Nebucadnetzar*) *ad ostium fornacis*, Dan. III. 26. קִרְבֵת עַל־חַד, *accessi ad unum*, Dan. VII. 16. קְרִבוּ, *accesserunt*, Dan. III. 8. Inf. וּכְמִקְרְבֵהּ, *et secundum appropinquare eum*, *cum appropinquaret*, Dan. VI. 21. Niph. נִקְרַב, *sistere se*: præterit. וְנִקְרַב, *et sistet se*, Exod. XXII. 7. וְנִקְרַבְתֶּם, *et accedetis*, *sistetis vos*, Jos. VII. 14. Pih. קֵרַב, *appropinquare fecit*, *amovit*, *applicuit*: quandoque, sed rarius, intransitive, *appropinquavit*. Præt. כִּי קֵרְבוּ לָבוֹא, *cum appropinquaverint venire*, Ezech. XXXVI. 8. id est, *cum prope advenerint*: קֵרְבוּ, *applicant*, Hos. VII. 6. Imper. וְקָרַב אוֹתָם, *et admove ea* (*ligna*), Ezech. XXXVII. 17. Fut. אֲקָרְבֶנּוּ, *accedam ad illum*, Job XXXI. 37. Chald. futur. וּתְקָרֵב הִמּוֹ, *et offeres illa*, Esr. VII. 17. Hiph. הִקְרִיב, *appropinquare fecit* vel *jussit*, *admovit*; *obtulit*. Præter. וְהִקְרִיב, *et admovit*, scil. מַחֲנֵהוּ, *castra sua*, ut Aben Esra supplet, Ex. XIV. 10. וְהִקְרַבְתָּ, *et offeres* (*ea*), Exod. XXIX. 3. Et intransitive, כַּאֲשֶׁר הִקְרִיב לָבוֹא, *quum appropinquaret venire*, Gen. XII. 11. Fut. תַּקְרִיב לָלֶדֶת, *quæ appropinquabit parere*, *propediem paritura*, Ies. XXVI. 17. וַיַּקְרֵב מֵאֵת פְּנֵי, *et accedere fecit ex conspectu* (*domus*), id est, *recedere fecit*, *amovit*, 2 Reg. XVI. 14. Chald. præt. וְהַקְרִיבוּ, *et obtulerunt*, Esr. VI. 17. הַקְרְבוּהִי, *stiterunt*, *accedere jusserunt eum*, Dan. VII. 13. Part. מְהַקְרְבִין, *offerentes*, Esr. VI. 10.

קָרֵב, m. *propinquus*, *appropinquans*, *accedens*, 1 Sam. XVII. 41. Plural. אַתֶּם קְרֵבִים, *vos propinqui* (*hodie ad bellum*), Deut. XX. 3.

קָרוֹב, m. *propinquus*, *propinquum*, *prope*, loci et temporis. וְהָיִיתָ קָרוֹב אֵלַי, *erisque propinquus mihi*, Gen. XLV. 10. וְקָרוֹב לָבוֹא, *et prope est ut adveniat*, Ies. XIII. 22. Aff. אֶת־קְרֹבוֹ, *propinquum suum*, Exod. XXXII. 27. Plur. קְרוֹבִים, *propinqui*, Ies. XXXIII. 13. Affix. קְרוֹבַי, *propinqui mei*, Job XIX. 14. Fœm. עִיר הַקְּרֹבָה, *civitas propinqua*, Deuter. XXI. 3. Plural. הַקְּרֹבוֹת, *quæ propinquæ*, Ezech. XXII. 5.

קְרָב, m. *prælium*, *bellum*: proprie *congressum*, seu *conflictum* denotat, estque magis chaldaicum: לְיוֹם קְרָב, *ad diem prælii*, Job

XXXVIII. 23. Plural. fœm. קְרָבוֹת יֶחְפָּצוּ, *prælia volunt*, Psal. LXVIII. 31. Chald. עָבְדָא קְרָב, *gerebat bellum*, Dan. VII. 21.

קֶרֶב, m. *medium, intimum: venter: intestinum*. Item, *in*, *inter*, *intra*. וְקֶרֶב אִישׁ, *et intimum viri*, Psalm. LXIV. 7. בְּקֶרֶב הָאָרֶץ, *in medio terræ*, Gen. XLV. 6. Aff. וְעַל־קִרְבּוֹ, *et cum intestinis ejus*, Exod. XII. 9. אֶל־קִרְבֶּנָה, *in ventrem istarum*, Gen. XLI. 21. Plur. cum aff. וְכָל־קְרָבַי, *et omnia interiora mea*, Psal. CIII. 1..

קְרָבָה, f. *appropinquatio, accessus*. Constr. קִרְבַת אֱלֹהִים, *accessu Dei* vel *ad Deum*, Ies. LVIII. 2. Psalm. LXXIII. 28.

קָרְבָּן, m. *oblatio*, Lev. I. 2. Constr. קָרְבַּן, Levit. II. 1. et cum Kibbutz, וּלְקֻרְבַּן, *et ad oblationem (lignorum)*, Neh. XIII. 31. Aff. קָרְבָּנוֹ, *oblatio ejus*, Levit. I. 3. Plurale cum affixo, קָרְבְּנֵיהֶם, *oblationes suas*, Levit. VII. 38.

קַרְדּוֹם m. *securis*: aff. וְאֶת־קַרְדֻּמּוֹ, *et securim suam*, 1 Sam. XIII. 20. Plur. וּלְהַקַּרְדֻּמִּים, *et securibus*, ver. 21. Fœm. קַרְדֻּמּוֹת, *secures*, Jud. IX. 48.

קָרָה *evenit, obvenit, occurrit*: sæpe pro ה habet א. Construitur cum accusativo, et semel cum dativo. Præter. כָּל־אֲשֶׁר קָרָהוּ, *quidquid obtigerat sibi*, Esth. IV. 7. Partic. plur. fœm. הַקֹּרֹת אֹתָם, *quæ sibi evenerant*, Gen. XLII. 29. Fut. שֶׁמִּקְרֶה אֶחָד יִקְרֶה אֶת־כֻּלָּם, *quod eventus unus eveniet omnibus istis*, Eccl. II. 14. אֲשֶׁר יִקְרָה לְעַמְּךָ, *quod obventurum est populo tuo*, Dan. X. 14. cum Kametz ad formam verbi קָרָא. Niph. præterit. et infin. נִקְרָא נִקְרֵיתִי, vide in Niphal verbi קָרָא. Futur. אוּלַי יִקָּרֶה יְהוָה לִקְרָאתִי, *fortasse obvium se exhibebit Dominus in occursum mihi*, Numer. XXIII. 3. Per apocopam, וַיִּקָּר, *et obviam factus est*, ver. 4. Pih. קֵרָה, *contignare, contabulare*: præterit. הֵמָּה קֵרוּהוּ, *ipsi contignaverunt eam*, Neh. III. 3. Particip. הַמְקָרֶה, *qui contignat*, Psal. CIV. 3. Infinitiv. לְקָרוֹת, *ad contignandum*, Neh. II. 8. Hiph. הִקְרָה, *obvenire fecit*, Genes. XXVII. 20. וְהִקְרִיתֶם לָכֶם, *et facietis ut obveniant vobis*, Num. XXXV. 11. id est, *sorte constituetis*. Imper. הַקְרֵה־נָא לְפָנַי, *fac ut occurrat nunc mihi*, Gen. XXIV. 12.

קוֹרָה, f. *tignum, trabs*; קוֹרָה אֶחָת, *trabem unam*, 2 Reg. VI. 2. בָּאוּ בְּצֵל קֹרָתִי, *venerunt in umbram tigni mei*, Gen. XIX. 8. id est, *in tabulati*, vel *tecti mei præsidium*. Plurale, קֹרוֹת, *tigna*, Cant. I. 17. 2 Par. III. 7. Aliam significationem vide in initio radicis.

קָרֶה, m. *accidens, casus*: constr. מִקְרֵה־לָיְלָה, *ex accidente* vel *casu nocturno*, Deut. XXIII. 11.

קֶרִי, m. idem: וְאִם־תֵּלְכוּ עִמִּי קֶרִי, *et si ambulaveritis mecum per accidens*, Lev. XXVI. 21. id est, *temere*, *utut accidat*, poniturque pro בְּקֶרִי, ut est ver. 41. Sægol autem est propter pausam.

קֶרֶת, f. *civitas*, Job XXIX. 7. a mutuo hominum *occursu*, vel *plurium ædificiorum contignatione*: לְפִי־קָרֶת, *in ore urbis*, Prov. VIII. 3. id est, *in ipso aditu*, *in ingressu* vel *porta* civitatis. Hinc chaldaicum קִרְתָּא.

קִרְיָה, f. idem, Deut. II. 36. Constr. קִרְיַת מֶלֶךְ, *civitas regis magni*, Psal.

XLVIII. 3. Duale, קְרְיָתַיִם, *Kirjathaim ;* et קְרִיּוֹת, *Kerioth*, nomina propria urbium sunt, Jer. XLVIII. 1, 41. Chald. absolute et emphatice, קִרְיְתָא דָךְ קִרְיָא מָרָדָא, *civitas ista civitas rebellis est*, Esr. IV. 15. בְּקִרְיָה, *in urbe*, (*in urbibus Samariæ*), ver. 10.

קְרָאָה, f. *occursus*. Constructum, לִקְרַאת הָאֱלֹהִים, *in occursum Dei, obviam Deo*, Exod. XIX. 17. Affix. לִקְרָאתוֹ, *obviam ipsi*, Num. XXII. 36. לִקְרַאתְכֶם, *in occursum vestri*, Deut. I. 44.

מִקְרֶה, m. *casus, eventus, accidens :* מִקְרֶה הוּא, *casus est*, 1 Sam. VI. 9. Constr. כְּמִקְרֵה הַכְּסִיל, *sicut accidens stulti*, Eccl. II. 15. Aff. וַיִּקֶר מִקְרֶהָ, *et accidit casus ejus, casu ipsi contigit*, Ruth II. 3.

מְקָרֶה, m. *contignatio*, Eccl. X. 18. Similis forma in קָדַשׁ.

קרח *glabrare se, calvitium sibi inducere.* Imper. קָרְחִי, *glabra te*, Mich. I. 16. Fut. לֹא־יִקְרְחָה קָרְחָה, *non glabrabunt se calvitio*, Lev. XXI. 5. cum ה in fine loco ך. Niph. futur. וְלֹא יִקָּרֵחַ לָהֶם, *neque calvitium inducetur ipsis*, Jer. XVI. 6. Hiph. præt. וְהִקְרִיחוּ אֵלַיִךְ קָרְחָה, *et glabrabunt propter te calvitium*, Ezech. XXVII. 31. id est, *inducunt sibi propter te calvitium.* Hoph. part. רֹאשׁ מֻקְרָח, *caput decalvatum*, Ezech. XXIX. 18.

קֵרֵחַ, m. *calvus*, Lev. XIII. 40.

קֶרַח, masc. *gelu*, Gen. XXXI. 40. quod terram gramine, et arbores plantasque foliis dejectis quasi *glabret :* item, *glacies, crystallus*, Job VI. 16. Ezech. I. 22.

קֶרַח, m. idem : aff. מַשְׁלִיךְ קַרְחוֹ, *emittit glaciem suam*, Psal. CXLVII. 17. id est, *grandinem.*

קָרְחָה, f. *calvitium*, Deut. XIV. 1. et semel cum א, ut supra in Hiphil. Affix. קָרְחָתֵךְ, *calvitium tuum*, Mich. I. 16.

קָרַחַת, f. *calvities, calvum, locus calvus* aut *decalvatus*, Lev. XIII. 42. Affix. בְּקָרַחְתּוֹ, *in loco calvo ejus*, ibidem. R. Salomon hic notat, קָרַחַת, esse *glabritiem occiput versus :* Aben Esra, *totius capitis ;* גַּבַּחַת, *calvitiem summi capitis* sive *verticis.* Est autem formæ גַּבַּחַת.

קָרַם *superindere* vel *superindi, superinducere, obducere.* Præteritum, וְקָרַמְתִּי עֲלֵיכֶם עוֹר, *et superindam vobis cutem, ducam super vos cutem*, Ezech. XXXVII. 6. וַיִּקְרַם עֲלֵיהֶם עוֹר, *et superindita* vel *ducta esset super ea cutis*, aut *obduxisset eis* (*Deus*) *cutem*, ver. 8.

קֶרֶן c. sed f. sæpius, *cornu :* metaphorice, *robur*, quod cornuta animalia *in cornibus robur suum habeant.* קֶרֶן־אַחַת, *cornu unum*, Dan. VIII. 9. Aff. קַרְנוֹ, *cornu ejus*, Psal. LXXXIX. 25. Duale, קַרְנַיִם, *cornua duo*, Hab. III. 4. Aben Esra, *radii splendentes*, per metaphoram. Et alia forma, עַד־הָאַיִל בַּעַל הַקְּרָנַיִם, *usque ad arietem dominum duorum cornuum*, Dan. VIII. 6. id est, *habentem duo cornua, bicornem.* Constr. קַרְנֵי רְשָׁעִים, *cornua improborum*, Psal. LXXV. 11. Aff. אֶת־שְׁתֵּי קְרָנָיו, *duo cornua ejus*, Dan. VIII. 7. ex forma duali. Et ex forma altera, בְּקַרְנָיו, *cornibus suis*, Gen. XXII. 13. Fœmin. קְרָנוֹת, *cornua*, Ezech. I. 18. Construct. קַרְנוֹת שֵׁן, *cornua eboris*, Ezech. XXVII. 15. Chald. קֶרֶן אָחֳרִי, *cornu aliud*, Dan VII. 8. קָל קַרְנָא, *sonitum cornu*, Dan. III. 5. Plur. קַרְנַיִן עֲשַׂר, *cornua decem*, Dan.

VII. 7. emphat. מִן־קַרְנַיָּא, *ex cornibus*, ver. 8.

קָרַן, *splendere*, *radiare*, radios splendoris, *instar cornuum*, emittere, per metaphoram. Præter. כִּי קָרַן עוֹר פָּנָיו, *quod splenderet* vel *splendida facta esset cutis faciei ipsius*, Exod. XXXIV. 29, 30. Hiph. part. מַקְרִין, *cornua producens*, Psalm. LXIX. 32.

קָרַס *curvum*, *reflexum esse*. Præt. קָרְסוּ, *reflexi sunt*, Ies. XLVI. 2. Partic. קֹרֵס, *reflexus est*, ver. 1.

קְרָסִים, m. pl. *ansulæ*, a forma *reflexa*, Exod. XXVI. 33. Construct. קַרְסֵי זָהָב, *ansulas aureas*, ver. 6. Aff. אֶת־קְרָסָיו, *ansulas ejus*, Exod. XXXV. 11.

קַרְסֹל m. *talus*, *malleolus pedis*. Plurale cum aff. קַרְסֻלָּי, *malleoli pedum meorum*, 2 Sam. XXII. 37.

קָרַע *fidit*, *laceravit*, *rupit*. Præter. קָרַע, *laceravit* (*Dominus regnum Israelis a te*), 1 Sam. XV. 28. קָרַעְתָּ בְּגָדֶיךָ, *lacerasti vestimenta tua*, 2 Reg. V. 8. Niph. præterit. הַמִּזְבֵּחַ נִקְרָע, *altare findetur*, 1 Reg. XIII. 3. Futur. לֹא יִקָּרֵעַ, *ne laceretur*, Exod. XXVIII. 32.

קְרָעִים, m. pl. *fragmenta*, 1 Reg. XI. 30. *lacera vestimenta*, Prov. XXIII. 21.

קָרַץ *incidit*, *concidit*: *nictavit*, *annuit*: particip. קֹרֵץ בְּעֵינָיו, *nictat oculis suis*, Prov. VI. 13. et sic X. 10. קֹרֵץ שְׂפָתָיו, *incidens labia sua*, Prov. XVI. 30. id est, *agitans*, *motitans*, ut et de oculis usurpatur: vel *incidens sermones suos*, id est, *dolose* et *mutile* sua consilia proponens, celans et quasi *amputans* contraria, quæ in animo habet. Pyh. præterit. קֹרַצְתִּי, *decisus sum*, Job XXXIII. 6.

קֶרֶץ, m. *excidium*, Jer. XLVI. 20.

קְרַץ, קַרְצָא, m. Chald. *accusatio*, *criminatio*, *querela*, in *alterius excidium* instituta: exempla vide in אכל.

קַרְקַע masc. *solum*, *fundum*, 1 Reg. VI. 15. מֵהַקַּרְקַע עַד־הַקַּרְקַע, *a solo usque ad solum*, 1 Reg. VII. 7. id est, *ab una parte soli usque ad alteram*, Kimchi et R. Salomon. Rabbinis, קַרְקָעִים, sunt *bona immobilia*.

קָרַר *frigescere*, apud Chaldæos et Rabbinos usitatum verbum.

קֹר, m. *frigus*, Gen. VIII. 22.

קַר, masc. *frigidum*: plural. מַיִם קָרִים, *aquæ frigidæ*, Prov. XXV. 25.

קָרָה, f. *frigus*, Neh. III. 17. Aff. לִפְנֵי קָרָתוֹ, *coram frigore ejus*, Psal. CXLVII. 17.

מְקֵרָה, fœm. *refrigeratio*: *refrigerium*: בַּעֲלִיַּת הַמְּקֵרָה, *in cœnaculo refrigerationis*, id est, *æstivo*, Jud. III. 20.

קַרְקַר. Vide infra in קִיר.

קֶרֶשׁ masc. *asser*, *tabula*, Exod. XXVI. 18. Aff. קַרְשֶׁךָ, *tabulam*, hoc est, *tabulas tuas*, id est, *transtra tua*, Ezech. XXVII. 6. Plur. אֶת־הַקְּרָשִׁים, *asseres istos*, Exod. XXVI. 18. Constr. לְכֹל קַרְשֵׁי הַמִּשְׁכָּן, *omnibus asseribus tabernaculi*, ver. 17. וְאֶת־קְרָשָׁיו, *et asseres ejus*, Exod. XXXV. 11.

קשא קִשֻּׁאִים, m. pl. *cucumeres*, Numer. XI. 5. Aben Esra scribit א esse loco ה, a קָשֶׁה, sicut et sequens scribitur cum ה. Hinc Talmudici: « *quare vocatur nomen ipsum* קִשּׁוּאִים? מפני שקשין לגופו של אדם כחרבות, *propterea quod graves sunt corpori hominis instar gladiorum*. » Abhoda zara fol. 11. 1. et Berachoth fol. 57. 2.

מִקְשָׁה, fœm. *cucumerarium*, Ies. I. 8. et ה ponitur loco א.

קָשַׁב *auscultavit, attendit, intentus fuit*: futur. תַּקְשַׁבְנָה, *intentæ erunt, auscultabunt*, Ies. XXXII. 3. Hiph. הִקְשִׁיב, et construitur cum accusativo et præpositionibus אֶל, לְ, בְּ et עַל. Præter. מִי־הִקְשִׁיב דְּבָרוֹ, *quis attendit verbo ejus?* Jerem. XXIII. 18. הִקְשִׁיב בְּקוֹל תְּפִלָּתִי, *attendit in vocem orationis meæ*, Psalm. LXVI. 19. וְלֹא־הִקְשִׁיבוּ אֵלַי, *et non attenderunt ad me*, Zach. I. 4.

קֶשֶׁב, m. *attentio*, 2 Reg. IV. 31.

קַשֶּׁבֶת, f. *attenta*; אָזְנְךָ־קַשֶּׁבֶת, *(sit quæso) auris tua attenta*, Neh I. 6. קַשֻּׁבוֹת f. pl. *attentæ*, Psal. CXXX. 2.

קָשָׁה *durum, difficile esse*: præt. כִּי־קָשְׁתָה יָדוֹ, *quia dura est manus ejus*, 1 Sam. V. 7. Fut. אֲשֶׁר יִקְשֶׁה, *quæ difficilior fuerit (vobis)*, I. Deut. 17. Niph. particip. נִקְשֶׁה, *difficultatibus pressus*, Ies. VIII. 21. Pih. fut. per apocopam, וַתְּקַשׁ בְּלִדְתָּהּ, *et difficilem reddidit partum suum*, vel *difficilis fuit in partu suo*, Genes. XXXV. 16. Hiph. præt. כִּי־הִקְשָׁה, *cum durum præbuisset se (Pharao)*. Ex. XIII. 15. Intransitive, הִקְשָׁה אֶת־עֻלֵּנוּ, *induravit jugum nostrum, durum ac difficile jugum nobis imposuit*, 1 Reg. XII. 4. Partic. וּמַקְשֶׁה לִבּוֹ, *et indurans cor suum*, Prov. XXVIII. 14.

קָשֶׁה, m. *durus, difficilis*, 1 Sam. XXV. 3. בְּיַד אֲדֹנִים קָשֶׁה, *in manum dominorum duri*, Ies. XIX. 4. id est, *domini duri*; ubi R. Salomon scribit: כל לשון אדנות קרוי בלשון רבים אפילו יחיד, id est, *omne nomen dominii dicitur numero plurali; etiam de unico*. Constr. עַם־קְשֵׁה־עֹרֶף, *populus durus cervice*, Exod. XXXII. 9. Plur. קָשִׁים מִמֶּנִּי, *duriores*, id est, *firmiores sunt me*, 2 Sam. III. 39. Constr. קְשֵׁי פָנִים, *duri vultu*, Ezech. II. 4. וּקְשֵׁי־לֵב, *et obdurati animo*, Ezech. III. 7. Fœm. קָשָׁה, *dura*, Exod. I. 14. Constr. קְשַׁת רוּחַ, *dura animo*, 1 Sam. I. 15. id est, *afflicto animo (sum)*. Plur. וַיְדַבֵּר אִתָּם קָשׁוֹת, *et locutus est cum illis dura*, Genes. XLII. 7.

קְשִׁי, m. *durities*, Deuter. IX. 27. Kimchi scribit cum Chateph kametz קֳשִׁי, et inde Rabbini notant קוֹשִׁי, litera ו vocalem O indicante. Hinc etiam apud Rabbinos, קַשְׁיָא קוּשְׁיָה, *quæstio, objectio argumenti* vel *quæstionis difficilis*: הִקְשָׁה, *quæstionem movit, objecit argumentum, opposuit dubium*: מַקְשֶׁה, *opponens, quæstionem dubiam* aut *difficilem movens*: מַקְשָׁן, idem.

מִקְשָׁה, f. *soliditas, firmitas, continens opus*: מִקְשָׁה תֵּיעָשֶׂה, *opere continenti fiet*, Exod. XXV. 31. R. Salomon, *ex frusto uno seu materia solida et continenti*, etc. Aliam significationem vide in קשא.

מִקְשֶׁה, m. *pexum, æquale*; vel *implexum, crispum*, Ies. III. 24. Chaldæus, נְגִיד, *tractum, ductum*.

קָשָׂה f. *scutella*, juxta quosdam: plur. וְאֵת קְשׂוֹת הַנָּסֶךְ, *et scutellas tegminis*, Num. IV. 7. quibus sc. panes juges *tegebant*, ut mundi conservarentur. R. Salomon scribit, fuisse quasi *dimidiatos calamos cavos*, per medium in longitudinem scissos, qui inter panes poni solebant, ut aer transire posset, et ita a mucore conservarentur. Judæi germani exponunt, *halbe rohren*. Aff. וּקְשׂוֹתָיו, *et scutellas ejus*, Exod. XXV. 29.

קְשָׂוֹת, f. pl. *idem*, Exod. XXXVII. 16. 1 Par. XXVIII. 17. ubi ו est loco tertiæ radicalis ה.

קשח Hiph. הִקְשִׁיחַ, *obdurare, duriter tractare:* præt. הִקְשִׁיחַ בָּנֶיהָ לְלֹא־לָהּ, *duriter tractat pullos suos, tamquam non suos,* Job XXXIX. 16. confer ver. 17. Futur. תַּקְשִׁיחַ לִבֵּנוּ, *obdurares animum nostrum,* Ies. LXIII. 17. Sic affine est verbo קָשָׁה.

קשט קֹשְׁטְ, m. *veritas,* Psalm. LX. 6. Proverb. XXII. 21. Chald. קְשׁוֹט, *veritas,* Dan. IV. 34. מִן־קְשֹׁט, *ex veritate, vere,* Dan. II. 47.

קשט קְשִׂיטָה, m. *agnus; numus,* sub agni figura: בְּמֵאָה קְשִׂיטָה, *centum numis;* Chald. בְּמֵאָה חוּרְפָּן, *centum agnis,* Genes. XXXIII. 19. Jos. XXIV. 32. קְשִׂיטָה אֶחָת, *numum unum,* Chald. חוּרְפָא חֲדָא, *agnum unum,* Iob XLII. 11. Aben Esra etiam apud Jobum, כבשה קטנה, *tenellam pecudem* vel *agnellum,* interpretatur. Unde apud veteres Talmudicos legitur: » dixit R. Akiva: cum peregrinarer per Africam, audivi illic מָעָה, *pecuniam,* sive *numum,* nominari קְשִׂיטָה. » Cod. Talmud. ראש השנה, *de novi anni initio,* cap. 3. fol. 26.

קשקש קַשְׂקֶשֶׂת, f. *squama,* Lev. XI. 9. Plur. cum aff. בְּקַשְׂקְשֹׂתֶיךָ, *squamis tuis,* Ezech. XXIX. 4. Masc. וְשִׁרְיוֹן קַשְׂקַשִּׂים, *et lorica squamarum,* id est, *squamata,* 1 Sam. XVII. 5. Potest esse a קשש.

קָשַׁר *ligavit, alligavit, colligavit, devinxit: conjuravit, conspiravit, ligam fecit,* ut vulgo loquuntur. Construitur cum accusativo et præpositionibus בְּ, לְ, et עַל. Præt. וְקִשְׁרוֹ אֲשֶׁר קָשָׁר, *et conjuratio ejus qua conjuravit,* 1 Reg. XVI. 20. קָשַׁרְתִּי עַל־אֲדֹנִי, *conspiravi contra dominum meum,* 2 Reg. X. 9. Niph. præter. נִקְשְׁרָה, *ligata est,* 1 Sam. XVIII. 1. Futur. וַתִּקָּשֵׁר כָּל־הַחוֹמָה, *et colligatus fuit,* id est, *constructus totus murus,* Neh. IV. 6. Pih. futur. הַתְקַשֵּׁר, *num ligabis?* Job XXXVIII. 31. Pyh. partic. הַצֹּאן הַמְקֻשָּׁרוֹת, *oves colligatæ,* Genes. XXX. 41. id est, juxta Chaldæum, *primitivæ, robustæ* et *compactæ corpore.* Hithp. præter. הִתְקַשְּׁרוּ עָלָיו, *ligarunt se contra eum, conjurarunt inter se adversus eum,* 2 Par. XXIV. 25. Part. וְאֵלֶּה הַמִּתְקַשְּׁרִים, *et isti sunt qui conjurarunt* (*inter se contra eum*), ver. 26. Fut. וַיִּתְקַשֵּׁר, *et conjuravit* (*Jehu contra* etc.), 2 Reg. IX. 14.

קֶשֶׁר, m. *conjuratio,* 2 Reg. XIV. 19. Aff. קִשְׁרוֹ, ut ante in Kal.

קִשֻּׁרִים, m. pl. *redimicula, alligamenta,* Ies. III. 20. Aff. קִשֻּׁרֶיהָ, *alligamenta sua,* Jer. II. 32. Ornamenta colli fuerunt.

קָשַׁשׁ *recollegit, excussit, inquisivit.* Juxta Kimchium, proprie est *stipulas colligere:* id fit accurata scrutatione: hinc dicitur *de qualibet diligenti inquisitione.* Imperat. הִתְקוֹשְׁשׁוּ וָקוֹשׁוּ, *excutite vos ipsos, iterumque excutite,* Soph. II. 1. Pih. præt. וִקֹשְׁשׁוּ לָהֶם תֶּבֶן, *et conquirant sibi stramen,* Exod. V. 7. Part. מְקֹשֵׁשׁ עֵצִים, *conquirentem sive colligentem ligna,* Num. XV. 32. Fœm. מְקֹשֶׁשֶׁת, *conquirens,* 1 Reg. XVII. 10. Infin. לְקֹשֵׁשׁ קַשׁ, *ad conquirendum stipulam,* Exod. V. 12. Hithp. imper. vide ante in Kal.

קַשׁ, m. *stipula, stramen,* Exod. V. 12.

קֶשֶׁת c. sed f. sæpius, *arcus:* קֶשֶׁת לֹא נָשׂוֹג, *arcus (Jonathanis) non recessit (retrorsum),* 2 Sam. I. 22. ubi est masculinum. Vide et 2 Sam. XXII. 35. קֶשֶׁת דְּרוּכָה, *arcus ad-*

ductus vel *intentus*, Ies. XXI. 15. Aff. קַשְׁתִּי, *arcum meum* (*dabo in nubibus*), Genes. IX. 13. Plural. וּקְשָׁתוֹת, *et arcus*; Ies. XIII. 18. Aff. וְקַשְׁתוֹתָם תְּשַׁבַּרְנָה, *et arcus eorum confringentur*, Psalm. XXXVII. 15.

קַשָּׁת, m. *sagittarius*, *arcitenens*: רֹבֶה קַשָּׁת, *jaculator arcitenens*, id est, *sagittarius*, Gen. XXI. 20.

קַתְרוֹס קִיתְרוֹס, m. Chald. *cithara*, Dan. III. 5. Scribitur cum י quasi legendum fuisset, קִיתָרוֹס, *κιθάρα*, sed juxta Masorethas et hebræos legitur absque י, קַתְרוֹס. R. Saadias explicat per hebræum, כִּנּוֹר. Jonathan eo semel usus in Targum, קַתְרוֹס וְאַבּוּבָא, *cum cithara et organo*, Ies. V. 12. pro hebræo תֹּף. Falsi sunt, qui putant pro hebræo כִּנּוֹר in Targum usurpari.

ר

רָאָה *vidit*, *invisit*: *prævidit*, *providit*: *aspexit*, *inspexit*, *prospexit*, *perspexit*, *respexit*, *circumspexit*. Est et animi et aliorum sensuum, *experiri*, *animadvertere*, *percipere*, *frui*. Construitur absolute et cum accusativo et præpositionibus ב et ל. Præt. רָאָה יְהוָה בְּעָנְיִי, *respexit Dominus ad afflictionem meam*, Gen. XXIX. 32. וְטוֹבָה לֹא רָאָה, *et bono non fruatur*, Eccles. VI. 6. רָאֲתָה עֵינֵנוּ, *vidit oculus noster*, Psal. XXXV. 21. sc. *ultionem*, vel *malum* quod optamus; et sic LIV. 9. et alibi. Part. רֹאִים אֶת־הַקּוֹלֹת, *videbant tonitrua ista*, Exod. XX. 18. id est, *percipiebant*. Part. Pahul, הַנְּעָרוֹת הָרְאֻיוֹת לָתֶת לָהּ, *puellas quas visum fuit dare ipsi*, Esth. II. 9. Hinc Rabbinis, רָאוּי, *dignum*, *conveniens*, *congruum*, et sic deinceps in utroque genere et numero. Infin. irregularis, לְרַאֲוָה בָךְ, *ut aspiciant te*, Ezech. XXVIII. 17. cum ה paragogico et tertia radicali mutata in ו. Futur. per apocopam, אַל־יֵרֶא, *ne videat*, Job XX. 17. Niph. נִרְאָה, *videndum se exhibuit* vel *ostendit*; *visus*, *conspectus*, *conspicuus fuit*; *apparuit*, *comparuit*, *ostensus fuit*: construitur cum ל vel אֶל. Præter. נִרְאָה־אֵלַי, *apparuit mihi*, Genes. XLVIII. 3. Infinit. לְהֵרָאוֹת, *apparere*, 1 Sam. III. 21. Hinc contractum, לִרְאוֹת פָּנָי, *ut compareatis in conspectu meo*, Ies. I. 12. et פָּנַי est pro לְפָנַי, *coram me*. Sic alias, פְּנֵי cum hoc verbo junctum, ponitur pro לִפְנֵי, Exod. XXXIV. 24. Psal. XLII. 3. 1 Sam. I. 22. etc. Pyh. præter. לֹא רֹאוּ, *non visa sunt*, Job XXXIII. 21. Hiph. הֶרְאָה, *videre*, *frui*, *experiri*, *sentire*, *aspicere fecit* vel *effecit*; *videndum exhibuit*; *ostendit*, *ostentavit*, *demonstravit*: construitur cum accusativo. Præter. הֶרְאָה אֶת־פַּרְעֹה, *videre fecit Pharaonem*, Gen. XLI. 28. id est, *ostendit Pharaoni*: הֶרְאֲךָ אֶת־אִשּׁוֹ, *videndum exhibuit tibi ignem suum*, Deuter. IV. 36. Particip. מַרְאֶה אוֹתְךָ, *ostendo tibi*, Exod. XXV. 9. Hoph. præter. וְהָרְאָה אֶת־הַכֹּהֵן, *et videri fiet*, *ostendetur sacerdoti*, Levit. XIII. 49. אַתָּה הָרְאֵתָ, *tu videri factus es*, Deut. IV.

35. id est, *tibi videnda exhibita sunt*. Particip. אֲשֶׁר־אַתָּה מָרְאֶה, *quæ tibi videndo exhibita est*, Exod. XXV. 40. הוֹי מוֹרְאָה, *væ monstrosæ*, *spectatu horrendæ*, Soph. III. 1. R. Jeschua, *væ rebelli*, *contumaci*, quasi a מָרָה; ut א sit loco tertiæ radicalis ה. Alii, *væ inquinatæ*, ex significatione nominis רְאִי Vide illic. Hithp. futur. נִתְרָאֶה פָנִים, *videamus nos invicem facie*, 2 Reg. XIV. 8. id est, *coram dimicemus alter contra alterum*: לָמָּה תִּתְרָאוּ, *ut quid aspicitis vos mutuo?* Gen. XLII. 1.

רֹאֶה, m. *videns*, participialiter: et substantive, *propheta*: כִּי לַנָּבִיא, *nam qui propheta hodie*, *antiquitus vocabatur* הָרֹאֶה, *videns*, 1 Sam. IX. 9. Item, *visio prophetica*, Ies. XXVIII. 7.

רָאָה, f. *cornix*, avis a *visus acumine* sic dicta, ut hebræi volunt, Deuter. XIV. 13. Pro hac voce alibi legitur דַּאָה, *milvus*, Levit. XI. 14. quasi idem hæc duo sint.

רְאִי, רֳאִי, m. *visus*, *visio*, *aspectus*: *speculum*, quia *objecta videnda refert*; כִּרְאִי מוּצָק, *sicut speculum fusum*, Job XXXVII. 18. אֵל רֳאִי, *Deus visionis meæ*, Genes. XVI. 13. Hoc in pausa dicitur רֹאִי, et est Milhel: ut, עֵין רֹאִי, *oculus visionis*, Job VII. 8. id est, *perspicax*: וְטוֹב־רֹאִי, *et bonus aspectu*, 1 Sam. XVI. 12. id est, *pulcher*, *decorus*, *decoro aspectu*: וְשַׂמְתִּיךְ כְּרֹאִי, *et disponam te ut speculum*, Nah. III. 6. id est, *exemplum*, quod omnes *intueantur*. R. Salomon, זֶבֶל, *fimum*, *stercus*: Aben Esra, טִנּוּף, *inquinamentum*, a quo omnes *visum avertunt*. Hinc juxta quosdam, מוֹרְאָה, *inquinata*, *fœdata*; *monstrosa*, quæ fœdum *spectaculum* et *monstrum* est: vide et mox in fine hujus radicis.

רְאוּת, f. *aspectus*, Eccles. V. 10. ubi scribitur רְאִית, sed legitur per Vau Schurek רְאוּת.

רְאָיָה, f. *demonstratio*, *apodixis*, apud Rabbinos: pl. רְאָיוֹת גְּמוּרוֹת, *demonstrationes perfectæ*, nempe *a priori*.

רְאוֹת, f. *visio*, *visiones*. הַמֵּבִין בִּרְאֹת הָאֱלֹהִים, *intelligens in visionibus Dei*, 2 Par. XXVI. 5. Notatum hic a doctis, in manuscripto antiquissimo exemplari Palatino esse בְּיִרְאַת, *in timore Dei*, hoc est, *in rebus*, *quæ ad Dei timorem pertinent*. Sic quoque legitur in R. Salomone, et in Concordantiis hebraicis in Rad. ירא, non in ראה. His addo veteres Talmudicos, apud quos similiter scriptum reperi ביראת, cod. Sotah, cap. 9. fol. 48. In Masora tamen hæc lectio hic non est annotata, sed vide eam, 1 Par. XXI. 28. et 2 Par. XXVI. 5.

מַרְאֶה, m. *visio*, *visus*, *aspectus*, *vultus*, *species*. יְפַת־מַרְאֶה אָתְּ, *pulcra aspectu es*, Gen. XII. 11. Constr. לְמַרְאֵה עֵינָיו, *ad aspectum oculorum suorum*, Ies. XI. 3. Affix. מַרְאֵהוּ, *aspectus ejus*, Lev. XIII. 30. Plurale cum aff. מַרְאֵינוּ, *vultus nostri*, Dan. I. 13. Fœmin. מַרְאָה, Dan. X. 7. Plurale, וָאֶרְאֶה מַרְאוֹת, *et vidi visiones*, Ezech. I. 1. Et secundum aliam significationem, *specula*: בְּמַרְאֹת, *ex speculis (mulierum)*, Exod. XXXVIII. 8. et ב est loco præpositionis מ, scribit Aben Esra; cui similis locutio habetur Lev. VIII. 32.

רתק Niph. נִרְתַּק, *concatenari*, *catenis jungi* aut *vinciri*. Futur. יֵרָתֵק, *concatenetur*, *catenæ instar jungatur*, Eccles. XII. 6. sic Masorethæ legendum tradunt pro יִרְחַק, *procul amoveatur*, ut in textu scriptum est. Tales voces observatæ sunt *undecim*, quæ leguntur per ת, et non sunt scriptæ per ת: vide Masoram. Pyh. præt. רֻתְּקוּ, *concatenati*, *vincti sunt compedibus*, Nah. III. 10.

רַתּוֹק, m. *catena*: *funis*, Ezech. VII. 23. Plur. בְּרַתִּיקוֹת, *catenis* (*auri*), 1 Reg. VI. 21. Scribitur per י, sed legitur per ו.

רַתֻּקוֹת, f. pl. idem, Ies. XL. 19.

רְתֵת m. *tremor*, Hos. XIII. 1. proprie chaldaicum est: nam pro hebræo רַעַד, in Targum est רַתִּיתָא, Exod. XV. 15.

ש

שָׁאַב *hausit*: præt. וּשְׁאַבְתֶּם־מַיִם, *et haurietis aquas*, Ies. XII. 3. Infinit. לִשְׁאֹב מָיִם, *ad hauriendum aquas*, Gen. XXIV. 13.

מַשְׁאַבִּים, m. pl. *haustra*, juxta quosdam: R. Salomon vult esse *loca ubi hauriuntur aquæ*, Jud. V. 11.

שָׁאַג *rugiit*, leonum proprium, sed aliis etiam per metaphoram accommodatur. Præt. אַרְיֵה שָׁאָג, *leo rugit*, Amos III. 8. שָׁאֲגוּ צֹרְרֶיךָ, *rugierunt hostes tui*, Psal. LXXIV. 4.

שְׁאָגָה, fœm. *rugitus*, Ies. V. 29. Constr. שַׁאֲגַת כְּפִירִים, *rugitus leonum*, Zach. XI. 3. Aff. דִּבְרֵי שַׁאֲגָתִי, *verba rugitus mei*, Psal. XXII. 2.

שָׁאָה *vastari*, proprie *cum tumultu*, *fragore* et *irruptione*: inde est, *tumultuari*. Præt. שָׁאוּ עָרִים, (*donec*) *vastentur urbes*, Ies. VI. 11. Niph. futur. תִּשָּׁאֶה שְׁמָמָה, *vastata sit desolatione*, ibid. יִשָּׁאוּן, *tumultuantur*, Ies. XVII. 12. Hiph. infinit. לְהַשְׁאוֹת, *ad vastandum*, Ies. XXXVII. 26. Contractum hinc, לַהְשׁוֹת, 2 Reg. XIX. 25. quod juxta Masorethas legendum, ut præcedens. In Hithp. *stupere*, *obstupescere*: metaphorice ad animum relatum, quasi *animo vastari*. Partic. וְהָאִישׁ מִשְׁתָּאֵה לָהּ, *et vir ille stupens erat*, *stupebat ipsi*, id est, *de* vel *super ea*, Gen. XXIV. 21. Similis usus est verbi שָׁמַם, quod vide illic.

שׁוֹאָה, fœm. *vastatio tumultuosa*, *vastitas*, *vastum*: שׁוֹאָה וּמְשׁוֹאָה, *vastationem et pervastationem*, id est, *in locum vastissimum*, Job XXX. 3. Constr. וּמִשֹּׁאַת רְשָׁעִים, *et a vastatione improborum*, Prov. III. 25.

שְׁאִיָּה, f. *vastatio*, Ies. XXIV. 12.

שֵׁאת, f. idem, Thren. III. 47.

שׁוֹאִים, m. pl. *vastationes*: affix. מִשֹּׁאֵיהֶם, *a vastationibus* sive *tumultuationibus ipsorum*, Psal. XXXV. 17.

שָׁאוֹן, m. *tumultuatio*, *tumultus*, *strepitus*: קוֹל שָׁאוֹן, *voce tumultus*, id est, *tumultuosa*, Ies. LXVI. 6. Construct. שְׁאוֹן יַמִּים שְׁאוֹן גַּלֵּיהֶם, *strepitum marium*, *strepitum fluctuum eorum*, Psalm. LXV. 8. Aff. וּשְׁאוֹנָהּ, *et tumultuatio ejus*, Ies. V. 14.

שַׁאֲנָן, m. idem: aff. וְשַׁאֲנַנְךָ, *et tumultuatio tua*, 2 Reg. XIX. 28. Sic Chaldæus, אִתְרְגָשׁוּתָךְ: et Kimchi deducit a שָׁאוֹן, per geminationem literæ נ, ad *vehementem tumultuationem* designandam. Vide etiam שׁאן.

מְשׁוֹאָה, f. *devastatio*, *pervastatum*, Job XXX. 3.

מַשָּׁאוֹן, m. *vastitas*, *solitudo vasta*: תִּכַּסֶּה שִׂנְאָה בְּמַשָּׁאוֹן, *legitur odium in solitudine*, (*sed relegitur malitia ejus in cætu* id est, *publice*), Prov. XXVI. 26. Vide et נָשָׁא.

מְשׁוּאוֹם. מַשּׁאוֹת, f. pl. *vastitates*, Psalm. LXXIII. 18. et LXXIV. 3. Significatione quidem huc pertinet, ut Aben Esra refert, sed propter Daghesch est quasi a נָשָׁא.

תְּשֻׁאוֹת. תְּשֻׁאוֹת, f. pl. *fragores*, *exclamationes*, *fragosi clamores*, *tu-*

multuationes: תְּשֻׁאוֹת נוֹגֵשׂ, *fragosi clamores exactoris*, Job XXXIX. 7. תְּשֻׁאוֹת חֵן חֵן לָהּ, *acclamationes gratiæ*, *gratiæ ei sunt*, Zach. IV. 7. Phrasis in familiaribus Judæorum scriptis usitatissima, quando summas alicui gratias agere volunt. Habet autem hoc nomen formam ex ordine quiescentium secunda, quasi a שׁוּא, sed significatione ad hanc radicem pertinet.

שָׁאַט, שְׁאָט, שָׁאֹט, *depopulari*, *spernere*. Verbum est irregulare, origine chaldaicum: nam שׁוּט, chaldæis usurpatur pro hebræo בָּזָה, *sprevit*, *contempsit*, Psalm. XV. 4. et Genes. XXV. 34. in utroque Targum, Jonathanis, scil. et Onkeli. Habet א quiescens, uno tantum loco excepto, quasi protractionis sit (ut hebræi loquuntur), et thema habeat שׁוּט ex ordine quiescentium secunda, sitque א loco mediæ quiescentis ו, imitatione chaldæorum. Sic קוּם et רוּם quandoque in medio habent א. Vide illic. Particip. הַשָּׁאטִים אֹתָם, *qui depopulentur eos*, Ezech. XXVIII. 24. Chaldæus, דְּבָזְזִין, *qui diripiunt eos*. הַשָּׁטִים, vide in שׁוּט. Fœm. הַשָּׁאטוֹת אוֹתָךְ, *quæ depopulantur*, *prædantur te*, Ezech. XVI. 57. juxta Kimchium: Chaldæus et R. Salomon, *quæ spernunt te*.

שְׁאָט, m. *contemptus*, vel *depopulatio*: בִּשְׁאָט בְּנֶפֶשׁ, *cum contemptu in animo*, Ezech. XXV. 15. id est, *summo* et *ignominioso contemptu*, vel *depopulatione*. Sic בִּשְׁאָט נֶפֶשׁ, Ezech. XXXVI. 5. Aff. בְּכָל־שָׁאטֵךְ בְּנֶפֶשׁ, *in toto contemptu tuo ex animo*, Ezech. XXV. 6. Chaldæus tribus hisce posterioribus locis, צְפוּת, *lætitiam*, transfert.

שָׁאַל שָׁאֵל, *rogavit*, *interrogavit*, *petiit*, *expetiit*; *consuluit*, *quæsivit*, *requisivit*, *percunctatus est*. Item, *mendicavit*. Construitur cum accusativo, et præpos. מִן, מֵאֵת, et לְ. Præt. שָׁאַל אֶת־עֲבָדָיו, *interrogaverat servos suos*, Gen. XLIV. 19. חַיִּים שָׁאַל מִמְּךָ, *vitam petiit a te*, Psalm. XXI. 5. וְשָׁאַל לוֹ, *ut consulat illum*, Numer. XXVII. 21. וְשָׁאַל בַּקָּצִיר, *et mendicat in æstate*, Prov. XX. 4. וּשְׁאֵלֵךְ, *et rogaverit te*, Jud. IV. 20. quod est, ex terminatione Tzere. וְשָׁאֲלוּ לְךָ לְשָׁלוֹם, *et interrogabunt te pacis*, hoc est, *valetudinis causa*, 1 Sam. X. 4. id est, *pacifice te salutabunt*: vide 1 Sam. XXV. 5. et 2 Sam. VIII. 10. Chald. præt. לָא שְׁאֵל לְכָל־חַרְטֹּם, *non petiit ab ullo mago*, Dan. II. 10. אֱדַיִן שְׁאֵלְנָא, *tunc interrogavimus*, Esr. V. 9. Futur. כָּל־דִּי יִשְׁאֲלֶנְכוֹן, *quidquid postulaverit*, Esr. VII. 21. cum נ epenthetico. Niph. נִשְׁאַל, *exorari*, *precibus obtinere*. Præter. cum infinitivo, נִשְׁאֹל נִשְׁאַל מֵעִמָּדִי, *expetendo expetivit* (*David*) *a me*, 1 Sam. XX. 28. id est, *obnixe petiit a me*, et *obtinuit*. Similem formam vide in שׁלח נִשְׁאַלְתִּי מִן־הַמֶּלֶךְ, *precibus obtinui a rege*, Nehem. XIII. 6. Pih. præt. וְשִׁאֲלוּ, *et petant*, id est, *mendicent*, Psalm. CIX. 10. Futur. שָׁאוֹל יְשָׁאֲלוּ, *interrogando interrogabunt*, 2 Sam. XX. 18. Hiph. הִשְׁאִיל, *mutuavit*, *commodato dedit petenti*. Præt. וְהִשְׁאִלְתִּיהוּ לַיהוָה, *et mutuo eum Domino*, 1 Sam. I. 28. id est, *quem precario ab ipso acceperam*, *nunc rursus ipsi sisto et consecro*, *ut ipsius minister sit*. Fut. וַיַּשְׁאִלוּם, *et commodato dederunt ipsis petentibus*, Exod. XII. 36. Hoph. הוּשְׁאָל, *commodatum*; apud Rabbinos.

שְׁאוֹל, c. *sepulcrum*, *infernus*. Se-

pulcrum autem sic a *petendo* et *postulando* dictum, quod ore hiante et dilatato, (Ies. V. 14. Habac. II. 5.) repleri *expetat;* unde et *insatiabile* dictum, Prov. XXVII. 20. et XXX. 16. Significat autem in genere locum corporum humanorum post mortem, unde communiter pro *sepulcro*, interdum etiam pro *inferno* ponitur. Dicitur etiam de *loco infimo*, qui *altissimo* opponitur, Job XI. 8. Masculinum, עָרוֹם שְׁאוֹל; *nudum est sepulcrum*, Job XXVI. 6. id est, *abditissima et intima* terræ pars, juxta Aben Esram; vel מַרְכֵּז הָאָרֶץ, *centrum ipsius terræ* (*ipsi in aperto et propatulo est*). Fœmininum, הִרְחִיבָה שְׁאוֹל נַפְשָׁהּ, *dilatat sepulcrum animam suam*, id est, *seipsum*, Ies. V. 14. Cum ה paragogico, לִשְׁאוֹלָה, *in sepulcrum usque*, Psalm. IX. 18. Et sic cum accentu in ultima præter morem, שְׁאֹלָה, *in sepulcrum*, Gen. XXXVII. 35.

שְׁאֵלָה, f. *petitio:* שְׁאֵלָה אַחַת, *petitionem unam (ego peto a te)*, 1 Reg. II. 16. Affix. אֶת־שְׁאֵלָתִי, *petitionem meam*, 1 Sam. I. 27. Hinc contractum, יִתֵּן אֶת־שֵׁלָתֵךְ, *det petitionem tuam*, 1 Sam. I. 17. Et aliter, תָּבוֹא שְׁאֵלָתִי, *eveniat petitio mea*, Job VI. 8. Chald. שְׁאֵלְתָא, f. *petitio, postulatum*, Dan. IV. 14. Apud Rabbinos etiam est, *quæstio*, *interrogatio*, *metaphora:* ה׳ הַשְּׁאֵלָה. *He interrogationis;* עַל דֶּרֶךְ הַשְּׁאֵלָה, *per modum interrogationis*, vel, *per metaphoram.*

מִשְׁאָלוֹת, f. pl. *petitiones:* affix. כָּל־מִשְׁאֲלוֹתֶיךָ, *omnes petitiones tuas*, Psalm. XX. 6.

שאן Pih. geminata tertia radicali. שַׁאֲנַן, *tranquillum esse, tranquille agere*. Praeter. שַׁאֲנַן מוֹאָב, *tranquillus fuit Moab*, Jer. XLVIII. 11. שַׁאֲנַן מִפַּחַד רָעָה, *tranquillus erit a timore mali*, Proverb. I. 33. שַׁאֲנָנוּ, *tranquille agent*, Job III. 18.

שַׁאֲנָן, m. *tranquillus:* נָוֶה שַׁאֲנָן, *habitaculum tranquillum*, Ies. XXXIII. 20. Aff. וְשַׁאֲנַנְךָ, *et tranquillitas tua*, 2 Reg. XIX. 28. id est, *insolentia*, *ferocia*, quam *tranquillitas* tibi parit. Vide et שאה. Plural. הוֹי הַשַּׁאֲנַנִּים, *væ tranquillis* (*in Tzione*), Amos VI. 1. Fœm. נָשִׁים שַׁאֲנַנּוֹת, *mulieres tranquillæ*, Ies. XXXII. 9.

שַׁלְאֲנָן, m. *tranquillissimus*, Job. XXI. 23. cum epenthesi ל, vel potius (ut Kimchi scribit in libro Radicum), est vox composita ex שָׁלֵו et שַׁאֲנָן. et notatur eo *summe tranquillus*, id est, *tranquillissimus*.

שָׁאַף *hausit*, proprie aerem vel ventum; *anhelavit, adspiravit;* metaphorice, *absorbuit*, *deglutivit*. Præter. וְשָׁאַף, *et exhaurit*, *absorbet*, Job V. 5. Scribitur cum ו, sed legitur per ר. שְׁאָפַנִי, *absorbet me*, *anhelus persequitur ad deglutiendum me*, Psalm. LVI. 2. שָׁאֲפוּ רוּחַ, *haurient ventum*, Jerem. XIV. 6. Particip. וְאֶל־מְקוֹמוֹ שׁוֹאֵף, *et ad locum suum anhelat*, Eccl. I. 5.

שָׁאַר *reliquum esse*, *superesse*. Præter. עוֹד שָׁאַר, *adhuc reliquus est* (*minimus*), 1 Sam. XVI. 11. Niph. נִשְׁאַר, *reliquum*, *residuum esse* vel *fieri*, *relinqui:* *superstitem manere*, *remanere*, *superesse*. Frequenter construitur cum præpos. ב, quæ quandoque per *e*, *ex*, explicanda est. Præter. וְהוּא לְבַדּוֹ נִשְׁאָר, *et ipse solus est relictus*, Genes. XLII. 38. cum Kametz propter pausam. Anomalum cum epenthesi א. וְנֵאשְׁאַר אֲנִי, *et reliquus fui ego*, Ezech. IX. 8. pro נִשְׁאַרְתִּי. Kimchi in commentario scribit esse compositum ex præterito

Niphal et ex futuro Kal, quasi dicere propheta voluerit: *cum ego, percutientibus illis, videre vellem*, מִי נִשְׁאַר, *quis reliquus maneret; animadverti*, כִּי אֶשָּׁאֵר אֲנִי, *quod ego tantum reliquus essem*. Non dissimile vide in שָׂחָה in Hithpahel. וְלֹא נִשְׁאֲרוּ־בָם, *neque relicti sunt in eis*. id est, *ex eis, duo pariter*, 1 Sam. XI. 11. Hiph. הִשְׁאִיר, *reliquit; reliquum, residuum, superstitem fecit* vel *reliquit*: Præter. הִשְׁאִירוּ־לוֹ, *reliquerunt ei superstitem*, Num. XXI. 35. וְהִשְׁאִיר אַחֲרָיו בְּרָכָה, *et relinquat post se benedictionem*, Joel II. 14. Futur. וְלֹא־נַשְׁאֵר בָּהֶם אִישׁ, *ut non reliquum faciamus ex eis quemquam*, 1 Sam. XIV. 36.

שְׁאָר, m. *reliquus, reliquum, residuum, reliquiæ*. In constructione non mutatur. וּשְׁאָר עֵץ, *et reliqua ligna*, Ies. X. 19. וּשְׁאָר, *et residuum*, Ies. XIV. 22. וּשְׁאָר רוּחַ לוֹ, *et (nonne) residuum spiritus ipsi?* Mal. II. 15. Vide hic Rabbi Salomonem. Chald. עִם־שְׁאָר חַכִּימֵי, *cum reliquis sapientibus* (*Babyloniæ*), Dan. II. 18. וּשְׁאָרָא, *et residuum*, Dan VII. 7.

שְׁאֵר; m. *caro*, et generaliter, *alimentum*: item, *propinquus, propinqua*, de *eadem carne* existens, nempe *consanguineus*; et sic eodem genere de utroque sexu dicitur. אָכְלוּ שְׁאֵר עַמִּי, *comedunt carnem populi mei*, Mich. III. 3. אֶל־כָּל־שְׁאֵר, *ad omnem propinquum* (*carnis suæ*), Lev. XVIII. 6. שְׁאֵר אָבִיךָ, *propinqua patris tui est*, ver. 12. Aff. לִשְׁאֵרוֹ, *propinqua ejus*, Num. XXVII. 11. שְׁאֵרָהּ, *alimentum ejus*, Exod. XXI. 10. וּשְׁאֵרֶךָ, *et corpus tuum*, Prov. V. 11. Sic reddunt propter præcedens nomen *carnis*, cui synonymum est.

שַׁאֲרָה, fœm. *propinquitas*. שַׁאֲרָה הֵנָּה, *propinquitas sunt*, Lev. XVIII. 17. id est, *propinquæ una alteri*.

שְׁאֵרִית, f. *residuum, reliquiæ*. Semel scribitur contracte absque א. שֵׁרִית, 1 Par. XII. 38. Aff. וּשְׁאֵרִיתוֹ, *et residuum ejus*, Ies. XLIV. 17. Contracte ut ante, שֵׁרוּתִךָ, *residuum tuum*, Jer. XV. 11. Scribitur cum ו, sed legendum per י juxta Masorethas: Chirek autem sub ת est loco Sægol, pro שֵׁרִיתֶךָ. Simile vide in פּוּץ, inter nomina.

מִשְׁאֶרֶת, fœm. *mactra*. Cum aff. וּמִשְׁאַרְתֶּךָ, *et* (*benedicta*) *mactra tua*, Deut. XXVIII. 5. Plur. וּבְמִשְׁאֲרוֹתֶיךָ, *et in mactras tuas*, Exod. VII. 28.

שְׂאֹר m. *fermentum*: תַּשְׁבִּיתוּ שְׂאֹר מִבָּתֵּיכֶם, *amovebitis fermentum e domibus vestris*, Exod. XII. 15.

שְׁבָב m. *fragmentum*: plurale, שְׁבָבִים, *fragmenta*, Hos. VIII. 6. Verbum שָׁבַב, *frangere*, apud Talmudicos usitatum est.

שְׁבִיב, m. *scintilla*, quasi *fragmen ignis dicta*, Job XVIII. 5: Chald. שְׁבִיבָא דִּי נוּרָא, *scintilla* vel *flamma ignis*, Dan. III. 22. Plurale, שְׁבִיבִין דִּי־נוּר, *scintillæ ignis*, Dan. VII. 9.

שָׁבָה *captivum cepit, duxit, abduxit, deportavit, fecit, tenuit, detinuit*. Præterit. אֲשֶׁר־שָׁבָה, *quem captivum abduxit*, Jerem. XLI. 14. שָׁבִיתָ שֶּׁבִי, *captivam duxisti captivitatem*, Psalm. LXVIII. 19. Part. שֹׁבִים לְשֹׁבֵיהֶם, *captivos capient captivantes ipsos*, Ies. XIV. 2. Futur. per apocopam, וַיִּשְׁבְּ מִמֶּנּוּ שֶׁבִי, *et captivam fecit ex eo captivam turbam*, Numer. XXI. 1. Niph. præter. כִּי נִשְׁבָּה, *quod capti-*

vus abduceretur, Gen. XIV. 14. נִשְׁבּוּ, *capti essent*, 1 Sam. XXX. 3.

שְׁבוֹ, m. *achates*, lapis pretiosus, Exod. XXVIII. 19. Judæis germanis *topazius* est.

שְׁבִי. m. *captivitas*, *captiva turba*, *captivorum multitudo*. שְׁבִי צַדִּיק, *captiva turba justi*, Ies. XLIX. 24. בַּשְּׁבִי יֵלֵכוּ, *in captivitatem ibunt*, Jer. XXII. 22. Aff. מֵאֶרֶץ שִׁבְיָם, *de terra captivitatis ipsorum*, Jerem. XLVI. 27. Cum Sægol sub שׁ, שֶׁבְיֵךְ, *captivitatem tuam*, Jud. V. 12.

שְׁבִיָּה, f. *captiva*, Ies. LII. 2.

שִׁבְיָה, f. *captivitas*, ut ante, 2 Par. XXVIII. 5.

שִׁיבָה, f. idem. Constr. שִׁיבַת צִיּוֹן, *captivam multitudinem Tzionis*, Psal. CXXVI. 1. Formam habet a שׁוּב, quasi *reducem captivam turbam* dicas. Aliam significationem vide in יָשַׁב.

שְׁבִית, f. *captivitas*, Numer. XXI 29. Affix. אֶת־שְׁבִיתֵנוּ, *captivitatem nostram*, Psal. CXXVI. 4. Scribitur cum ך, sed legitur per י. Plurale cum aff. שְׁבִיתַיִךְ, *captivitatum tuarum*, id est, *multitudinis captivorum tuorum*, Ezech. XVI. 53.

שְׁבוּת, f. idem, Jerem. XXX. 3. Affix. אֶת־שְׁבוּתְךָ, *captivitatem tuam*, Deut. XXX. 3. Quædam scribuntur per י in medio, sed legenda per ך; שְׁבִיתֵךְ, *captivitatem tuam*, Thren. II. 14.

שִׁבַּח Pih. *laudavit*, *laudibus celebravit*: item, *repressit*, *compescuit*. Præter. וְשִׁבַּחְתִּי אֲנִי, *et laudavi ego* (*lætitiam*), Eccles. VIII. 15. Futur. תְּשַׁבְּחֵם, *reprimis illos* (*fluctus*), Psal. LXXXIX. 10. et sic Prov. XXIX. 11. Chald. præter. שַׁבַּחְתָּ, *laudasti*, Dan. V. 23. וּלְחַי עָלְמָא שַׁבְּחֵת, *et vicentem in perpetuum laudavi*, Dan. IV. 31. וְשַׁבַּחוּ לֵאלָהֵי דַהֲבָא, *et laudabant Deos aureos*, Dan. V. 4. Particip. מְשַׁבַּח, *laudo*, etc. לְמֶלֶךְ שְׁמַיָּא, *regem cælorum*, Dan. IV. 34. ubi notanda constructio cum dativo. Hiph. particip. מַשְׁבִּיחַ שְׁאוֹן יַמִּים, *compescens strepitum marium*, Psalm. LXV. 8. Hithp. infinitiv. לְהִשְׁתַּבֵּחַ בִּתְהִלָּתֶךָ, *ad laudationibus commendandum nos in laude tua*, Psalm. CVI. 47.

שַׁבֵּחַ, masc. *laudans*, vim et usum habet participii: וְשַׁבֵּחַ אֲנִי אֶת־הַמֵּתִים, *et laudabam ego mortuos*, Eccl. IV. 2.

שֶׁבַח, m. *laus*, apud Rabbinos usitatissimum.

שֵׁבֶט c. sed m. sæpius, *virga*, *baculus*, Exod. XXI. 20. Proverb. X. 13. *sceptrum*: לֹא־יָסוּר שֵׁבֶט מִיהוּדָה, *non recedet sceptrum de Jehuda*, Gen. XLIX. 10. id est, *reges* et *regia auctoritas*, juxta triplex Targum, et hebræos veteres Talmudicos, (cod. Sanhedrin cap. 1. fol. 5. et cod. Horajoth cap. 3. fol. 11.) ac recentiores, Kimchium, R. Salomonem, Aben Esram, R. Abrahamum hispanum, R. Tanchuma, R. Bechai, R. Mosche ben Nachman, R. Jitzchack ben Arama, Chaskuni sive R. Chiskia, quos ego vidi; unde frustra sunt, qui aliter interpretantur. Item, *tribus*, Deut. XVIII. 1. *stylus*, *calamus*: מֹשְׁכִים בְּשֵׁבֶט סֹפֵר, *trahentes stylo scribæ*, Jud. V. 14. id est, *scribentes* בְּקוּלְמוּס, *calamo scriptorio*, ut Chaldæus transfert; estque periphrasis poetica *scribarum*, sive *doctorum* et *sapientum*. שֵׁבֶט מֹאֶסֶת, *virga spernens*, Ezech. XXI. 15. ubi fœmininum est. Aff. שִׁבְטוֹ, *virgam suam*, Prov. XIII. 24. Plurale, שְׁבָטִים, *tribus*,

Jos. XVIII. 2. *tela, spicula*, 2 Sam. XVIII. 14. Constr. שִׁבְטֵי, *tribus* (*filiorum Israel*), Jos. IV. 8. Aff. בִּשְׁבָטָיו, *in tribubus ejus*, Psalm. CV. 37. Chald. לְמִנְיָן שִׁבְטֵי יִשְׂרָאֵל, *secundum numerum tribuum Israelis*, Esr. VI. 17.

שְׁבָט, m. *Schebhat*, nomen mensis *undecimi*, respondentis *Januario* nostro, Zach. I. 7.

* שׂבך, quæ hinc esse possint vide in סָבַךְ.

שׁבל שְׁבִיל, masc. *semita: via.* Affix. וּשְׁבִילְיךָ, *et semita tua*, Psalm. LXXVII. 20. ubi legendum juxta Masorethas, שְׁבִילְךָ. Plur. construct. שְׁבִילֵי עוֹלָם, *semitæ seculi*, Jerem. XVIII. 15.

שֹׁבֶל, mascul. idem: חֶשְׂפִּי־שֹׁבֶל, *denuda* (*pedes*) *ad semitam*, Ies. XLVII. 2. Vide et XX. 2.

שִׁבֹּלֶת, f. *spica*, Job XXIV. 24. Item, *fluxus*, *fluentum*, Psalm. LXIX. 3, 16. Plural. fœm. sub terminatione masculina, שִׁבֳּלִים דַּקּוֹת, *spicæ tenues*, Gen. XLI. 6.

שִׁבֳּלִים, m. pl. *baccæ*: construct. שְׁתֵּי שִׁבְּלֵי הַזֵּיתִים, *duæ baccæ olivarum*, Zach. IV. 12.

שַׁבְּלוּל, m. *limax*, Psal. LVIII. 9. In codice Talmudico Mohed katon cap. 1. fol. 6. scribit scholiastes ad locum Psalmi: שַׁבְּלוּל, est *reptile*, quod cum egreditur e concha sua, saliva fluit ab ipso, donec plane liquescat et moriatur. Et in cod. de Schabbath, cap. 8. fol. 77.

שׁבס שְׁבִיסִים, m. pl. *reticula*, ornamenta muliebria capitis, juxta R. Salomonem, Ies. III. 18.

שׁבע שֶׁבַע f. *septem*, *septies*: שֶׁבַע שָׁנִים, *septem annos*, Gen. V. 7. שֶׁבַע בַּיּוֹם הִלַּלְתִּיךָ, *septies in die laudavi te*, Psalm. CXIX. 164.

שִׁבְעָה, m. idem; item, *septimus*. שִׁבְעָה פָרִים, *septem juvencos*, Num. XXIII. 29. שִׁבְעָה שִׁבְעָה, *septem septem*, id est, *septena*, Gen. VII. 2. בְּשִׁבְעָה־עָשָׂר יוֹם, *septimo decimo die* (*mensis*), Gen. VII. 11. Semel cum נ epenthetico, שִׁבְעָנָה, Job XLII. 13. Construct. לְשִׁבְעַת הַיָּמִים, *septimo dierum*, id est, *die septimo*, Genes. VII. 10. Aff. שִׁבְעָתָּם, *septem illi*, 2 Sam. XXI. 9 Scribitur cum י redundante, et est quasi a separata forma שִׁבְעַת. Duale, שִׁבְעָתַיִם, *septies*, *septuplum*; idem quod שֶׁבַע, inquit R. Salomon, ut apparet ex Ies. XXX. 26. Sic etiam, אַרְבַּעְתַּיִם, *quadruplum*, effertur numero *duali*, ut est in רָבַע: forma autem dualis adhibetur ad differentiam numeri. Plurale, שִׁבְעִים, *septuaginta*: שִׁבְעִים שָׁנָה, *septuaginta annos*, Gen. V. 12. Chald. שִׁבְעָה עִדָּנִין. *septem tempora*, Dan. IV. 13. Constr. וְשִׁבְעַת יָעֲטֹהִי, *et septem consiliarios ejus*, Esr. VII. 14.

שְׁבִיעִי, m. *septimus*: בַּיּוֹם הַשְּׁבִיעִי, *die septimo*, Gen. II. 2. Fœm. וּבַשָּׁנָה הַשְּׁבִיעִת, *et anno septimo*, Levit. XXV. 4. Semel etiam medio י deficiente, וּבַשְּׁבִעִת, *et septimo* (*anno*), Exod. XXI. 2.

שָׁבוּעַ, m. *septimana*, vel *dierum*, ut communiter; vel *annorum*, ut Dan. IX. 27. Constr. שְׁבֻעַ זֹאת, *septimanam hujus*, Gen. XXIX. 27. Dual. שְׁבֻעַיִם, *septimanæ duæ*, Lev. XII. 5. Plur. שָׁבֻעִים שִׁבְעָה, *septimanæ septem*, Dan. IX. 25. Constr. שְׁבֻעֵי, vide mox infra. Fœm. וְחַג שָׁבֻעוֹת, *et festum septimanarum* (*facies*), Exod. XXXIV. 22. Aff. בְּשָׁבֻעֹתֵיכֶם, *in septimanis vestris*, Num. XXVIII. 26.

נִשְׁבַּע, Niph. *juravit.* Præt. נִשְׁבַּע־בִּי לִי, *juravit mihi*, Gen. XXIV. 7. נִשְׁבַּעְתִּי, *per me juravi*, Gen. XXII. 16. Particip. וְהַנִּשְׁבָּע בָּאָרֶץ, *et qui jurat per terram*, Ies. LXV. 16. Hiph. הִשְׁבִּיעַ, *adjuravit.* Præt. cum infinit. הַשְׁבֵּעַ הִשְׁבִּיעַ, *adjurando adjuraverat (filios Israelis)*, id est, *jurejurando obstrinxerat*, Exod. XIII. 19. הִשְׁבַּעְתִּי אֶתְכֶם, *adjuro vos*, Cant. II. 7.

שָׁבוּעַ, m. *juramentum*, *jusjurandum.* Plur. constr. שְׁבֻעֵי שְׁבֻעוֹת לָהֶם, *juramenta juramentorum istis sunt*, Ezech. XXI. 28.

שְׁבוּעָה, f. *juramentum*, *jusjurandum*, *adjuratio.* בַּעֲלֵי שְׁבוּעָה לוֹ, *domini juramenti ipsi*, id est, *conjurati*, Neh. VI. 18. Constr. וּשְׁבֻעַת שֶׁקֶר, *et juramentum falsitatis*, Zach. VIII. 17. Aff. וּשְׁבוּעָתוֹ, *et juramenti sui*, Psal. CV. 9. Plur. שְׁבֻעוֹת, Hab. III. 9.

שָׂבַע *satiari*, *saturari*, *saturum esse.* Præt. וְאָכַל וְשָׂבַע, *et comedet et saturabitur*, Deut. XXXI. 20. שָׂבַעְתָּ קָלוֹן, *saturaris ignominia*, Hab. II. 16. וּשְׂבַעְתֶּם אֹתוֹ, *ut saturemini eo*, Joel II. 19. שָׂבְעָה בְרָעוֹת נַפְשִׁי, *saturata est malis anima mea*, Psalm. LXXXVIII. 4. Pih. imper. שַׂבְּעֵנוּ, *satura nos*, Psal. XC. 14. Fut. נַפְשָׁם לֹא יְשַׂבֵּעוּ, *animam suam non saturabunt*, Ezech. VII. 19. Hiph. præter. הִשְׂבִּיעַ נֶפֶשׁ שֹׁקֵקָה, *satiat animam appetentem*, Psal. CVII. 9. Particip. וּמַשְׂבִּיעַ לְכָל־חַי, *et saturas omne vivens*, Psal. CXLV. 16.

שָׂבֵעַ, m. *satur*, Genes. XXV. 8. Constr. וּשְׂבַע יָמִים, *et satur dierum*, Genes. XXXV. 29. Plur. שְׂבֵעִים, *saturi*, 1 Sam. II. 5. Fœmin. נֶפֶשׁ שְׂבֵעָה תָּבוּס נֹפֶת, *anima satura calcat favum*, Prov. XXVII. 7.

שָׂבָע, m. *saturitas*, Gen. XLI. 29.

שֹׂבַע, m. idem, Exod. XVI. 3. Aff. שָׂבְעֲךָ, *ad saturitatem tuam*, Deut. XXIII. 25.

שָׂבְעָה, f. idem, Ies. LVI. 11. Aff. מִבִּלְתִּי שָׂבְעָתֵךְ, *eo quod non esset satietas tibi*, Ezech. XVI. 28.

שִׂבְעָה, f. idem. Constr. שִׂבְעַת־לֶחֶם, *saturitas panis*, Ezech. XVI. 49.

שִׁבֵּץ Pih. *tessellatum*, *ocellatum*, *intertextum opus fecit*: præterit. וְשִׁבַּצְתָּ, *et tessellatum facies*, Exod. XXVIII. 39. Pyh. partic. מְשֻׁבָּצִים זָהָב, *intexti*, *impacti auro (erunt)*, id est, *fundis aureis insiti*, ver. 20.

שָׁבָץ, masc. *ocellata chlamys*: כִּי אֲחָזַנִי הַשָּׁבָץ, *quia detinuit me hæc ocellata chlamys*, 2 Sam. I. 9.

מִשְׁבְּצָה, f. *ocellatio*: *pala*, *funda annuli.* Plurale, מִשְׁבְּצוֹת זָהָב, *fundis aureis*, Exod. XXVIII. 11. מִמִּשְׁבְּצוֹת זָהָב לְבוּשָׁהּ, *ex ocellationibus auri vestis ejus*, Psal. XLV. 14.

תַּשְׁבֵּץ, masc. *tessella*, *ocellatio*: כְּתֹנֶת תַּשְׁבֵּץ, *tunica ocellationis*, Exod. XXVIII. 4. id est, *tessellata*, vel *ocellata.*

שְׁבַק Chald. *sivit*, *reliquit*, *dimisit*, *remisit*: infin. לְמִשְׁבַּק, *ad relinquendum*, Dan. IV. 23. Imper. שְׁבֻקוּ, *sinite*, Esr. VI. 7. Ithpeh. futur. לָא תִשְׁתְּבִק, *non relinquetur*, Dan. II. 44.

שָׁבַר *fregit*, *confregit*, *diffregit*,

effregit, perfregit. Item, vendidit: emit, comparavit annonam, a nomine שֶׁבֶר, annona, quasi annonare dicas. Præter. שָׁבַר יְהוָה, fregit Dominus, Ies. XIV. 5. Infin. לִשְׁבּוֹר אֶל־יוֹסֵף, ut emerent a Josepho, Gen. XLI. 57. et אֶל est pro מִן; aut est transpositio verborum, pro venerunt ad Josephum ut emerent. Imper. שִׁבְרוּ־לָנוּ, emite, comparate nobis, Gen. XLIII. 2. Fut. וַיִּשְׁבֹּר לְמִצְרַיִם, et vendidit Ægyptiis, Gen. XLI. 56. אֹכֶל תִּשְׁבְּרוּ, cibarium emetis (ab eis), Deut. II. 6. וְאֹתוֹ תִשְׁבֹּרוּ, illud (vas) confringetis, Lev. XI. 33. Niph. præt. כִּי נִשְׁבַּר שֵׁבֶט, quod confracta fuerit virga, Ies. XIV. 29. נִשְׁבַּרְתִּי אֶת־לִבָּם, fractus sum ab animo ipsorum, Ezech. VI. 9. et אֶת est loco מִן, scribit Kimchi. Pih. præterit. שִׁבַּר דַּלְתוֹת, effregit valvas, Psalm. CVII. 16. Particip. מְשַׁבֵּר סְלָעִים, confringens petras, 1 Reg. XIX. 11. Hiph. הִשְׁבִּיר, vendidit. Partic. וּבְרָכָה לְרֹאשׁ מַשְׁבִּיר, et benedictio (erit) super caput vendentis, Prov. XI. 26. Et sic Gen. XLII. 6. Fut. הַאֲנִי אַשְׁבִּיר, an ego effringerem matricem? Ies. LXVI. 9. ad partum aperirem? significatio a nomine petita est, quod os matricis significat. אֹכֶל בַּכֶּסֶף תַּשְׁבִּרֵנִי, cibum pro argento vendes mihi, Deuter. II. 28. et ponitur pro תַּשְׁבִּיר לִי. Hoph. præter. הָשְׁבַּרְתִּי, confractus sum, Jer. VIII. 21.

שֶׁבֶר · שֵׁבֶר, m. fractura, fractio, confractio, contritio. Item, annona, Gen. XLII. 1, 19. quasi famis fractura dicta, ut et aqua, sive potus, dicitur frangere sitim, Psal. CIV. 11. Metaphorice, explicatio, enucleatio; quasi rei aut quæstionis difficilis fractio et solutio. Aff. וְאֵת כֶּסֶף שִׁבְרוֹ, et pecuniam annonæ ejus, Gen. XLIV. 2. וְאֶת־שִׁבְרוֹ, et interpretationem ejus, Jud. VII. 15. Plural. שְׁבָרִים, nomen proprium loci, Jos. VII. 5. מִשְּׁבָרִים, propter confractiones, Job XLI. 17. id est, pericula et calamitates. Aff. רְפָה שְׁבָרֶיהָ, cura fracturas ejus, Psalm. LX. 4. Ceterum grammatici quidam Rabbinorum Chirek breve vocant, שֶׁבֶר, ut Aben Esra, Num. XXXV. 19.

שִׁבָּרוֹן, m. fractio, contritio, Jer. XVII. 18. Constr. בְּשִׁבְרוֹן מָתְנַיִם, cum fractione lumborum, Ezech. XXI. 11.

מִשְׁבֵּר, masc. matrix, os matricis, 2 Reg. XIX. 3. juxta Kimchium; Chaldæus et R. Salomon, sellam parturientis, explicant. Dicitur sic a frangentibus doloribus, qui tum mulieri parienti, tum ipsi fœtui in articulo partus obveniunt.

מִשְׁבָּר, m. idem; constr. בְּמִשְׁבַּר בָּנִים, in matrice filiorum, Hos. XIII. 13. id est, in ore matricis. Plurale, מִשְׁבָּרִים, fluctus, sic dicti, quod se mutuo, vel etiam naves confringant. Constr. מִשְׁבְּרֵי־מָוֶת, fluctus mortis, 2 Sam. XXII. 5. Aff. כָּל־מִשְׁבָּרֶיךָ, omnes fluctus tui, Jon. II. 4.

שִׂבֵּר Pih. speravit, spectavit, exspectavit, exspectationem habuit: construitur cum præpos. אֶל vel לְ. Præterit. שִׂבַּרְתִּי לִישׁוּעָתְךָ, exspecto salutem tuam, Psal. CXIX. 166. Futur. אֵלֶיךָ יְשַׂבֵּרוּ, ad te spectant, Psalm. CXLV. 15.

שֶׂבֶר, m. exspectatio: שִׂבְרוֹ, cujus exspectatio, Psal. CXLVI. 5. מִשִּׂבְרִי, ab exspectatione mea, Psal. CXIX. 116.

שְׂבַשׁ Chald. perplexum, attonitum reddi, obstupescere, conturbari.

שְׁבַת, *m. cessatio.* שֶׁבֶת מֵרִיב, *cessatio a lite*, Prov. XX. 3. שֶׁבֶת, *cessatio*, Ies. XXX. 7. Possint hæc etiam esse infinitivus a יָשַׁב, *sedere*, *manere.* Aff. שִׁבְתּוֹ, *cessationem ejus*, Exod. XXI. 19.

שַׁבָּתוֹן, *m. quies, requies, cessatio:* שַׁבָּתוֹן שַׁבַּת־קֹדֶשׁ, *quies, sabbathum sanctum erit*, Exod. XVI. 23. שַׁבַּת שַׁבָּתוֹן, *sabbathum quietis*, Exod. XXXV. 2.

מִשְׁבַּתִּים, m. pl. *cessationes:* affix. עַל־מִשְׁבַּתֶּיהָ, *propter cessationes ejus*, Thren. I. 7.

שְׂגָא, שְׂגָה, Chald. *crescere*, *multiplicari*, *augeri:* futur. לְמָה יִשְׂגֵּא, *ad quid cresceret?* Esr. IV. 22. שְׁלָמְכוֹן יִשְׂגֵּא, *pax vestra multiplicetur*, Dan. III. 31. Quædam exemplaria illic שׁ habent loco ס. Hinc hebraice futur. יִשְׂגֶּה, *crescit*, *augetur*, Job VIII. 7, 11. Pih. geminatis literis, futur. תְּשַׂגְשֵׂגִי, *facies ut crescat*, vel *adolescat*, Ies. XVII. 11. Hiph. præter. הִשְׂגּוּ, *auxerunt*, Psal. LXXIII. 12. Particip. מַשְׂגִּיא, *augens*, Job XII. 23. Futur. תַּשְׂגִּיא, *amplificabis*, Job XXXVI. 24.

שַׂגִּיא, m. *amplus*, Job XXXVI. 26. Chald. וִיקָר שַׂגִּיא, *et gloriam multam*, Dan. II. 6. Plur. מַתְּנָן רַבְרְבָן שַׂגִּיאָן, *munera magna et ampla*. Dan. II. 48. Et adverbialiter, שַׂגִּיא בְּאֵשׁ, *vehementer malum visum fuit*, vel *displicuit*, Dan. VI. 15. שַׂגִּיא מִתְבָּהַל, *valde conturbatus fuit*, Dan. V. 9.

שָׂגַב *exaltari*, *extolli*, *altum*, *editum esse: roborari*, *robustum esse.* Præt. שָׂגְבוּ יֶשַׁע, *extollantur salute*, Job V. 11. אֲשֶׁר שָׂגְבָה מִמֶּנּוּ, *quæ robustior nobis fuerit*, Deut. II. 36.

Ithpah. part. plural. מִשְׁתַּבְּשִׁין, *attoniti*, Dan. V. 9.

שִׁבּוּשׁ, rabbinice, *perplexitas*, *difficultas*, *error.*

שָׁבַת *quievit*, *cessavit:* præterit. כִּי בוֹ שָׁבַת, *nam in illo quievit*, Gen. II. 3. שָׁבְתָה מַדְהֵבָה, *cessavit aurea*, Ies. XIV. 4. Futur. וַיִּשְׁבֹּת, *et quievit*, Gen. II. 2. Niph. וְנִשְׁבַּת מִבְצָר, *et cessabit munitio*, Ies. XVII. 3. וְנִשְׁבְּתוּ גִּלּוּלֵיכֶם, *et cessabunt stercorea idola vestra*, Ezech. VI. 6. Hiph. הִשְׁבִּית, *cessare fecit* vel *sivit; abolevit, sustulit, amovit, removit, summovit:* præt. וְהִשְׁבִּית אֶת־הַכְּמָרִים, *et abolevit atratos sacrificulos*, 2 Reg. XXIII. 5. וְהִשְׁבַּתִּי גְּאוֹן זֵדִים, *faciamque ut cesset fastus superborum*, Ies. XIII. 11. Futurum, אַשְׁבִּיתָה מֵאֱנוֹשׁ זִכְרָם, *et faciam ut cesset e mortalibus memoria ipsorum*, Deuter. XXXII. 26.

שַׁבָּת, c. *cessatio*, *requies*, *sabbathum*, dies septimus hebdomadæ *cessationi ab operibus* destinatus; et synecdochice, *septimana*, a septimo die appellata. Quater legitur שַׁבָּת, ut tradit Masora ad Levit. XXV. 6. שֹׁמֵר שַׁבָּת, *custodiens sabbathum*, Ies. LVI. 2. Construct. וְהָיְתָה שַׁבַּת הָאָרֶץ, *eritque requies terræ*, Levit. XXV. 6. Aff. שַׁבַּת בְּשַׁבַּתּוֹ, *sabbathi in sabbatho suo*, Num. XXVIII. 10. ubi prius in Pathach desinit, cui simile שַׁבַּת שַׁבָּת, *sabbatho sabbatho*, id est, *unoquoque sabbatho*, 1 Par. IX. 32. וְשַׁבַּתָּהּ, *et sabbathum ejus*, Hos. II. 13. Plur. שַׁבָּתוֹת, *sabbatha*, *septimanæ:* constr. שַׁבְּתֹת שָׁנִים, *septimanas annorum*, Lev. XXV. 8. Affix. אֶת־שַׁבְּתֹתֶיהָ, *sabbatha sua*, Lev. XXVI. 34.

Niph. præter. וְנִשְׂגָּב, *editusque erit*, Ies. II. 11. Part. נִשְׂגָּב שְׁמוֹ, *exaltatum est nomen ejus*, Ies. XII. 4. Pih. futur. אֲשַׂגְּבֵהוּ. *extollam*, vel *roborabo eum*, Psalm. XCI. 14. Pyh. futur. יְשֻׂגָּב, *in edito collocatur*, Proverb. XXIX. 25. Hiph. fut. יַשְׂגִּיב בְּכֹחוֹ, *roborat, extollit virtute sua*, Job XXXVI. 22.

מִשְׂגָּב, masc. *locus editus, munitio, arx edita.* מִשְׂגָּב לָנוּ, *locus editus est nobis*, Psalm. XLVI. 8. Construct. מִשְׂגַּב חוֹמֹתֶיךָ, *locum editum murorum tuorum*, Ies. XXV. 12. Affix. מִשְׂגַּבִּי, *munitio edita mea*, Psalm. LIX. 10.

שָׁגַג *erravit*; præt. עַל שִׁגְגָתוֹ אֲשֶׁר־שָׁגָג, *super errore quo erravit*, Lev. V. 18. Part. אֲנִי שֹׁגֵג, *ego errabam*, Psal. CXIX. 67. Fœm. הַשֹּׁגֶגֶת, *quæ erravit*, Num. XV. 28.

שְׁגָגָה, f. *error; peccatum ex ignorantia*, Num. XV. 28.

מְשׁוּגָה, fœm. idem: affix. אִתִּי תָּלִין מְשׁוּגָתִי, *mecum morabitur error meus*, Job XIX. 4. quod formam a שׁוּג habet.

שָׁגָה *erravit, aberravit, oberravit*: præter. וּמַה־שָּׁגִיתִי, *et in quo erraverim*, Job VI. 24. Partic. וְכָל־שֹׁגֶה בּוֹ, *et quisquis oberrat in eo*, Prov. XX. 1. Hiph. particip. מַשְׁגֶּה עִוֵּר, *errare faciens cæcum*, Deuter. XXVII. 18.

מִשְׁגֶּה, *error*, Genes. XLIII. 12.

שְׁגִיאוֹת, f. pl. *errores*: שְׁגִיאוֹת מִי־יָבִין, *errores quis intelligit?* Psal. XIX. 13.

שִׁגָּיוֹן, m. *cantio erratica*, Psalm. VII. 1. id est, *varia*, quæ omnibus rationibus artis musicæ decantabatur simul. Vocabulum musicum est, cujus ratio hebræis ignota: plurale fœmin. שִׁגְיוֹנוֹת, *odæ erraticæ*, vel *mixtæ*, Hab. III. 1.

• שָׂגָה, שְׂגַשֵׂג, vide supra in שָׂגָא.

שגח Hiph. הִשְׁגִּיחַ, *prospexit, respexit, consideravit*: præt. הִשְׁגִּיחַ, *prospicit (in omnes habitatores terræ)*, Psal. XXXIII. 14. Particip. מַשְׁגִּיחַ מִן־הַחַלֹּנוֹת, *prospiciens e fenestris*, Cant. II. 9. Fut. אֵלֶיךָ יַשְׁגִּיחוּ, *ad te respicient*, Ies. XIV. 16.

הַשְׁגָּחָה, f. *providentia Dei*, apud Rabbinos.

שָׁגַל *vitiare, violare mulierem.* Verbum est, hebræis actum venereum propriissime denominans, ac proinde pronunciatu obscœnum in communi sermone ipsis habitum. Unde Masorethæ verbum שָׁכַב, *cubuit, concubuit*, pro eo legendum substituerunt, quomodo germani dicunt, *beyschlaffen, beyliegen*. Similem correctionem vide infra in שׁוּן. Vide Rambam in More p. 3. c. 8. circa finem. Futur. יִשְׁגָּלֶנָּה, *vitiabit eam*, Deut. XXVIII. 30. legendum יִשְׁכָּבֶנָּה, *cubabit cum ea.* Niph. fut. וּנְשֵׁיהֶם תִּשָּׁגַלְנָה, *et fœminæ eorum vitiabuntur*, legendum תִּשָּׁכַבְנָה, *concubitu violabuntur*, Ies. XIII. 16. Item, Zach. XIV. 2. Pyh. præterit. אֵיפֹה לֹא שֻׁגַּלְתְּ, *ubi non fueris vitiata*, legendum, שֻׁכַּבְתְּ, Jer. III. 2.

שֵׁגָל, f. *conjux, uxor*, appellatione honesta, ut sponsæ vocabulum germanis, cujus verbum obscœnum. Dicitur autem tantum de *Augusta*, sive de *regina*, aut *regia conjuge*. נִצְּבָה שֵׁגָל, *assistit conjux (ad dexteram tuam)*, Psal. XLV. 10. Vide etiam Neh. II. 6. et utrobique in Bibliis venetis magnis scribitur cum Pathach. Chald. plur. cum

afflixo, שֵׁגְלָתֵהּ וּלְחֵנָתֵהּ, *uxores ejus et concubinæ ejus*, Dan. V. 2. שֵׁגְלָתָךְ, *uxores tuæ*, ver. 23.

שׁגע Pyh. part. וְהָיִיתָ מְשֻׁגָּע, *et eris amens, demens*, Deut. XXVIII. 34. Plur. חֲסַר מְשֻׁגָּעִים אָנִי, *an careo amentibus ego?* 1 Sam. XXI. 16. Hithp. part. מִשְׁתַּגֵּעַ, *insanum, amentem agens*, 1 Sam. XXI. 15. Infinitiv. לְהִשְׁתַּגֵּעַ עָלָי, *ut amentem agat coram me*, ver. 16.

שִׁגָּעוֹן, m. *amentia*, Deuter. XXVIII. 28.

שׁגר שֶׁגֶר, m. *fœtus*: proprie, *emissum*, vel *emissio*; nam verbum שְׁגַר in Targum et apud Rabbinos est *mittere, emittere*. Constr. שְׁגַר אֲלָפֶיךָ, *fœtui boum tuarum*, Deut. VII. 13.

שֶׁגֶר, masc. idem: כָּל־פֶּטֶר שֶׁגֶר בְּהֵמָה, *omnem apertionem fœtus jumenti*, Exod. XIII. 12. id est, *omnem primogenitum fœtum*.

שַׁד m. *mamma*: חָלְצוּ שַׁד, *extrahunt mammam*, Thren. IV. 3. id est, *extractam præbent*; metaphora a lactantibus. Dual. וְיוֹנְקֵי שָׁדָיִם, *et sugentes ubera*, Joel II. 16. Constr. שְׁדֵי אִמִּי, *ubera matris meæ*, Cant. VIII. 1. Affix. בֵּין שָׁדַי, *inter ubera mea*, Cant. I. 13.

שֹׁד, m. idem, Ies. LX. 16. מִשֹּׁד, *ab ubere*, Job XXIV. 9. Aliam significationem vide in sequenti radice.

שֵׁד, vide in seq. radice.

שָׁדַד *vastavit, devastavit*. Præt. וְשָׁדְדוּ אֶת־גְּאוֹן, *et vastabunt fastum (Ægypti)*, Ezech. XXXII. 12. שַׁדּוּנִי, (*ab impiis qui*) *vastarunt me*, Psal. XVII. 9. Futur. in Schurek pro Cholem, יְשׁוּד, *vastabit*, Psalm. XCI. 6. Vide simile in רָנַן. Cum affixo, וְשָׁדֵּם, *vastabit eos*, quod legitur, יְשָׁדֵּם, Prov. XI. 3. Niph. præter. שָׁדוֹד נְשַׁדֻּנוּ, *vastando vastati sumus*, Mich. II. 4. Kibbutz est loco Cholem. Pih. partic. מְשַׁדֶּד־אָב, *devastans patrem*, Prov. XIX. 26. Futur. יְשֹׁדֵד מַצְּבוֹתָם, *vastabit statuas eorum*, Hos. X. 2. יְשָׁדְדֵם, *vastabit eos*, Jer. V. 6. ubi Cholem propter affixum corruptum est. Pyh. præter. שֻׁדַּד, *vastatus est*, Ies. XV. 1. et integre, שָׁדְּדָה, *vastata est (Nineve)*, Nah. III. 7. Hoph. futur. וְכָל־מִבְצָרַיִךְ יוּשַּׁד, *et quæque munitionum tuarum vastabitur*, Hos. X. 14.

שֹׁד, m. *vastator*, Ies. XVI. 4. Et substantive, *vastitas*, *vastatio*, Ies. XXII. 4. Hos. VII. 13. Aliam significationem vide in præcedenti radice.

שֵׁד, m. *dæmon*, quasi *vastator* dictus: plur. יִזְבְּחוּ לַשֵּׁדִים, *sacrificaverunt dæmonibus*, Deut. XXXII. 17.

שִׁדָּה, f. *symphonia*, sic dicta, quod voces pares et impares, soni contrarii et similes se ita invicem grata mixtura et temperamento *frangant* et *vastent*, ut inde concinnum melos, concordiaque discors oriatur: שִׁדָּה וְשִׁדּוֹת, *symphonia et symphonias*, id est, *omnis generis symphonias*, Eccl. II. 8. Hanc Kimchius in libro Radicum omnibus aliis interpretationibus præfert.

שַׁדַּי, masc. *præpotens, omnipotens*, Gen. XVII. 1. Est unum ex nominibus Dei a *potentia* ejus desumptum; qua enim potentia omnia creavit, eadem omnia *vastare*, et in nihilum redigere potest. Vide Pirke Rab. Elieser cap. 3. Hinc et Judæi in versione hebræo-germanica, *Allmechtig*, reddunt. LXX. in hunc sensum sæpe reddiderunt παντοκράτωρ; et Job VIII. 3. ὁ τὰ πάντα ποιήσας. Aben Esra, תַּקִּיף, *fortem*, *potentem*, explicat. R. Salo-

non vult illud idem esse quod דַּי, *sufficiens*, *ad omnia* scil. *præstanda*; et qui talis est, is recte etiam dicitur *omnipotens*. Vide דַּי.

שִׂדֵּד Pih. *occavit*. Fut. אִם־יְשַׂדֵּד עֲמָקִים, *an occaret valles?* Job XXXIX. 10. וִישַׂדֵּד אַדְמָתוֹ, *et occabit terram suam*, Ies. XXVIII. 24.

שִׂדִּים, *Siddim*, nomen proprium vallis, Gen. XIV. 3.

שָׂדֶה m. *ager*, tam *cultus* et *sativus*, quam *pascuosus*, ut scribit Kimchi ad Jos. VIII. 24. Uterque habitationi hominum inservit; unde et pro *terra aliqua* vel *regione* sumitur, quam homines incolunt. אֶל־שָׂדֶה טוֹב, *in agro bono*, Ezech. XVII. 8. Constr. בִּשְׂדֵה מוֹאָב, *in agro Moab*, Genes. XXXVI. 35. Aff. בִּקְצֵה שָׂדֵהוּ, *in extremitate agri sui*, Gen. XXIII. 9. שָׂדְךָ, *agrum tuum* (*non seres*), Levit. XIX. 19. Est et שָׂדַי pro שָׂדֶה, juxta Kimchium, Psalm. XCVI. 12. Ies. LVI. 9. Similem formam vide in הָרַר in הַר. Plurale, שָׂדִים; unde constr. עַל־שְׂדֵי־חֶמֶד, *super agros desiderii*, Ies. XXXII. 12. Aff. לֵךְ עַל־שָׂדֶיךָ, *ito in agros tuos*, 1 Reg. II. 26. Fœmin. וּמִן־הַשָּׂדֹת, *et de agris*, Exod. VIII. 9. Constr. וּמִשְּׂדוֹת, *et de agris* (*Ghebah*), Neh. XII. 29. Aff. בִּשְׂדֹתָם, *in agris eorum*, Neh. XI. 25.

שדם שְׁדֵמָה, f. *ager*, *arvum uredine tactum*, Ies. XXXVII. 27. idem quod שְׁדֵפָה, 2 Reg. XIX. 26. per commutationem מ et פ, quæ sunt literæ homogeneæ, ut hebræi scribunt. Pluraliter in genere sumitur pro *agris* vel *arvis*, sive *frumentum* sive *vinum* proferant; unde et *vites* significat. Ob generalem hunc usum masculine usurpatur: וּשְׁדֵמוֹת לֹא־עָשָׂה אֹכֶל, *et agri non fecit cibum*, Habac. III. 17. id est, *nullus agrorum*. Construct. שַׁדְמוֹת חֶשְׁבּוֹן, *vites Chesbon*, Ies. XVI. 8. R. Salomon, *arva*, *agri*, et sic quoque, Deuter. XXXII. 32. accipit.

שדף שְׁדֻפוֹת, f. *adustæ*, *uredine tactæ*, Gen. XLI. 27. item ver. 6. Est participium Pahul.

שְׁדֵפָה, f. *adustio*, *uredo segetum*, 2 Reg. XIX. 26.

שִׁדָּפוֹן, m. idem, 1 Reg. VIII. 37.

שְׁדַר Chald. *mittere*. Ithpah. הִשְׁתַּדַּר, *conari*, *satagere*, *contendere*, *operam dare*; et ponitur pro הִשְׁתַּדֵּל, quod proprie illud significat, ל et ר inter se permutatis, scribit Elias in suo Methurgheman. Part. הֲוָה מִשְׁתַּדַּר, *erat satagens*, Dan. VI. 15.

אֶשְׁתַּדּוּר, m. *conspiratio*, *rebellio*: אֶשְׁתַּדּוּר עָבְדִין, *conspirationem faciunt*, Esr. IV. 15. Rectum est, scribit Kimchi in libro Radicum, esse hoc ex significatione *mittendi*: nam rebellare conantes, frequenter et inter se et ad eum, ad quem deficere volunt, vel a quo auxilium sperant, *nuncios missitant*.

שדר• שְׂדֵרוֹת, vide in סֶדֶר.

שֶׂה c. sed m. sæpius, *pecus*, proprie *parva*; et sæpe est singulare, *agnus*, *hœdus*. Radix est שׂוּה, et שֶׂה pro שֶׂיֶה, formæ גֵּאֶה. Simile ipsi פֶּה, *os*. כָּל־שֶׂה נָקֹד, *omnem pecudem punctis respersam*, Genes. XXX. 32. שֶׂה תָמִים, *agnus integer*, Exod. XII. 5. Fœm. שֶׂה פְזוּרָה, *pecus dispersa*, Jer. L. 17. Constr. שֵׂה כְשָׂבִים, *pecudes ovium*, וְשֵׂה עִזִּים, *et pecudes caprarum*, Deut. XIV. 4. Affix.

אֶת־שֵׂיוֹ, *pecudem ejus*, Deut. XXII. 1. שֵׂיהוּ, *pecus suum*, 1 Sam. XIV. 34. Hinc patet esse שֶׂה pro שֵׂיה, formæ בְּאֵה.

שָׂהֵד שהד, m. *testis*, *testificator*. Affix. וְשָׂהֲדִי בַּמְּרוֹמִים, *et testificator meus in excelsis est*, Job XVI. 19. hoc diversimode in exemplaribus punctatum est: nam quædam habent שָׂהֲדִי quasi a שָׂהֵד; alia, שָׂהֳדִי quasi a שֹׂהַד, formæ קֹדֶשׁ. Præstat שָׂהֵד, formæ אָבֵל. Origine chaldæum est; nam סְהֵד, *testari*, in Targum frequens est; et inde nomen sequens.

שָׂהֲדוּתָא, f. Chald. *testimonium*: יְגַר שָׂהֲדוּתָא, *acervus testimonii*, Genes. XXXI. 47. nomen proprium cumuli lapidum, quem Laban syre vel chaldaice sic appellavit.

שֹׁהַם m. *sardonyx*, lapis pretiosus, Exod. XXV. 7. Quibusdam, *onyx*, est.

• שַׂהֲרֹנִים. שהר, vide in סָהַר.

שָׁוְא m. *vanitas*, *vanum*, *falsitas*, *falsum*, *mendacium*: et adverbialiter, *frustra*, *in vanum*: אַל־יַאֲמֵן בַּשָּׁו כִּי־שָׁוְא, *ne credat vanitati*, *nam vanitas* (*erit compensatio ejus*), Job XV. 31. prius scribitur defective absque א. עֵד שָׁוְא, *testimonium falsitatis*, Deuter. V. 20. לַשָּׁוְא, *in vanum*, Exod. XX. 7. Vide et Jerem. II. 30. Kimchi monet esse formæ מָוֶת, et dicendum שָׁוֶא; sed ultimam vocalem correptam esse in Scheva, ut in חֵטְא, *peccatum*, pro חֵטֶא.

שׁוּב *reverti*, *redire*; *convertere se*, *converti*; *avertere se* vel *averti*; *recedere*, *retro agi*, pro diversa structura. Construitur absolute et cum præposit. מֵאַחֲרֵי vel אַחֲרֵי, ל, אֶל, מִן, quibus motus, vel ad aliquem, vel ab aliquo, significatur. Sæpe etiam transitivum est, *restituit*, *reduxit*, *redire fecit*. Sunt et qui interdum pro *quietum esse*, *requiescere* exponant, ut Psalm. XXIII. 6. Num. X. 36. Ante aliud verbum continuo positum significat *verbi ipsius actionem iteratam*, et latine verti potest per *rursus*, aut *denuo*. Id fit vel simpliciter, vel cum Vau. Vide Dan. IX. 25. Zach. V. 1. et VI. 1. Ps. LXXXV. 7. Præt. שַׁבְ אֶת־שְׁבוּת, *restitui captivitatem*, Job XLII. 10. Et sic Soph. II. 7. שַׁבְתָּ שְׁבִית, *reduxeras captivam turbam*, Psal. LXXXV. 2. וְשַׁבְתִּי בְשָׁלוֹם, *reversusque fuero in pace*, Gen. XXVIII. 21. שַׁבְתֶּם, *aversi estis*, Numer. XIV. 43. Fœmin. וְשָׁבַת לַנָּשִׂיא, *et revertetur ad principem*, Ezech. XLVI. 17. In ת ad formam chaldaicam. Simile vide in אָזַל. Infinit. בְּשׁוּב יְהוָה, *in reducere*, hoc est, *quum reduceret Dominus*, Psal. CXXVI. 1. בְּשׁוּב מִצִּדְקָתוֹ, *quum avertit se* (*justus*) *a justitia sua*, Ezech. XVIII. 26. Fut. אִם־יָשׁוּב וְלֹא יָשׁוּב, *si convertatur*, *nonne revertetur?* Jer. VIII. 4. id est, *si populus convertatur a malitia sua*, *annon convertetur etiam Deus ab ardore iræ suæ?* Kimchi et R. Sal. Pih. שׁוֹבֵב, *reverti fecit*, *convertit*, *restituit*, *reduxit*: *avertit*, *pervertit*, *perversum reddidit*: præt. וְשֹׁבַבְתִּי אֶת־יִשְׂרָאֵל, *faciam ut revertatur Israel*, Ies. L. 19. שׁוֹבְבָתֶךְ, *perversum reddidit te*, Ies. XLVII. 10. Partic. מְשׁוֹבֵב נְתִיבוֹת, *restituens semitas*, Ies. LVIII. 12. Futurum, נַפְשִׁי יְשׁוֹבֵב, *animam meam reverti facit*, Psal. XXIII. 3. id est, *recreat*, *revocat*, *quietam efficit*: תְּשׁוֹבֵב לָנוּ רְצוֹנֶךָ, *redire facias nobis benevolentiam tuam*, Psalm. LX. 3. Pyh. particip. מְשׁוֹבֶבֶת מֵחֶרֶב, *reducem a gladio*, Ezech. XXXVIII. 8. id est: cujus habitatores *reversi sunt* ex captivitate, in quam deportati erant *gladio inimici*: R. Salomon, et in eumdem sensum Chaldæus. Hiph. הֵשִׁיב, *redire*, *reverti fecit*, *reduxit*, *retulit*, *reportavit*, *reposuit*; *reddidit*, *resti-*

tuit, *rependit*; *retorsit*, *retudit*; *convertit*, *avertit*; *respondit*. Præterit. וּרְכֻשׁוֹ הֵשִׁיב, *et facultates illius reduxit*, Genes. XIV. 16. הֵשִׁיב עָלֶיךָ, *convertit in te*, 2 Sam. XVI. 8. וַהֲשֵׁבֹתָ אֶל־לְבָבֶךָ, *reducas in animum tuum*, Deut. IV. 39. וַהֲשִׁבֹתִי אֶתְכֶם דָּבָר, *et reddam vobis verbum*, Num. XXII. 8. id est, *respondebo*. Constructio cum accusativo personæ: sic Jos. XIV. 7. et sæpe cum affixis. וְהוֹשְׁבוֹתִים, *et tranquille collocabo eos*, Zach. X. 6. composita vox ex הוֹשַׁבְתִּי a יָשַׁב, et hinc הֲשִׁבוֹתִי. Hoph. præt. הוּשַׁב כַּסְפִּי, *redditum est argentum meum*, Genes. XLII. 28. Particip. וְאֶת־הַכֶּסֶף הַמּוּשָׁב, *et pecuniam restitutam*, Gen. XLIII. 12. Fut. וַיּוּשַׁב, *et reductus est* (*Moses*), Exod. X. 8. (שׁוּב, *adhuc*, *amplius*, *præterea*, *porro*, apud Rabbinos).

שׁוּבָה, f. *reversio*, *quies*, juxta quosdam, Ies. XXX. 15.

שִׁיבָה, vide in שָׁבָה.

שׁוֹבָב, m. *aversus*, Ies. LVII. 17. Plural. בָּנִים שׁוֹבָבִים, *filii aversi*, Jer. III. 14. Fœm. הַבַּת הַשּׁוֹבֵבָה, *o filia aversa*, Jer. XXXI. 22. cum Tzere sub ב, quasi a masc. שׁוֹבֵב.

מְשׁוּבָה, f. *aversa*, Jer. III. 12. Et substantive, *aversio*, Jerem. VIII. 5. Constr. מְשׁוּבַת פְּתָיִם, *perversitas fatuorum*, Prov. I. 32. juxta Chaldæum; vel juxta Aben Esram et R. Levi, *requies*, otiosa prosperitas qua ad nova peccata subinde alliciuntur. Aff. לִמְשׁוּבָתִי, *ad aversionem meam*, Hos. XI. 7. id est, *propter aversionem a me*, ubi Aben Esra scribit: משובה לעולם לגנאי, id est; *vocabulum* משובה, *semper ignominiose accipitur*, id est, non *conversionem* in bonum, sed *aversionem* in malum, significat. Plural. מְשֻׁבֹתֵיהֶם, *aversiones ipsorum*, Jer. V. 6.

תְּשׁוּבָה, f. *reditus*, *regressio*, *responsio*: constr. לִתְשׁוּבַת הַשָּׁנָה, *in reditu anni*, 2 Sam. XI. 1. id est, *anno vertente*. Plural. cum affixo, וּתְשׁוּבֹתֵיכֶם, *et responsiones vestræ*, Job XXI. 34. Rabbinis etiam est, *resipiscentia*.

שׂוּב *canescere*. Præter. זָקַנְתִּי וָשַׂבְתִּי, *senui et incanui*, 1 Sam. XII. 2.

שָׂב, masc. *canus*, Job XV. 10. Chald. plural. emphat. שְׁאֵלְנָא לְשָׂבַיָּא, *interrogavimus seniores illos*, Esr. V. 9. Constr. עַל־שָׂבֵי יְהוּדָיֵא, *super senes Judæorum*, ver. 5.

שֵׂיב, m. *canities*. Affix. מִשֵּׂיבוֹ, *propter canitiem ejus*, 1 Reg. XIV. 4. Fœmin. מִפְּנֵי שֵׂיבָה תָּקוּם, *coram canitie assurgito*, Lev. XIX. 32. Aff. אֶת שֵׂיבָתוֹ, *canitiem ejus*, 1 Reg. II. 9. Kimchi ad locum Samuelis scribit: השיבה יותר מהזקנה, *canities plus est quam senectus*. Nam ut in פרקי אבות, *capitulis patrum*, cap. 5. scribunt; בן ששים לזקנה בן שבעים לשיבה, *filius sexaginta annorum*, *ad senectutem*; *filius septuaginta annorum*, *ad canitiem pervenit*. Postea fit יָשִׁישׁ, *decrepitus*.

* שׂוּג, vide in סוּג.

* שׁוֹדֵד יָשׁוּד שׁוּד, vide in שָׁדַד.

שׂוּד *linere*, *oblinere*: præterit. וְשַׂדְתָּ אוֹתָם בַּשִּׂיד, *et oblines eos calce*, Deut. XXVII. 4.

שִׂיד, m. *calx*, ut in præcedenti loco, et Amos II. 1.

שָׁוָה *æquari*, *adæquari*, *æqualem esse*: *utile esse*, *prodesse*, *convenire*, *expedire*. Construitur cum præpos. ב et ל. Præterit. וְלֹא־שָׁוָה לִי, *et non profuerat mihi*, Job XXXIII. 27. Particip. וְלַמֶּלֶךְ אֵין־שֹׁוֶה, *et regi*

non est utile, Esth. III. 8. Futur. פֶּן־תִּשְׁוֶה־לּוֹ, *ne adæqueris ei*, Proverb. XXVI. 4. לֹא יִשְׁווּ־בָהּ, *non possunt æquari ei*, Prov. III. 15. Niph. vide in Hithpahel. Pih. שִׁוָּה, *æquavit; posuit, composuit, disposuit, proposuit*, ex significatione chaldaica. Præter. שִׁוִּיתִי, *proponebam*, Ies. XXXVIII. 13. Particip. מְשַׁוֶּה רַגְלַי, *disponens pedes meos*, 2 Sam. XXII. 34. Chald. præter. עִם־חֵיוְתָא שַׁוִּי, *cum bestiis posuit, ad bestias applicuit*, Dan. V. 21. Hiph. מָה אַשְׁוֶה־לָּךְ, *quid æquabo tibi?* Thren. II. 13. וְתַשְׁווּ, *et æquabitis*, Ies. XLVI. 5. Hithp. נִשְׁתָּוָה, *æquatur*, Prov. XXVII. 15. forma composita ex Niphal et Hithpahel: simile in כֻּפַּר. Chald. futur. וּבַיְתֵהּ נְוָלִי יִשְׁתַּוֵּה, *et domus ejus sterquilinium ponatur*, Dan. III. 29.

שׁוּחַ *inclinari, propendere*: præterit. fœm. כִּי שָׁחָה אֶל־מָוֶת בֵּיתָהּ, *nam propendet ad mortem domus ejus*, Prov. II. 18. R. Joseph a שָׁחָה deducit, pro *deprimitur, incurvat se, inclinat ad mortem domus ejus*, sensu eodem, nihil obstante quod sit penacutum. Atque sic manet convenientia generis inter verbum, et nomen בַּיִת, quod semper masculinum est: si vero sit a שׁוּחַ, tunc est fœmininum, et genere discrepat a masculino בַּיִת.

שׁוּחָה, f. *fossa, fovea*, Jer. XVIII. 20. שׁוּחָה עֲמֻקָּה, *fossa profunda*, Prov. XXII. 14. וְשׁוּחָה, *et fovea*, Jer. II. 6.

שִׁיחָה, f. idem, Psalm. LVII. 7. Plur. שִׁיחוֹת, Psalm. CXIX. 85.

שַׁחַת, f. *fovea*, Psal. XCIV. 13. Sic est formæ רַחַת, נַחַת. Vide שָׁחַת.

שׂוּחַ *meditari, eloqui*. Tribuitur enim animo et ori. Infin. לָשׂוּחַ, *ad meditandum*, Gen. XXIV. 63. id est, לְצַלָּאָה, *ad orandum*, ut Chaldæus reddit. Pih. fut. אֲשׂוֹחֵחַ, *meditabor*, Psal. CXLIII. 5. וְאֶת־דּוֹרוֹ מִי יְשׂוֹחֵחַ, *et generationem ejus quis eloquetur?* Ies. LIII. 8. Hiph. הֵשִׂיחַ, *meditari, colloqui, confabulari, eloqui*: imper. שִׂיחַ לָאָרֶץ, *loquere ad terram*, Job XII. 8. שִׂיחוּ, *colloquimini*, Psal. CV. 2. Futur. אָשִׂיחָה בְּפִקֻּדֶיךָ, *meditabor præcepta tua*, Psal. CXIX. 78.

שִׂיחַ, masc. *meditatio, colloquium: querimonia, querela, oratio querula*: כִּי־שִׂיחַ לוֹ, *nam colloquium ipsi*, 1 Reg. XVIII. 27. Affix. שִׂיחוֹ, *meditationem* vel *orationem suam*, Psalm. CII. 1. Aliam significationem vide infra suo loco proprio.

שֵׂחַ, m. idem: aff. מַה־שֵּׂחוֹ, *quæ sit meditatio sua*, Amos IV. 13.

שִׂיחָה, f. idem, Psalm. CXIX. 99. Aff. כָּל־הַיּוֹם שִׂיחָתִי, *tota die meditatio mea*, Psal. CXIX. 97.

שׁוּט *itare, circuire, peragrare, discurrere; percurrere, cursitare*. Præter. שָׁטוּ הָעָם, *itabant populus*, Num. XI. 8. Infinit. מִשּׁוּט בָּאָרֶץ, *a peragrando per terram*, Job I. 7. בְּשׁוֹט לָשׁוֹן, *quum discurrit lingua* scil. *maledica*, Job V. 21. Aben Esra, et R. Levi: aut, *quum flagellat lingua*, significatione a nomine שׁוֹט petita. Imper. שׁוּט־נָא, *discurre nunc*, 2 Sam. XXIV. 2. Futur. וַיָּשֻׁטוּ, *et cum discurrissent*, ver. 8. Pih. partic. מְשׁוֹטְטִים, *peragrantes* (*universam terram*), Zach. IV. 10. Imper. שׁוֹטְטוּ בְּחוּצוֹת, *percurrite plateas*, Jer. V. 1. Hithp. imp. וְהִתְשׁוֹטַטְנָה בַּגְּדֵרוֹת, *et cursitate per septa*, Jer. XLIX. 3.

שׁוֹט, m. *flagellum, scutica*, a cir-

oumagendo. שׁוֹט שׁוֹטֵף, *flagellum inundans*, Ies. XXVIII. 15. id est, *plaga* erumpentis torrentis instar *terram pervadens*, R. Salomon. Scribitur autem cum ו, sed juxta Masorethas legendum per ן. שׁוֹט לַסּוּס, *flagellum equo*, Prov. XXVI. 3. בְּשׁוֹט, vide in principio radicis. Plural. יִסַּר אֶתְכֶם בַּשּׁוֹטִים, *castigavit vos scuticis*, 1 Reg. XII. 11.

שׁוֹטֵט, m. *flagellum*, *scutica*, Ies. XXIII. 13.

שָׁט, masc. *remex*, *qui remos agit*. Plur. הָיוּ שָׁטִים לָךְ, *fuerunt remiges tibi*, Ezech. XXVII. 8. הַשָּׁטִים אוֹתָךְ. *remiges tui*, ver. 26. Kimchi in libro Rad. vult אוֹתָךְ idem hic esse, quod antea לָךְ, pro *remiges tibi*, id est, *remiges tui*: sed in commentario exponit שָׁאטִים, *deprædantes*. quomodo et Chaldæus explicat. Quidam volunt esse participium Kal, *remis agentes te*.

שַׁיִט, m. *remus*: אֳנִי־שַׁיִט, *navis remi*, id est, *impulsa remis*, Ies. XXXIII. 21.

מָשׁוֹט, m. idem, Ezech. XXVII. 29.

מִשּׁוֹטִים, m. pl. *remi*: מִשּׁוֹטָיִךְ, *remos tuos*, Ezech. XXVII. 6. Rabbini dicunt מְשׁוֹטוֹת, ut Jon. I. 13, in Aben Esra et Kimchi.

שׂוּט *declinare*: part. שָׂט, *declinans*: plur. constr. וְשָׂטֵי כָזָב, *et declinantes ad mendacium*, Psal. XL. 5.

שֵׂטִים, vide in שׂטה.

שׂוּךְ *sepsit*, *obsepsit*: præt. הֲלֹא־אַתְּ שַׂכְתָּ בַעֲדוֹ, *nonne sepsisti circa eum?* Job I. 10. Part. שָׂךְ אֶת־דַּרְכֵּךְ, *obsepio viam tuam*, Hos. II. 8. Pih. fut. תְּשֹׂכְכֵנִי, vide in סָכַךְ.

שׂוֹךְ, m. *sepes*: aff. שֻׂכּוֹ, *sepem suam*, Thren. II, 6. cum Daghesch loco vocalis longæ: vel est a סָכַךְ. Vide illic.

שׂוֹכָה, f. *ramus*, a *sepimentis*, quibus adhibetur. Construct. שׂוֹכַת עֵצִים, *ramos arborum*, Jud. IX. 48. Aff. שׂוֹכֹה, *ramum suum*, ver. 49. contracte pro שׂוֹכָתוֹ, cui simile vide in צור in fine radicis.

